RELECTIO DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA

AD

Caput Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione.

IN

TRES PARTES DIVISA.

Philippo IIII. Hispaniarum Regi dicata.

AVTORE SEBASTIANO CÆSARE IN ACADEMIA
Conimbricensi Pontificij Iuris professore, & in sacro
fidei causarum Tribunali Senatore.



CONIMBRICÆ. Superiorum permissu.
Typis Didaci Gomez de Loureyro. Anno Domini 1628.

PHILIPPO IIII. HISPANIARVM
Regi Catholico Augustissimo.

MAGNVM meditor: quo nihil vnquam mihi vel afferre quisquam maius, vel ego met mihi optare melius potui, patrocinium tuum, Regum ter Maxime. Vereorque ne sit tantum, quantum nec meritis assequi, nec viribus queam sustinere. Desisteremque profecto, nisi eadem, quæ maiestate terret facies, benignitate reuocaret. Itaque corã venire potui, ac eo fidentius, quò pluribus teneri, trahique ad te vinculis sentiebam; nam cum vtraq; & Cæsarum, & Percirarum familia, quorum sanguine nobilitor, maiestati se tuæ totam addixerit, consecraritq; quicquid ab eis, vel militiæ, vel domi gestum est, quicquid fructus inde perceptum, tam est tuũ, quam ea sunt Domini, quæ à seruis comparantur. Accrescit amplius: cum enim maiores mei, tum Parens & germani fratres consilio, & bello, terra, mariq; serenissimis Regibus, proauis tuis, continuam si minus quam debebant, certe vt poterant, nauarint operam. Ego tamen ad togam natus, educatusque literariam arripui, ne qua parte seruitio tuo Rex Opt. Máx. deesse videremur; vt qui sciamus proprium esse Cæsareæ gentis arma cum libris, ensem cum calamo coniungere. Ducem habui, qui facem præferret auunculum D. Antonium Pereira, tuum Regium Senatorem, qui cum mihi viam feliciter aperuit, tum aditum ad amplissimam gloriam fecit. Atq; vt istius Aquilæ pullus, volare ingenio doctus, & in studijs plumatus cum librare me vellem & aeri credere, in solem Maiestatis tuæ intendi

¶ 2 tendi

tendi aciem oculorum: illius exemplo qui te è tam propinquo intuetur. Ne vero ille me degenerem arguat, radios paulisper contrahe, splendorem tempera, & patere accessum; neque indignũ magnitudine, putes tua, maiestatem inflectere, cum nisi tu te demittas, nullis ad te gradibus possimus ascendere. Decetq; Ecclesiasticam Hierarchiam, quam tuis armis protegis, tuis opibus sustentas, tuis sumptibus auges, tua industria propagas, tuis auspicijs feliciter consecrari. Quod vero hic primus ingenij mei fructus sit, non ideo acerbus, & immaturus videatur: nam, & primitiæ fructuum gratiores, & sacratiores existunt, & qui tuis auspicijs sati, tua beneficentia alti fuerunt, citiùs maturescere æquum est, præsertim cum pro meis maximis erga te debitis solutio fuerit maturanda. Vale.

Sebastianus Cæsar.

LECTORI.

PRÆFARI pauca in ingressu operis, vt Autores alij æquum sibi esse, sic mihi ego propè necessarium duco. Nam ipsa operis inscriptio magnificum quiddam & sublime præfert, & propter quod vadimonium deseri possit: ac scribenti fortasse inuidiam mouet. Hác vt mittam & suam gratiam colligam, Lector beneuole, profiteor nolle me hac quasi venditatione ingenij, & ostentatione scientiæ, gloriã aucupari: sed communi vtilitati, commodoque seruire. Neque tam speciosa sectari studio iactantiæ, quam honesta, & vtilia, officij & obsequij voluntate. Hac igitur ductus cum in commune bonum, quicquid ex priuatis studijs collegeram conferre vellem: nullo me magis profuturum putaui, quã hoc de Vniuersa Ecclesistica Hierarchia opere suscepto, ac emisso in vulgus. Res est tum grauis per se, tum scitu digna, tum difficilis tractatu. Hi fuerunt ad aggrediendam aculei. Optimum prætereà factu visum, sacri Principatus dignitates, munia, & officia quæ summa sane consentione & ordine inter se cohærent administranturque, in methodum doctrinamque redigere. Præsertim cum de ipsa qua de agimus Hierarchia, sparsim Autores, & carptim multa dixerint, quæ prope necesse fuit colligere; ac ex eis quasi dissipatis, dispersisque membris vnum corpus faciemque formare. Rem itaque sum aggressus: quam sic disposui, vt primum speciem quandam totius Hierarchiæ sub vnum quasi aspectum proponerem: vt quam pulchra esset spectaretur è trunco. Deinde singula membra expenderem, vt facile appareret, quam aptæ, quam perfectæ partes essent, è quibus absolutissimum illud totum consurgeret. Quare à Summo Pontifice hoc est ab ipso capite orsus, per reliqua membra descendens: ad Cardinales, & Legatos venio: ab his ad Patriarchas, & Metropolitanos: quibus addo Episcopos, & Chorepiscopos: his adijcio Presbiteros: Mox

Plin. in Praefat.

Diaconos, & Subdiaconos adiungo: quibus minores ordines subijcio. Denique alias Potestates ad iurisdictionis vsum introductas ad calcem reseruo. Hæc operis dispositio. Tractatio ea erit, quam ingenij mediocritate consequi potui. Si quid desideretur, id non socordiæ non incuriæ tribuas: nam opus multarum vigiliarum fuit, & nō minus elucubrando, quam studendo confectum. Neque vero temeritatis arguas: nam non præcipitata editio est, sed in annos pressa ex præscripto Horatij, quanquā non tot, quot Isocrates Panegyricū pressit. Scio profundam super scribentes altitudinem temporis venturam è qua pauca ingenia caput exerent quod timebat Seneca: solatur me tamē illud Fabij: quod altius ibunt, qui ad summa nitentur. Da dextrā Lector, & tolle. Vale.

In Arte Poet.
Seneca Epist. 109
In Proœ. Institut.

¶ O Padre Doutor Iorge Cabral, & o Padre Doutor Ioão de Mattos vejão este Tratado, & com sua aprouação torne. Lisboa 20. de Agosto de 1627.

O Bispo Inquisidor Geral.

Aprouação do Padre Doutor Iorge Cabral lente de Prima de Theologia Iubilado na Companhia de IESVS.

PRÆVIDI hunc librum, cuius titulus estRelectio de Ecclesiastica Hierarchia, ad cap. Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione compositum à Sebastiano Cæsare in Academia Conimbricensi iuris Canonici professore & sanctæ Inquisitionis deputato; in eo quod sanctæ fidei catholicæ, aut bonis moribus aduersetur,, nihil reperi, plurima vero quæ Autoris ingenium,eruditionẽ, & sapientiam maxime comendant, ideoque opus dignisimum censeo, quod typis excudatur. Vlysippone,in Domo D. Rochi Societatis IESV. 25. Augusti Anni 1627.

Doctor Iorge Cabral.

¶ Està conforme com o original. S.Roque 28. de Março 1628.

D.Iorge Cabral.

TAYXA.

Taixão este Liuro a quatro reis a folha. Lisboa 30. de Março de 1628.

Cabral. Pimenta daBreu. Salazar.

¶ Summa do Priuilegio Real.

SVa Magestade fez merçe a Sebastião Cesar de Menezes que nenhum Impressor,nem Liureiro possa imprimir, nem trazer de fora este Liuro por tempo de dez annos,como mais largamente consta do Priuilegio. Lisboa a 30. de Março de 1628.

Aprouação do Padre Doutor Ioão de Mattos lente de Prima de Theologia na Vniuersidade de Euora da Companhia de IESV.

OPVS de Hierarchia Ecclesiastica Autore Sebastiano Cæsare in Alma Academia Conimbricensi Pontificij Iuris professore, legi accuratè, recognouique diligenter. Nihil in eo non sanæ Fidei consonum, non doctrinæ Conciliorum, & Patrum consentaneum, non virtuti cohærens, non bonis moribus congruens. Cumque in eo offendat nihil, tum omnia placent maxime. Si enim inuentionem attendas; illa præclara; si ordinem, aptissimus; si dispositionem, pulcherrima; si methodum optima; si eruditionem, plane mirabilis; si tractationem perspicua satis & dilucida; si doctrinam, ea est, quam tutò possis amplecti, deserere nescio an tutò possis. Itaque in hoc opere Autor & ingenij summi, & iudicij maturi, & studij indefessi, & memoriæ incredibilis specimen egregium præbet. Quare è republica tum Christiana, tum literaria esse iudico, quod euulgetur; neque quod typis mandetur tantum, sed quod omnium manibus teratur. Eboræ die 20. Iulij Anni salutis 1627.

Doctor Ioannes de Mattos.

Licença do Sancto Officio.

VISTAS as informações do Padre Doutor Iorge Cabral, & do Padre Doutor Ioão de Mattos da Companhia de IESV se pode imprimir este Liuro da Releição de Hierarchia Ecclesiastica, & depois de impresso torne para se conferir com seu original & se dar licença para correr, & sem ella não correra, Lisboa 1. de Setembro de 1627. O Bispo Inquisidor Geral.

¶ Podesse imprimir Coimbra 25. Agosto 1627.

Bispo Conde.

Licença da Mesa do Paço,

PODESSE imprimir este Liuro vistas as licenças do Sancto Officio, & Ordinario & depois de impresso tornarà a Mesa pera ser taxado em Lisboa a 12. de Outubro de 1627.

D. de Mello. *Cabral.* *Pimenta da Brem.*

INDEX
Quæſtionum & paragraphorum, quæ in hoc opere continentur.

§.1. Vtrum

§ 5. Vtrum

DIS-

INDEX
Textuum, qui in hoc opere notabilius explicantur.

Ex Decreto.

Ex Decretalibus.

¶¶ *Caput*

Caput

Ex Libro Sexto.

Ex Clementinis.

F I N I S.

RELECTIO De Ecclesiastica Hierarchia

AD CAPVT CLEROS, ET AD CAP. Perlectis 21. & 25. distinctione.

IN TRES PARTES DIVISA.

Quæstio I. Procemialis.

Vtrum in militante Ecclesia detur ordo Hierarchicus?

De Ecclesiastica Hierarchia in præsenti Relectione tractaturus Beati Isidori textus in cap. Cleros, & in cap. Perlectis 21. & 25. distinct. operæpretium duxi explicandos, quibus in locis Beatus Isidorus totus est in Hierarchico militā tantis Ecclesiæ ordine ad triumphātis imaginem constituto per singulos illius gradus explanando. Dixitque quod post Summum Pontificem Christi Vicarium, in Ecclesia Dei præeminent Patriarchæ, Metropolitāni, Archiepiscopi, Episcopi, Præsbiteri, & alij, quibus Ecclesiastica Hierarchia cōponitur, ac spirituale Imperium regitur, & gubernatur. Hæc tamen graduum diuersitas ad duas principaliores classes reducitur, vnā scilicet respicientē potestatē iurisditionis per singulos illius gradus sub alternè exercendæ, alterā vero concernentē potestatem ordinis, provt Sacramentum est, ad confectionem corporis & sanguinis Christi Domini ab ipso Christo Domino instituti; & quia de vtraq; agit Beatus Isidorus in his iuribus de vtraque in præsenti Relectione agendum erit.

Proponuntur sententiæ, & argumenta hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio cum solis impijs hæreticis cō trouertitur, nullum esse ordinem hierarchicum mordicus defendentibus.*

2 *Hæretici negatiuam quæstionis tenentes nominantur, & quædam eorū dicta exprimuntur.*

3 *Hæreticorum nomina, & sententiæ omnes Monachos, siue Cænobitæ, siue Anachoretæ illi sint, in totum negantium referuntur.*

4 *Error circa ordinem Hierarchicum tanquam ad Canonistarum institutum pertinens in præsenti refutatur, cæteris ad Theologos relictis.*

5 *Primum Hæreticorum argumentū, & loca. quibus corroboratur, proponuntur.*

 6 *Secun-*

6 *Secundum argumentum ex originatione ordinis hierarchici conficiunt, concludentes vnitati Ecclesiæ, libertati, ad quam sumus reuocati, humilitati, quam ipsemet Christus seruator præcepit, repugnare.*

7 *Tertiò pro se adducunt locum Beati Petri, in Ecclesia Dei nullum esse personarum differentiam quasi innuentem.*

8 *Præcipua dubia pro negatiua quæstionis parte dicuntur adducta.*

1 Præsentis quæstionis controuersia cum solis impijs Hæreticis versatur; illi enim Ecclesiasticam Hierarchiam, qua sancta Mater Ecclesia velut castrorum acies ordinata, vt *Scriptura Sacra*, loquuntur *Cant. 6. & Conc. Trid. sess. 23. de sacram. Ord. c. 4.* vni Trinoque Deo militat varijs ministrorum gradibus distincta, ipsúq; subinde Hierarchicum ordinem è medio auferre conantur; omnesque Ecclesiæ dignitates confusè permiscentes adeò illius decorem contenebrare moliuntur, vt ne nomē quidem Clericorum superesse patiātur; eamque prorsus monstrificam reddant sine capite & membrorum varietate.

Cantic. 6. Concil. Trid.

2 Hanc hæresim ante omnes tenuit Vvicleffus, dum in totum sacramentum Ordinis abnegauit, vt videre est apud Vuillelmum Vuidefordum in libro de illius erroribus dānatis sub titulo: Contra sacramentum Ordinis errore. 8. & 9. constatque etiam ex traditis per Vuald. tom. 2. de Sacram. cap. 126. & alibi sæpè. Eandem ab orco expresſius suscitauit Lutherus hæres Vvicleffi; cohæres autem

Vuillelm. Vuidefor. Vuald.

Vuald.

A Antichristi; quatenus non solum idē sacramentum Ordinis inficiatus est, vt patet ex lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Ordine, cui etiam consentiunt Illiricus in confesſione Antuerpiēsi, & Kemnitius in 2. p. Examinis; sed etiam vlterius progressus in pestilenti illo, ac plane tartareo libro de abroganda missa priuata, p. 1. Hierarchiam Ecclesiasticā similem esse Gentilitiæ constitutioni de Sacerdotibus Iouis, Veneris, & Saturni contendit, populumque christianum simpli- B cem esse debere asserit, *in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus clericus, nullus laicus, nullus vnctus, nullus rasus, nullus monachus* (vt sunt pestifera verba ipsius) *esse debeat.* In quo etiam errore fuit Caluinus, qui lib. 4. suæ iust. cap. 4. §. 9. appellationem clerici aut errore, aut certè ex praua affectione natam esse docet, cum, vt ipse inquit, *tota Ecclesia, Clerus*, id est hæreditas Domini *à Petro dicatur.*

C Neque defuerunt, qui Monachos omnes, siue Anachoretæ, siue Cænobitę illi sint, in vniuersum execrētur, vt ijdem Caluinistæ lib. 4. Instit. c. 13. monasteria Cænobitarum lupanaria sceleratorum, & conuenticula schismaticorum appellantes; & Magdeburgenses Centuriatores cent. 4. c. 6. & 10. qui Anachoretas monstra quædam humana, vel vrsos potius appellādos esse cēsuerunt. Tandemque fuerunt Anabaptistæ, qui nec laicis parcunt, dū iurisdictione Ma- D gistratus, magistratibus vrbes, vrbibus genus humanum spoliant vt hęc omnia recensent Sot. in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. & dist. 24. quæst. 1. art. 1. Vuald. d. tom. 2. de Sacram. c. 116. *Soto. Vuald.*

Ledes.

Ledesma. Henric. Bellarm. Ledesm. 24. quæst. 36. art. 1. Henr. in Sum. lib. 10. de sacram. Ord. in proœm. §. 5. Card. Bellar. de cōtrouers. Christ. fid. tom. 2. controuers. 5. generali in præfat. & lib. 1. de sacram. Ord. cap. 1. & tom. 1. & lib. 1. de Clericis, c. 1. *Vasques. Ochagau.* Vasq. 3. tō. ad 3. p. disp. 135. c. 1. per tot. Ochagauia in suis tract. ad vniuersam doctrinam Sacramentorum, tractat. vnico de sacram. Ord. quæst. 1. n. 4. *Mariꝰ Scribonius.* F. Ioan. Marius Scribonius in Summ. totius verit. Theologicæ in theosimia, seu de Sacram. disp. 7. de ordine quæst. 1. in princ.

4 Relictis ergo posterioribus hæreticorum erroribus circa Monachos, & Laicos, cum minus ad nostrū pertineat institutum, cōtra quos Bellar. *Bellarm.* d. tom. 1. controuers. 5. generali lib. 2. & 3. per tot. non infeliciter disputauit; de priori nobis tantum agendum restat, quatenus hæretici Hierarchicum ordinem in Ecclesia non dari, nec esse debere, pro negatiua huius quæstionis parte satis audacter & impudenter contendunt.

5 Arguunt autem impij lutherani cū suo Vvicleffo. Primo ex illa 1. Petr. cap. 2. *1. Petri 2.* *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c.* & *Apoc.* 1. ibi, *& fecitnos regnum, & sacerdotes Deo Patri & cæt.* *Apoc. 1. Apoc. 5.* & 5. ibi *fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdote &c.*. Quæ quidam loca de vniuersis Christianis communi Patrum consensu intelliguntur; ac subindè videntur innuere nullum inter eos esse ordinem diuersum; sed omnes fideles in sacerdotali gradu constitutos esse, vt docuit Tertull. lib. de exhortatione castitatis c. 7. *Tertull.* cūm ait exponens locum illum *Apoc. Non nè & laici sacerdotes sumus? scriptum est; [A] Regnum quippè nos, & sacerdotes Deo, & Patri suo.*

Secundo pro illis facit, quia ordo Hierarchicus cum de se importet nō solum quandam distinctionem, & varietatem ministrorum Ecclesiæ, verum etiam determinatam prælationem, & subiectionem vnius ad alterum (Hierarchiæ enim principatum significat, vt infra explicabimus) videtur imprimis repugnare vnitati, quæ populus Christianus vnus, & sim- [B] plex esse debet; omnesque fideles vnum sunt in Christo Iesu, vt *Apost.* ait *ad Gal.* 3. *Non est Iudæus, neque Græcus &c. Omnes enim vos vnum estis Christo Iesu &c.* *Ad Gal. 3. Ad Cor. 2* & ad *Colloc. 2. habeturque Ioann.* 17. Deinde libertati, in quam per eundum Christum vocati sumus iuxta eundem *Paul. ad Gal. 5.* & illud Ioan. 18. *Si filius vos liberauerit, verè liberi estis, & cæt.* Tandemq; *Ioann. 17 Ad Gal. 5 Ioann. 18 Lucæ 22.* humilitati, quam ipsemet Christus seruator in Ecclesia sua precepit *Luc.* 22. ibi *Quicunq; voluerit inter vos ma- [C] ior fieri, sit vester minister, & cæt.* Ob quam fortasis rationem rectissimè nomine Hierarchiæ vsos fuisse veteres in hac materia inueniemus.

Tertiò adducunt autoritatem, *B. Petri in Epist. sua priore cap.* 5. vbi totam Ecclesiam, & fidelium congregationem Clerum appellat, cum ad Episcopos ait, *Pascite qui in vobis est gregem Dei, & cæt.* iuncto infrà, *Non dominantes in cleris, & cæt.* Quasi verò in Ecclesia Dei nulla esset differētia [D] personarum inter clericos, & laicos, vt ex illo loco deduxit Lutherus in d. lib. de abrog. missa priu. p. 1. 7

Et ad hæc reducuntur ferè omnia argumenta, quæ in proposita quæ- 8 *1. Petri 5*

A2 stione

stione pro ratione dubitandi afferunt Card. Turrecr. in hoc cap. Cleros n. 2. dist. 21. Ledesm. 24 q. 36. art. 1. mutuati à D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. in princ. Et post eos Bellarm d. tom. 1. cōtrouer. 5. gener. lib. 1. de Cler. cap. 1. Omittendo alia quæ aduersus singulos Hierarchiæ gradus eorumque distinctionem, ac potestatem conficiunt ijdem aduersarij, de quibus infra in discursu, cum de illis sigillatim egerimus; opportunior erit disputandi locus.

Tertull. Ledes. D. Thom. Bellarm.

§ Primus

De varijs acceptionibus, & definionibus nominis. Ordo, & quomodo in præsenti quæstione accipiatur?

SVMMARIVM.

1 *Ordo terminus relatiuus est, sumiturque pro quadā relatione inter res superiores, & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate.*

2 *Ordo primo modo acceptus an recte sumatur pro ipso met gradu, qui ordinem facit, & ad sui rationem an necessario exigat prius, & posterius supremum, & infimum.*

3 *Ordo pro relatione acceptus, an à Humanistis, Theologis, & iuris vtriusq; professoribus rectè definiatur, & quo modo in iure cōmunitèr accipiatur.*

4 *Ordo pro rebus ipsis, quæ inter se ordinantur sumptus, an in Rep. Romana inueniretur.*

5 *Instituta religiosorū omnium, an in Rep. Christiana ordines merito appellentur.*

6 *Ordo etiam pro statu, & conditione personæ accipitur; & in hoc sensu, an institutis religiosorum conueniat, ordines appellari, declaratur.*

A

7 *Vltimo ordo pro illa cæremonia exteriori, qua homini gradus dignitatis, seu officij confertur respectu altaris sacrosancti sacrificij accipitur.*

8 *Ordo an sit sacramentum, dum aliquam Ecclesiasticam ordinationem importat?*

9 *Vtrum cæremonia exterior, promissio gratiæ, & diuina institutio, quibus sacramenta perficiuntur in ordine inueniantur?*

B

10 *Ostenditur, tria prædicta in ordine inueniri, & sacramentum esse autoritatibus sacræ paginæ, Apostolorum locis & Concilijs.*

11 *Contra datam doctrinā aliqua Hæreticorum argumenta proponuntur, & responsiones ad ea annectuntur.*

12 *Ordo quatenus sacramentū est à Theologis, & iuris Pontificij professoribus varie definitur.*

13 *Ordinis sacramenti definitiones posita reprobantur; & in quo vitio laborent, ostenditur.*

C

14 *Vera sacramēti ordinis definitio proponitur, & singula illius verba explicantur.*

15 *An dentur ordines, qui sacramentū non sint, & tamē per illos ad peragēda ministeria sacrificij altaris potestas tribuatur.*

16 *Generalis nominis, ordo, definitio cōprehendēs omnes ordines, & gradus, qui in Ecclesia reperiuntur.*

D

CAEterum vt in proposita quæstione Catholica veritas ab hæreticorum vendicata mendatijs dillucidior appareat, aliqua sūt necessario præsupponēda pro terminorum cognitione. Et primo 1

mò circa nomen, *ordo*, supponendũ est, terminum illum latè patere, & multipliciter accipi; nã imprimis est terminus relatiuus, in eoq; sensu sumitur pro relatione quadã, seu respe ctu inter res superiores & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate, vt docet D. Tho. in addit. ad 3. p. d. q. 34. art. 2. ad 4. vbi post alios explicat. F. Didacus Nugno Cabez. in expositione primi articuli §. vt explicetur. Sot. in 4. d. 24. q. 1. art. 1. F. Stephan. Brulefer. in 4. libros Sentent. D. Bonauent. disp. 20. lib. 1. q. 1. art. 2. Henric. in sum. lib. 10. de sacram. Ord. c. 1. in princ. Aegid de Sacram., disp. 20. de ord. dub. 1. n. 1. Vincent. Filliusius tom. 1. moral. quæst. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. n. 1. & ex nostris Turrecr. in *cap. Cleros*. n. 2. dist. 21. Quo sensu non solum in ipsis creaturis inuenitur ordo cum influxu causæ, sed etiam in diuinis Personis datur ordo naturæ, & principij secundũ originem, qua vna persona accepit esse ab alia cum reali distinctione, vt explicant Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 24. art. 3. Durand. in 1. dist. 20. q. 2. D. Bonauent. in 1. dist. 20. art. 2. d. quæst. 1. & 2. Henric. d. cap. 1. Vasq. 2. tom. in primam partẽ disp. 167. c. 1. num. 1. & 2. Qui ordo, vtrum in eisdem reperiatur cũ priori, & posteriori, prout tenuit Scot. in 1. dist. 28. quæst. 3. & quodlib. 4. art. 1. Vasq. supra cap. 2. vel sine illo, pro vt affirmant S. Thom. & D. Bonau. locis citatis; disputat latè idem Vasq. proxime cap. 1. & 2. & in re prædictas sententias nihil differre explicat noster insignis Suarius de Deo Trino & Vno lib. 4. cap. 15. n. 5. 6. & 7. in quibus, si oportuerit, quia ad iuris professorem quæstio non spectat, videri poterit.

D. Thom. Cabezud. Soto. Bulerfer. D. Bonau. Henric. Ægid. Filliusius Turrec. D. Thom. Durand. D. Bon. Henric. Vasques. Scotus. Vasques. D. Thom. D. Bon. Vasques. Insignis Suarius.

2 Secundo modo sumitur ordo, pro ipsomet gradu, qui facit ordinẽ primo modo acceptũ vt per D. Thom. & Turrecr. & Aegid. supra Scot. in 4. dist. 24 q. 1. crica quæstionẽ. Nam cum relatio plura requirat, neq; enim quis ad se ipsum ordinatur relatione reali, ideo vbi occurrit aliquid additũ alteri, ibi incipit esse ordo; & ita secundum additum primo complet rationem ordinis; gradusque iste secundus, aut primus, in quo tales cõstituũtur, dicitur ordo; siue sit superioritatis, siue inferioritatis, siue alterius cuiuscunque modi, quo aliquid dicitur prius, & posteriùs vt eleganter tetigit D. Thom. & latiùs declararunt Turrecr. Scot. & Brulefer supra consentit Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 236. cap. 1. n. 7. vers. altero modo. Vnde fit, ad rationem ordinis primo modo accepti necessario exigi vt detur prius, & posterius; supremum & infimum. Vbi autem nõ datur primum, neque postremum, nullus ibi ordo esse potest Brulefer. supra & in 4. dist. 24. quæst. 1. Lexicon Theolog. verbo ordo. Vasq. num. 6. proxime Anastas. Germon. lib. 2. de Sacrorum. immun. cap. 5. num. 8.

D. Thom. Turrec. Ægid. Scotus. D. Thom. Turrec. Scotus. Burlefer. Vasques. Burlefer. Lex. Theo. Vasques. Anast. Ge.

3 Et iuxta prædictas acceptiones præsertim iuxta primã definitur ordo à Cicer. lib. 1. Offi. vt sit compositio rerum aptis, & accommodatis locis. Aliter, sed in eundem sensum diffinit D. Aug. lib. 19. de Ciuit. Dei c. 13. quod sit parium, dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Aliter Bald. in proœmio Digesti veteris num. 1. dicens, quod ordo, & dispositio principia suis medijs, & me-

Cicero. D. Aug. Baldus.

& media ſuis finibus coniungens re-
Alberi. ferunt Alber. in dictionario, verbo
Turrecr. ordo Turrecr. in d. cap. *Cleros* n. 2.
Hoſtiens. Hoſtiẽs in ſum. tit. de ordine cognit.
Marāta. in princ. Marant. de Ord. iud. in pro-
Scotus. œmio num. 3. Scot. & Bruleſer. in 4.
Bruleſ. diſt. 24. queſt. 1. Lexic. Theolog. ver-
Lex. Thе. bo ordo. Vaſq. tom. 2. in 1. part. diſp.
Vaſques. 167. cap. 1. num. 2. & 3. tom. in 3.
Cabezud. part. diſp. 236. cap. 1. num. 6. Cabe-
Ægid. zudo, & Aegid. ſupra. Alex. Peſan.
Alex. Pe. in comment. ad vniuerſam Theolo-
D. Thom. giam. D. Tho. in addit. ad 3. p. q. 34.
Rebufus. diſp. 1. in princ. Rebuf. in l. Pupillus
Luc. Pen. 239. §. Munus ff. de verb. ſign. Luc.
de Pena in l. His quidem. col. 1. & ſeq.
C. qui milit. non poſſ. lib. 12. Quæ
definitiones etſi omnes veriſsimæ
ſint, & Ciceronis eo verior, quo bre
uior, & elegantior; notandum tamẽ
eſt, in illis definiri ordinem pro ma-
teriali, nõ vero formaliter, quia tunc
ordo, & relatio, quæ ſequitur ad il-
Bruleſer. lam diſpoſitionem, & diffinitur à Bru
leſer. in 1. diſt 20. quæſt. 1. art. 2. Or-
do eſt habitudo prioris ad poſterius,
vt in terminis circa diffinitionem D.
Cabezud. Aug. benè notauit Cabezudo ſupra
aſſerens in illa ſolum definiri actionẽ
quæ facit illam diſpoſitionem, per
quam optimè cognoſcitur ordo; ſi-
cut omnis relatio cognoſcitur per fũ
damentum, & in eadem definitione
D. Bon. explicari ſolum naturam ordinis ſe-
cundum locum dixit etiam D. Bona-
uent in 1. diſt. 20 art. 2. q. 1. quem ſe-
Vaſques. quitur Vaſq. d. diſp. 167. cap. 1. num.
Durādo. 2. ſuprà, qui etiam ibidem num. 1. ex
Durand. & alijs notauit aliam diffi-
nitionem ordinis formaliter, quæ cũ
ſuperiori Auguſt. conuenit dicens;
eſt habitudo plurium ad vnum pri-
mum, ſeu ad vnum prius, prout

ipſemet ſequitur, & explicat d. 3.
A tom. in 3. part. diſp. 236. cap. 1. n. 6.
Ex quo fit, vt ordo in hac prima, &
ſecunda acceptione reperiatur non
ſolum in vniuerſali Eccleſia eo modo
quo infrà declarabimus, ſed etiam in
profanis, & in omni ſtatu, & politia
benè diſpoſita, vt benè aduertit Scot. *Scotus.*
ſupra. Sot. in 4. diſt. 24. quæſt 1. art. *Soto.*
1. Vnde frequentiſsimè tam in iure,
quam ſæpè alibi accipitur pro ſerie,
& diſpoſitione rerum inter ſe, ſicut
& ordinare pro diſponere, *l. Caius.* *Caius. ff. de pig. act.*
B ibi *cum ſuprema ſua ordinaret ff. de pign.* *l. videam*
act. l. Videamus ibi *res ita ordinãda ſit. ff.* *ff. de adi-*
de ædilit. edict. quo ſenſu dixit Philo- *litio edit*
ſophus. Optimum vniuerſi eſt ordo, *Ariſtot.*
id eſt, maxima bonitas, & perfectio,
quæ reperitur in rebus ipſis creatis,
conſiſtit in eo, quod ſint benè diſpo-
ſitæ, & ordinatæ, notant Cabezudo *Cabezud.*
& Vaſq. ſuprà, & *Apoſt. 1. ad Corinth.* *Vaſqueſ.*
cap. 14. ait, *Omnia honeſtè, & ſecundum* *1. ad Cor.*
ordinem fiant in vobis. Et in eodem ſu *14.*
mitur in *tit. ff. quis ordo in bonorum* *Ti. ff. quis*
poſſ. ſeru. Quia ſcilicet in eo decidi- *ordo in bo*
C tur, qui hæredes priùs, quivè poſteri- *nor. poſſ.*
us ad inteſtati ſucceſsionẽ per bono- *ſeruetur.*
rum poſſeſsionem admitti debent, & *Tit. & l.*
in titulo Cum *l. 2. C. vt dignitatum or-* *2. Cod. vt*
do ſeruetur lib. 12. vbi diſponitur, in- *dig. ord.*
ter habentes dignitates, & officia, *ſer. lib. 12*
preferendos eſſe priores tempore, & *L. licet, ff.*
maiores dignitate. Cõſonant. *l. Licet* *albo ſeri.*
ff. de albo ſcrib. l. 1. C. de Conſul. lib. 12. l. *L. 1. Cod.*
1. & 2. C. de Præfect. præt. eodem lib. *Conſ. l. 12*
cap. 1. de maioris. & obed. vbi gloſſ. cap. *L. 1. & 2.*
Epiſcoporum 74. diſt. cum multis alijs *Cod. Præ-*
D de quibus Caſſan. in Cathal. glor. *fect. præ-*
mundi 4. p. Conſid. 23. & 76 & p. 10. *torio lib.*
conſid. 29. Eodemq; etiam reſpectu *12.*
modus procedendi in iudicijs circa *Cap. 1. de*
cauſarum cognitonem ordo iudicia- *maior. & obed.*
rius *Cap. Epiſ. 74. diſt.* *Caſſan.*

L. Prolatam Cod. sent. & interlo. Cap. ad nostrã de iure iur. Clem. sape, de ver. sign. Cap. quoniam contra de prob. Gloss. in l. prolatam Cod. sent. & interl. Rebuf. Anastas. Germ.

rius appellatur, *l. Prolatam vbi gloss. C. de sent. & interlocut. cap. Ad nostram de iur. iur. Clem. sape. in fin. de verb. sig.* quia videlicet in iudicio primum vocatur Deus; demum libellus offertur, posteà lis contestatur, exceptiones, & defensiones audiuntur; datur probandi copia, aliaque suo ordine fiunt, quæ ponit text. in *Cap. Quoniam cõtra de prob. gloss. in d. l. Prolatam*, prout magis, vel minus, prius, vel posterius ad causæ decisionem conducunt; notant Refub. in d. l. Pupillus §. munus vers. & quidem ordo ff. de verb. sign. Anast. Germon. lib. 3. de sacro. immun. cap. 13. num. 92.

4. Similiterque ex eodem prouenit, vt idem nomen (*ordo*) communiter etiam sumatur pro materiali, id est, pro rebus ipsis, quæ inter se ordinãtur, & cõstituũtur; in qua acceptione in Rep. Romana nominabantur tres ordines; Senatorius, equestris, & plebeius; & Cicero appellat Senatum modo amplissimum ordinem, modo perfectissimum. Rebuf. proximè vers. Tres. Cabezud. in addit. ad 3. part. d. quæst. 34. in expositione primi articuli. Et Collegium decurionum ordo etiam appellabatur vt in *Rubr.* & in *l. Quod semel ff. de decret. ab ord. fact. l. vlt. in princ.* ibi *ordinis* iuncta *gloss. ff. ad municip. l. 2.* ibi *Patriæ suæ ff. de legat.* cum alijs adductis à Rebuf. proximè & inter milites reperiebantur quoq; ordines peditum, equitum, & similes. *l. Qui cum vno 4. §. non omnis. vers. exauctoratus* ibi *militiæ eiusdem ordinis se dare* & §. *Ad tempus* ibi *& in ordinẽ redire potest. ff. de re milit.*

Cicero Rebuf. Cabezud.

Rubic. & l. quod semel ff. decretes ab ord. fac. L. vlt. ff. ad munic. l. 2. ff leg. L. qui cũ vno ff. de re milit.

5. Et in Repub. Christiana ordines etiam in hoc sensu communiter dicũtur de personis religiosis; qui quomodocunque dedicantur diuino cultui, & obsequijs, etiam si non referãtur ad sacrificium (de his enim dicemus infra in tertia acceptione.) Quo pacto religiosorũ omniũ nuncupantur instituta, ordines, veluti *D. Aug. D. Dominici, D. Francisc. Societatis Iesu*, & alij, in his enim maximè seruatur ordo ille, & dispositio ordinata, maiorq; datur subordinatio propter votum obedientiæ Lexic. Theol. verb. *ordo*, quandoque Bellarm. de contr. tom. 1. lib. 1. de Clericis cap. 11. §. communiter. Sot. d. dist. 24. quæst. 1. art. 1. Cabezud. supra §. strictè tamen Vinc. tract. 9. cap. 1. n. 1. & iam ab ipsis SS. Patribus eo nomine appellabantur, nam ordinationem Monachi scribit D. Dionys. cap 6. Ecclesiast. Hierarch. & de ordine laborantium in sepeliendis mortuis (habebatur enim sepultura mortuorum tãquam actio religiosa) agit Epiphan. in compendiaria doctrina. Ac deniq; de ordine Diaconissarum Virginum, aut viduarum (quæ erant illæ, quæ inseruiebant Ecclesiæ in instructione mulierum, quę baptizandæ erant, vt deducitur ex Nouella Iustin. in *Authent. Quomodo oporteat Episcopos*, §. *Quanta igitur Collat.* 1. & ex Tertull. in lib. De Monogamia; probatque Anastas. Germ. lib. 2. de sacror. immunit. c. 2. num. 17. Non autem, vt existimat Cuiac. ad Nouell. 79. quæ ægrotos curabant & pauperum curam agebant) agit idem Epiph. ibidem. notant Bellarm. proximè. Henric. in Summ. lib. 10. de sacram. Ord. cap. 1. §. 4.

Lexicon. Bellarm. Soto. Cabezud. Vinc. D. Dion. Epiphan. Authen. quomodo oporteat Coll. 1. Tertull. Anast. Germ. Cuiac. Epiph. Bellarm. Henric.

Nec immerito religiosorum instituta ordines in hoc sensu appellantur. Nam cũ propriè loquendo status 6.

sint personarum ad perfectionẽ Euãgelicam tendẽtium iuxta quadripartitam illam status diuisionem, quam tradit August. de Ancona de potest. Eccles. quæst. 76. art. 1. nempe coniugatorum, Clericorum, Religiosorum, & Episcoporum, de qua latissime P. SVARIVS 3. tom. de Religione lib. 1. cap. 2. à num. 11. & per tot. iuncto lib. 2. cap. 1. à num. 1. ordines propriè nuncupari valent. Nam ordo multoties etiam accipitur pro statu, & conditione personæ, *l. Diuus. §. Cum autem* ibi *cum tali loco, atq; ordine esse*; vbi sic exponit Budæus. *ff. de offic. præsid.* Zazius in *l. 2. ff. de orig. iur.* dicens; *Ordo est discretio status cõditioni accommodatus*; tradit Rebuf. supra in d. l. Pupillus. §. munus. ff. de verb. sign. in specie Cabezudo. in d. expositione art. 1. §. vt explicetur in fin. Aegid. de Sacram. disp. 20. de ordine dubio. 1. num. 1.

August. de Ancona. *P. Suar.* *L. Diuus ff. de offic. præsi.* *Budæus.* *Zazius.* *L. 2. ff. de orig. iur.* *Rebuf.* *Cabezudo* *Aegidius*

7 Tertio tandem modo accipitur *ordo* pro signo illo sacro, seu cæremonia exteriori, qua homini confertur gradus dignitatis, seu officij in Ecclesia Christi respectu sacrosancti Altaris sacrificij, vt post alios tradunt Turrecr. in d. cap. Cleros. n. 2. vers. tertio modo. 21. dist. Filliusius tom. 1. Moral. tract. 9. de sacram. Ord. c. 1. num. 1. in fin. Aegid. supra vers. 3. & 4. Guilhel. Estius in 4. dist. 24. §. 1. vers. primum igitur Valent. tom. 4. disp. 9. gener. de sacram. Ord. puncto 1. Appellatur autem *ordo*, ab effectu, quia scilicet per illud signum, seu cæremoniam ministri initiantur, eisque conferuntur gradus quidam potestatis ad peragenda ministeria respectu illius sacrosancti sacrificij; certumq; gradum, in quo quis constituitur, propriè dici ordinem iuxta secũdam

Turrecr. *Filliusius* *Aegidius* *Guilhel. Estius.*

A huius nominis acceptionem, de qua supra notant optimè Sot. in 4. d. 24. quæstion. 1. Valent. supra vers. ex hac autem Ochagau. in suis tract. ad vniuersam materiam sacram. tract. vnico de sacram. Ord. quæst. 1. n. 2. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. tract. 1. de sacram. Ord. cap. 1. num. 1. adducentes similitudinem sacramenti confirmationis, quod denominationem etiam sumpsit ab effectu, quem producit corroborandi

Soto. *Ochagu.* *Reginald.*

B scilicet seu confirmandi animum per gratiam. Vnde antiquitus, & magis propriè huiusmodi sacra vnctio, qua quis in aliquem Ecclesiasticum ordinem cooptatur, dici consueuit ordinatio; hoc enim propriè nomen importat ipsam sacram actionem, qua ministri consecrantur, & gradus potestatis prædictæ illis conferuntur, ordinesq; appellantur gradus illi, quos sic initiati, assequuntur, teste Sindano lib. 4. Panopiæ Euang. cap. 75. §.

Sindano.

C quod hodie. notant Scot. in 4. dist. 24. quæst. 1. Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 235. cap. 3. num. vlt. vers. Cæterum. Ochag. num. 3. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi. 44. §. eiusmodi provt etiam hodie appellat *Trid. sess. 13. de sacram. Ord. Can.* 3. Vsus tamen Ecclesiæ obtinuit, vt promiscuè dicatur ordinatio sacra, & ordo Trid. d. can. 3. Ochagau. Et Vasq. proxime ideoque vel ab effectu, vt supra; vel quia per gradus illos pulcherrimo ordine deposita cõsistit Ecclesiast. Hie-

Scot. *Vasq.* *Ochagau.* *Baron.* *Trid.* *Trid.* *Ochagau.*

D rarchia, vt definit. *Trid. d. sess. 23. can. 3. & 6.* Et eleganter asserit Guilhel. supra. Qua ratione, vt ipsemet aduertit, & Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. gradus illi, veluti per antenomasiã ordi-

Vasq. *Trid.* *Guilhel.* *Soto.*

ordines simpliciter dicuntur; & ita vulgariter appellantur; imo vniuersus Clerus prout à laicis distinguitur, generali nomine ordinis appellatur à Tertull. in exhort. ad Cast. Differentiam (inquit) inter ordinẽ, & plebem constituit Ecclesiæ autoritas, & honor per ordinis concessum sanctificatus à Deo, vt ex eo loco eleganter aduertit, & explicat Baronius. proximè.

Tertull. *Baron.*

8 In hac autem acceptione si ordo in vniuersum sumatur pro vt importat aliquam saltem ordinationem Ecclesiasticam expeditum est inter Doctores catholicos esse vnum ex septẽ Ecclesiæ Sacramentis; quemadmodum de fide sæpius definitum est *in Concilijs tam Florentino ab Eugenio IIII. in decreto fidei post sessionem vltimam § Sextum Sacramentum*; quam etiam *Trid. sess.24. de sacram. Ord. cap. 3. & Can.3. & sess.7. de sacram. in genere. Can.* 1. deduciturque manifestè ex Conc. *Calced. Act.15. Can.* 2. *& Brachar.2.cap.*3. probatq; expressè Papa Innoc. III. in *Cap. vltim. de presbit, non bap.* Estq; aliorum Summorum Pontificum, & Patrũ vnanimis traditio, vt constat ex pluribus illorum testimonijs, quæ ad hanc veritatem cõfirmandam pleno sermone post alios adducunt Castro aduersus hæreses verbo *ordo* Hocius in cõfessione catholica c. 50. Cardin. Bellarm. tom. 2. controu. 3. generali. lib. 1. de sacram. Ord. ex cap. 2. cum duobus sequentibus. Henric. in summa lib. 10. cap. 1. §. 3. iuncta lit. R. & S. Sot. in 4. dist. 3. quæst. 1. art. 1. & dist. 24. quæst. 1. art. 1. Viuald. in Candel. aureo tit. de sacram. Ord. n. 4. Vasq. d. 3. tom. in 3. part. disp. 235. c. 2. per tot. Aegid. de sacram. d. disp. 20. dub 5. per to t. Ochagau. d. tract. vnic. de sacram. Ord. quæst. 1. num. 5. & 6. Guilh. Estius in 4. distin. 24. d. §. 1. per tot. Baron. Annal. tom. 1. anno. Christi 44. §. Sacri vero ordinis; vltra quos ita etiam habet omnium Theologorum; & nostrorum sentẽtia cum Magistro in 4. dist. 24. vbi omnes; & cum D. Thom. in addit. ad 3. part. quæst. 34. art. 3 vbi præter alios Cabezud. in respõsione articuli Pisantius d. disp. 1. §. Itaque quærere Scribonius in Theosim. seu de Sacram. disp. 7. de ordine. quæst. 3. in 2. p. quæst. Victor. in summ. Sacramẽtorum num. 226. Turrec. in d. cap. Cleros num. 5. Nau. in Man. cap. 22. num. 17. Petr. Ledesm. in Sum. 1. p. tit. de sacram. Ord. cap. 1. concl. 1. & 2. Filliucius quæst. moral. tom. 1. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. num. 2. & omnes alij catholici quotquot de illo in summis, & alibi scripsere.

Concil. Florent. *Concil. Trid.* *Concil. Calcedo.* *Concil. Brach.* *Cap. vlt. de presb. non bapt.* *Castro.* *Hocius.* *Bellarm.* *Henric.* *Soto.* *Viuald.* *Vasques.* *Aegid.* *Ochagau.* *Guilhel.* *Baron.* *Magist.* *D. Thom.* *Cabezud.* *Pisantiu.* *Victoria.* *Turrecr.* *Nauar.* *Ledesm.* *Filiucius.*

Et ratione insuper ostenditur; nã in ordinatione, seu ordine in hac acceptione sumpto inueniũtur illa tria quibus sacramenta legis gratiæ perficiuntur iuxta communem doctrinam Theologorum ab ipsis etiã Hæreticis probatam in Apolog. confess. August. art. 13. in cuius verba omnes iurarunt, nempe ritus, seu cæremonia exterior, promissio gratiæ, & mandatum, seu diuina institutio. 9

10 Nam de cæremonia, seu ritu cõstat ex *Apost.* traditione. 2. *ad Timoth.* 1. ibi *per impositionem manuum meorum*, & cap. 4. ibi *Cum manuum meorum impositione presbiteri*, & cap. 5. ibi *Nemini cito manũ imposueris*, quod refertur apud nos à Gratiano in princ. *dist.* 24. & *Act.* 6. *Ordinati sunt Diaconi per manuum impositionem* & *cap.* 13. & 14. & Simon Magus Petrum, & Ioannem

2. ad Thi. 1. *2. ad Thi. 4.* *2. ad Thi. 5.* *Dist.14.* *Actor.6.* *Actor.13* *Actor.14*

Act. 8. nem allocutus *Act. 8.* dixit, *Date mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctũ.* Quæ quidem manus impositio sine dubio fuit, & modo est ritus, symbolumque externum huius ordinationis, vt interpretantur sancti Patres *Leo Papa* *Chrys.* LeoEpistol. 31. Chrys. in Act. Apost. Homil. 37. Et ita seruabatur etiam in ordinatione ministrorũ veteris legis (quæ erat figura, & vmbra legis gratiæ) nam imponendas esse manus ab Aaron, & filijs eius super eos, qui sacerdotio Leuitæ initiarẽtur; habetur Exod. 29. confirmat optimè Baron. supra §. *Exod. 29.* *Baron.* Quibus autem ritibus; probaturque vlterius ex ipsa græci nominis significatione, iuxta quam manus impositio idem est, atque ordinatio. Et in Conc. Chartagin. 4. c. 2. 3. & 4. relato in cap. *Episcopus*, cap. *Præsbiter*. cap. *Diaconus*, 23. *dist.* cap. *Quorundam eadem dist.* ordinatio Episcopi, Præsbiteri, & Diaconi iubetur fieri cum manus impositione, vt infra suis locis dicemus. De promissione gratiæ habetur in eisdem Epistolis sancti Apstoli. 2. ad Thimoth. d. cap. 1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et d. cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est; quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbiterij*; cum multis alijs adductis à Sairo de Sacram. in commun. lib. 5. cap. 1. art. 2. §. de sacramento Ordinis. Ex quibus locis hanc veritatem veluti per argumentum deduxit Trid. d. sess. 23. c. 3. sic habens. *Cum scripturæ testimonio Apostolica traditione, & Patrũ vnanimi sententiam per sacram ordinationẽ quæ verbis, & signis exterioribus perficiuntur, gratiam conferri, dubitare nemo debet ordinem esse vere, & propriè, & vere vnum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis.* Inquit enim Apostolus, *Admoneo te, & cæt.* Denique de mãdato, seu diuina institutione etiam Act. 13. dixit Spiritus Sanctus, *Segregate mihi Saulum; & Barnabam in opus, in quod assumpsi eos, tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque ei manus dimiserunt illos*, & Act. 20. *In quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Episcopos.* Et ad Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores, & cæt.*

Conc. Carth. 4. *Cap. Epis. 23.* *cap. Pres. 23.* *Cap. Diaconas. 23.* *cap. Quorund. 23.* *2. adTh. 1* *2. adTh. 4* *Sairo.* *Triden.* A *Act. 13.* *Act. 20.* B *Ad Ephe. 4.*

Quibus autoritatibus manifestè probatur diuina illa institutio, seu mandatum, quia in illis dicitur, Spiritus dixit; Spiritus Sanctus posuit; ipse dedit; quod nullo modo potest intelligi, nisi quia ab Apostolis fuerunt Saulus, & Barnabas, & alij Episcopi ordinati ex diuina Spiritus Sancti institutione, & mandato. Si enim absque mandato ab ipso Spiritu Sancto dicuntur positi. iuxa regulã vulgarem iuris, vt quod per alios ex mãdato nostro facimus, per nos ipsos facere videamur; *Reg. qui per alium facit de reg. iur. in 6.* l. 5. §. *Gessisse vers. quod siquis, ff. de administr. tut.* Cum mille similibus. Quod etiam confirmatur; quoniam ipsemet Christus Dominus in vltima Cœna Sacramentorum, hoc instituit in illis verbis, Luc. 22. *Hoc facite in meam cõmemorationem*; vt bene colligitur ex Trid. sess. 22. cap. 1. & can. 2. consentiuntque omnes cum D. Thom. in addit. ad 3. part. q. 34. art. 4. Henric. d. lib. 10. cap. 3. lit. D. Filliu. d. tract. 9. cap. 1. num. 3. Vival. in Cand. d. tit. de sacram. Ord. n. 6. & 7. Reginal. d. lib. 30.

C *Reg. qui per alium facit de reg. iur. in 6.* *L. 5. §. gessisse. ff. ad minist. tut.* *Luce.* D *Trid.* *D. Thom.* *Henric.*

lib.30.tract.1.cap.1.n.3. & infrà opportuniori loco latiùs explicabimus.

11. *Bellarm. Vasques. Aegid. Estius. Ochagau. Scribon. Cabezud.* Tradunt hæc omnia fusiùs,& elegantiùs post antiquiores Bellarmin. Vasq. Aegid. Estius, Ochogauia, Scribon. Cabezud. suprà citatis locis. Neque obstant nonnulla friuola argumenta, quæ contra objicit hæreticus Kemnitius in 2. p. examinis; omnibus enim respondent Bellarm. Vasq. Scribon. Estius, & Cabezudo proximè. Inter quæ nullam habet difficultatem, quod Apostoli ordinati legantur à Christo Domino sacerdotes, *Luc.22. Ioann 20.* Luc.22. *Hoc facite,&c.* & Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, absque manus impositione, & absque signo aliquo, ritu, seu cæremonia exteriori.* Nam vel dicendum est, Luc. 22. pro signo, & cæremonia Christũ habuisse panis, & calicis porrectionem ibi, *Accipite, & manducate,*& Ioan.20 *insufflationẽ.* Cum enim dedit ibi potestatem absoluendi, *insufflauit*, vt textus sacer ait. *Vasquez.* Vel aliter respondendum cum Vasq. n.26.suprà.

12. Verum licet in prædictis conueniãt omnes Catholici Doctores; differunt tamẽ valdè in assignanda definitione ordinis sumpti in hac significatione, prout videlicèt est sacramẽtum. Nam imprimis *Magist.* Magister in 4. dist.24.§.*Si autem quæritur,* quem sequuntur *D.Thom.* D.Thom. in addit. ad 3. p. q.34. art.2. & ibi omnes ferè expositores, & Summistæ verbo, *Ordo.* refertque etiam,& sequitur apud nos *Gloss. in princ. verbo seruãda,32. di.* Glos.in princ. verbo *Seruãda.*32.dist. Petr.Gregor. Syntagm. iuris vniuersi 2.p. lib.16. cap.2. n.2. *Pet. Gregor.* definit ordinem hoc modo. Ordo est signaculũ, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato,& officium. D.autem Bonauent. eadẽ dist. *D. Bon.* A 24.n.24. sic describit. *Ordo est ordinata potestas, secundum quam subiectum ordinatur ad opus, & ministerium:* vbi nomine potestatis videtur D. Bonauent. intellligere characterem, prout eum explicat F. Franciscus Ouandus *Ouand.* in Breuiloquio super 4. sentent. dicta dist.24.proposit.2. Sotus verò eadẽ *Sotus.* dist.q.1.art.1.post initium definit, vt sit ordo sacramẽtum nouę legis, quo potestas spiritualis significatur, vt traditur in ordine ad sacrosanctum corpus Christi consecrandum. B Et cum Soto consentiunt Reginald. in praxi *Reginal.* fori pęnit.lib.30.tract.1.cap.1.n.1.& 2.& aiij. Scot.autem sub eadem dist. *Scotus.* q.vnica duobus modis definit, primo in §.Circa quæstionem dicens: est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica Hierarchia. Secundò in §.De tertio asserẽs: est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ preeminenti, cui cõuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum facta à ministro idoneo C certa verba proferente;& simul cum intentione debita ministeriũ gradus illius aliquo signo visibili repræsentans ex institutione diuina efficaciter signans gratiam preeminentem, qua ordinatus dignè aliquod ministerium exequatur. Aliter,& breuiùs definit Vuald. tom. 2. de Sacram. cap.116. Ordo est sacramenta ministrantium *Vuald.* habitudo legitima; cuiq; ratione sui ministerij conueniens. Et ex recentioribus Vasq.d.tom.3.in 3.p.disput. *Vasques.* D 235. cap. 2. n.27. Aegid.de Sacram. *Aegid.* disput.20.dubio.1.n.2. Scribonius in *Scribon.* Theosimia, seu de sacram.disp.7.q.3. in 1.p.ad finẽ. Valent.4.tom. disp. 9. *Valent.* generali, puncto 1. Pesãtius in addit. *Pesantius* ad

6 *Secundum argumentum ex originatione ordinis hierarchici conficiunt, concludentes unitati Ecclesiæ, libertati, ad quam sumus reuocati, humilitati, quam ipsemet Christus seruator præcepit, repugnare.*

7 *Tertiò pro se adducunt locum Beati Petri, in Ecclesia Dei nullum esse personarum differentiam quasi innuentem.*

8 *Præcipua dubia pro negatiua quæstionis parte dicuntur adducta.*

1 PRæsentis quæstionis controuersia cum solis impijs Hæreticis versatur; illi enim Ecclesiasticam Hierarchiam, qua sancta Mater Ecclesia velut castrorum acies ordinata, vt *Scriptura Sacra*, loquuntur *Cant.6.& Conc. Trid. sess.23. de sacram. Ord. c.4.* vni Trinoque Deo militat varijs ministrorum gradibus distincta, ipsúq; subinde Hierarchicum ordinem è medio auferre conantur; omnesque Ecclesiæ dignitates confusè permiscentes adeò illius decorem contenebrare moliuntur, vt ne nomẽ quidem Clericorum superesse patiãtur; eamque prorsus monstrificam reddant sine capite & membrorum varietate. *Cantic.6. Concil. Trid.*

2 Hanc hæresim ante omnes tenuit Vvicleffus, dum in totum sacramentum Ordinis abnegauit, vt videre est apud Vuillelmum Vuidefordum in libro de illius erroribus dãnatis sub titulo: Contra sacramentum Ordinis errore. 8. & 9. constatque etiam ex traditis per Vuald. tom. 2. de Sacram. cap.126.& alibi sæpè. Eandem ab orco expresſius suſcitauit Lutherus hæres Vvicleffi; cohæres autem Antichristi; quatenus non solum idẽ sacramentum Ordinis inficiatus est, vt patet ex lib. de Captiuit. Babyl. cap. de Ordine, cui etiam consentiunt Illiricus in confessione Antuerpiẽsi, & Kemnitius in 2.p. Examinis; sed etiam vlterius progressus in pestilenti illo, ac plane tartareo libro de abroganda missa priuata, p.1. Hierarchiam Ecclesiasticã similem esse Gentilitiæ constitutioni de Sacerdotibus Iouis, Veneris, & Saturni contendit, populumque christianum simplicem esse debere asserit, *in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus clericus, nullus laicus, nullus vnctus, nullus rasus, nullus monachus* (vt sunt pestifera verba ipsius) *esse debeat.* In quo etiam errore fuit Caluinus, qui lib.4. suæ iust. cap. 4. §.9. appellationem clerici aut errore, aut certè ex praua affectione natam esse docet, cum, vt ipse inquit, *tota Ecclesia, Clerus*, id est hæreditas Domini *à Petro dicatur.* *Vuillelm. Vuidefor. Vuald.* *Vuald.*

Neque defuerunt, qui Monachos omnes, siue Anachoretæ, siue Cænobitæ illi sint, in vniuersum execrẽtur, vt ijdem Caluinistæ lib.4. Institut.c.13. monasteria Cænobitarum lupanaria sceleratorum, & conuenticula schismaticorum appellantes; & Magdeburgenses Centuriatores cent. 4.c. 6. & 10. qui Anachoretas monstra quædam humana, vel vrsos potius appellãdos esse cẽsuerunt. Tandemque fuerunt Anabaptistæ, qui nec laicis parcunt, dũ iurisdictione Magistratus, magistratibus vrbes, vrbibus genus humanum spoliant vt hęc omnia recensent Sot. in 4. dist. 13. q. 1. art. 1. & dist. 24. quæst.1.art.1. Vuald. d. tom. 2. de Sacram. c. 116. *Soto.* *Vuald.*

Ledes.

Ledesma. Ledesm. 24. quæst. 36. art. 1. Henr. in *Henric.* Sum. lib. 10. de sacram. Ord. in pro- *Bellarm.* œm. §. 5. Card. Bellar. de cōtrouers. Christ. fid. tom. 2. controuers. 5. generali in præfat. & lib. 1. de sacram. Ord. cap. 1. & tom. 1. & lib. 1. de Clericis, c. 1. Vasq. 3. tō. ad 3. p. disp. *Vasquez.* 135. c. 1. per tot. Ochagauia in suis *Ochagau.* tract. ad vniuersam doctrinam Sacramentorum, tractat. vnico de sacram. Ord. quæst. 1. n. 4. F. Ioan. Marius *Mari⁹ Scribonius.* Scribonius in Summ. totius verit. Theologicæ in theosimia, seu de Sacram. disp. 7. de ordine quæst. 1. in princ.

4 Relictis ergo posterioribus hæreticorum erroribus circa Monachos, & Laicos, cum minus ad nostrū pertineat institutum, cōtra quos Bellar. *Bellarm.* d. tom. 1. controuers. 5. generali lib. 2. & 3. per tot. non infeliciter disputauit; de priori nobis tantum agendum restat, quatenus hæretici Hierarchicum ordinem in Ecclesia non dari, nec esse debere, pro negatiua huius quæstionis parte satis audacter & impudenter contendunt.

5 Arguunt autem impij lutherani cū suo Vvicleffo. Primo ex illa 1. Petr. *1. Petri 2.* cap. 2. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c.* & *Apoc.* 1. ibi, *& fecitnos regnum, & sacerdotes Deo Patri & cæt.* *Apoc. 1.* & 5. ibi *fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdote &cæt.*. *Apoc. 5.* Quæ quidam loca de vniuersis Christianis communi Patrum consensu intelliguntur; ac subinde videntur innuere nullum inter eos esse ordinem diuersum; sed omnes fideles in sacerdotali gradu constitutos esse, vt docuit Tertull. lib. de *Tertull.* exhortatione castitatis c. 7. cum ait exponens locum illum *Apoc. Non ne & laici sacerdotes sumus? scriptum est; Regnum quippè nos, & sacerdotes Deo, & Patri suo.*

6 Secundo pro illis facit, quia ordo Hierarchicus cum de se importet nō solum quandam distinctionem, & varietatem ministrorum Ecclesiæ, verum etiam determinatam prælationem, & subiectionem vnius ad alterum (Hierarchiæ enim principatum significat, vt infra explicabimus) videtur imprimis repugnare vnitati, quæ populus Christianus vnus, & simplex esse debet; omnesque fideles vnum sunt in Christo Iesu, vt *Apost.* ait *ad Gal.* 3. *Non est Iudæus, neque Græcus &cæt. Omnes enim vos vnum estis Christo Iesu &cæt.* & ad *Colloc.* 2. *habeturque Ioann.* 17. *Ad Gal. 3. Ad Cor. 2* Deinde libertati, in quam per eundem Christum vocati sumus iuxta eundem *Paul. ad Gal.* 5. & illud Ioan. 18. *Si filius vos liberauerit, verè liberi estis, & cæt.* Tandemq; humilitati, quam ipsemet Christus seruator in Ecclesia sua precepit *Luc.* 22. ibi *Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, &cæt.* *Ioann. 17 Ad Gal. 5 Ioann. 18 Lucæ 22.* Ob quam fortasśis rationem rectiśsimè nomine Hierarchiæ vsos fuisse veteres in hac materia inueniemus.

7 Tertiò adducunt autoritatem, *B. Petri in Epist. sua priore cap.* 5. vbi totam Ecclesiam, & fidelium congregationem Clerum appellat, cum ad Episcopos ait, *Pascite qui in vobis est gregem Dei, &cæt.* iuncto infrà, *Non dominantes in cleris, &cæt.* Quasi verò in Ecclesia Dei nulla esset differētia personarum inter clericos, & laicos, vt ex illo loco deduxit Lutherus in d. lib. de abrog. missa priu. p. 1.

8 Et ad hæc reducuntur ferè omnia argumenta, quæ in proposita quæ- *1. Petri 5*

 stione

Tertull. Ledeſ. D.Thom. Bellarm.

ſtione pro ratione dubitandi afferunt Card. Turrecr. in hoc cap. Cleros n. 2. diſt. 21. Ledeſm. 24 q. 36. art. 1. mutuati à D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. in princ. Et poſt eos Bellarm d. tom. 1. cōtrouer. 5. gener. lib. 1. de Cler. cap. 1. Omittendo alia quæ aduerſus ſingulos Hierarchiæ gradus eorumque diſtinctionem, ac poteſtatem conficiunt ijdem aduerſarij, de quibus infra in diſcurſu, cum de illis ſigillatim egerimus; opportunior erit diſputandi locus.

§ Primus

De varijs acceptionibus, & definionibus nominis. Ordo, & quomodo in præſenti quæſtione accipiatur?

SVMMARIVM.

1 *Ordo terminus relatiuus eſt, ſumiturque pro quadā relatione inter res ſuperiores, & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate.*

2 *Ordo primo modo acceptus an rectè ſumatur pro ipſo met gradu, qui ordinem facit, & ad ſui rationem an neceſſario exigat prius, & poſterius ſupremum, & infimum.*

3 *Ordo pro relatione acceptus, an à Humaniſtis, Theologis, & iuris vtriuſq; profeſſoribus rectè definiatur, & quo modo in iure cōmunitèr accipiatur.*

4 *Ordo pro rebus ipſis, quæ inter ſe ordinantur ſumptus, an in Rep. Romana inueniretur.*

5 *Inſtituta religioſorū omnium, an in Rep. Chriſtiana ordines merito appellentur.*

6 *Ordo etiam pro ſtatu, & conditione perſonæ accipitur; & in hoc ſenſu, an inſtitutis religioſorum conueniat, ordines appellari, declaratur.*

7 *Vltimo ordo pro illa cæremonia exteriori, qua homini gradus dignitatis, ſeu officij confertur reſpectu altaris ſacroſancti ſacrificij accipitur.*

8 *Ordo an ſit ſacramentum, dum aliquam Eccleſiaſticam ordinationem importat?*

9 *Vtrum cæremonia exterior, promiſſio gratiæ, & diuina inſtitutio, quibus ſacramenta perficiuntur in ordine inueniantur?*

10 *Oſtenditur, tria prædicta in ordine inueniri, & ſacramentum eſſe autoritatibus ſacræ paginæ, Apoſtolorum locis & Concilijs.*

11 *Contra datam doctrinā aliqua Hæreticorum argumenta proponuntur, & reſponſiones ad ea annectuntur.*

12 *Ordo quatenus ſacramentū eſt à Theologis, & iuris Pontificij profeſſoribus varie definitur.*

13 *Ordinis ſacramenti definitiones poſitæ reprobantur; & in quo vitio laborent, oſtenditur.*

14 *Vera ſacramēti ordinis definitio proponitur, & ſingula illius verba explicantur.*

15 *An dentur ordines, qui ſacramentū non ſint, & tamē per illos ad peragēda miniſteria ſacraficij altaris poteſtas tribuatur.*

16 *Generalis nominis, ordo, definitio cōprehendēs omnes ordines, & gradus, qui in Eccleſia reperiuntur.*

CAEterum vt in propoſita quæſtione Catholica veritas ab hæreticorum vendicata mendatijs dillucidior appareat, aliqua sūt neceſſario præſupponēda pro terminorum cognitione. Et primo 1

mò circa nomen, *ordo*, supponendũ est, terminum illum latè patere, & multipliciter accipi; nã imprimis est terminus relatiuus, in eoq; sensu sumitur pro relatione quadã, seu respectu inter res superiores & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate, vt docet D. Tho. in addit. ad 3. p. d. q. 34. art. 2. ad 4. vbi post alios explicat. F. Didacus Nugno Cabez. in expositione primi articuli §. vt explicetur. Sot. in 4. d. 24. q. 1. art. 1. F. Stephan. Brulefer. in 4. libros Sentent. D. Bonauent. disp. 20. lib. 1. q. 1. art. 2. Henric. in sum. lib. 10. de sacram. Ord. c. 1. in princ. Aegid de Sacram. disp. 20. de ord. dub. 1. n. 1. Vincent. Filliusius tom. 1. moral. quæst. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. n. 1. & ex nostris Turrecr. in *cap. Cleros*. n. 2. dist. 21. Quo sensu non solum in ipsis creaturis inuenitur ordo cum influxu causæ, sed etiam in diuinis Personis datur ordo naturæ, & principij secundũ originem, qua vna persona accepit esse ab alia cum reali distinctione, vt explicant Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 24. art. 3. Durand. in 1. dist. 20. q. 2. D. Bonauent. in 1. dist. 20. art. 2. d. quæst. 1. & 2. Henric. d. cap. 1. Vasq. 2. tom. in primam partẽ disp. 167. c. 1. num. 1. & 2. Qui ordo, vtrum in eisdem reperiatur cũ priori, & posteriori, prout tenuit Scot. in 1. dist. 28. quæst. 3. & quodlib. 4. art. 1. Vasq. supra cap. 2. vel sine illo, pro vt affirmant S. Thom. & D. Bonau. locis citatis; disputat latè idem Vasq. proxime cap. 1. & 2. & in re prædictas sententias nihil differre explicat noster insignis Suarius de Deo Trino & Vno lib. 4. cap. 15. n. 5. 6. & 7. in quibus, si oportuerit, quia ad iuris professorem quæstio non spectat, videri poterit.

D. Thom. *Cabezud.* *Soto.* *Bulerfer.* *D. Bonau.* *Henric.* *Aegid.* *Filliusius* *Turrec.* *D. Thom.* *Durand.* *D. Bon.* *Henric.* *Vasques.* *Scotus.* *Vasques.* *D. Thom.* *D. Bon.* *Vasques.* *Insignis Suarius.*

2 Secundo modo sumitur ordo, pro ipsomet gradu, qui facit ordinẽ primo modo acceptũ vt per D. Thom. & Turrecr. & Aegid. supra Scot. in 4. dist. 24 q. 1. crica quæstionẽ. Nam cum relatio plura requirat, neq; enim quis ad se ipsum ordinatur relatione reali, ideo vbi occurrit aliquid additũ alteri, ibi incipit esse ordo; & ita secundum additum primo complet rationem ordinis; gradusque iste secundus, aut primus, in quo tales cõstituũtur, dicitur ordo; siue sit superioritatis, siue inferioritatis, siue alterius cuiuscunque modi, quo aliquid dicitur prius, & posteriùs vt eleganter tetigit D. Thom. & latiùs declararunt Turrecr. Scot. & Brulefer supra consentit Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 236. cap. 1. n. 7. vers. altero modo. Vnde fit, ad rationem ordinis primo modo accepti necessario exigi vt detur prius, & posterius; supremum & infimum. Vbi autem nõ datur primum, neque postremnm, nullus ibi ordo esse potest Brulefer. supra & in 4. dist. 24. quæst. 1. Lexicon Theolog. verbo ordo. Vasq. num. 6. proxime Anastas. Germon. lib. 2. de Sacrorum. immun. cap. 5. num. 8.

D. Thom. *Turrec.* *Aegid.* *Scotus.* *D. Thom.* *Turrec.* *Scotus.* *Burlefer.* *Vasques.* *Burlefer.* *Lex. Thε.* *Vasques.* *Anast. Ge.*

3 Et iuxta prædictas acceptiones præsertim iuxta primã definitur ordo à Cicer. lib. 1. Offi. vt sit compositio rerum aptis, & accommodatis locis. Aliter, sed in eundem sensum diffinit D. Aug. lib. 19. de Ciuit. Dei c. 13. quod sit parium, dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Aliter Bald. in proœmio Digesti veteris num. 1. dicens, quod ordo, & dispositio principia suis medijs,

Cicero. *D. Aug.* *Baldus.*

& media ſuis finibus coniungens referunt Alber. in dictionario, verbo ordo Turrecr. in d. cap. *Cleros* n. 2. Hoſtiēs in ſum.tit. de ordine cognit. in princ. Marant.de Ord.iud.in prooemio num.3. Scot.& Brulefer.in 4. diſt.24.queſt.1.Lexic.Theolog.verbo ordo. Vaſq. tom.2.in 1.part.diſp. 167. cap. 1. num. 2. & 3. tom. in 3. part. diſp.236. cap.1. num. 6. Cabezudo, & Aegid. ſupra.Alex. Peſan. in comment. ad vniuerſam Theologiam.D. Tho. in addit.ad 3.p..q.34. diſp.1. in princ. Rebuf. in l. Pupillus 239. §. Munus ff. de verb. ſign.Luc. dePena in l His quidem.col.1.&ſeq. C. qui milit. non poſſ. lib. 12. Quæ definitiones etſi omnes veriſsimæ ſint,& Ciceronis eo verior, quo breuior, & elegantior; notandum tamē eſt, in illis definiri ordinem pro materiali,nō vero formaliter, quia tunc ordo, & relatio, quæ ſequitur ad illam diſpoſitionem,& diffinitur à Brulefer. in 1. diſt 20.quæſt.1.art.2. Ordo eſt habitudo prioris ad poſterius, vt in terminis circa diffinitionem D. Aug. benè notauit Cabezudo ſupra aſſerens in illa ſolum definiri actionē quæ facit illam diſpoſitionem, per quam optimè cognoſcitur ordo; ſicut omnis relatio cognoſcitur per fūdamentum, & in eadem definitione explicari ſolum naturam ordinis ſecundum locum dixit etiam D.Bonauent in 1. diſt. 20 art.2.q.1.quem ſequitur Vaſq. d.diſp.167.cap.1. num. 2.ſuprà, qui etiam ibidem num.1.ex Durand. & alijs notauit aliam diffinitionem ordinis formaliter, quæ cū ſuperiori Auguſt. conuenit dicens; eſt habitudo plurium ad vnum primum, ſeu ad vnum prius, provt

Alberi. Turrecr. Hoſtiens. Marāta. Scotus. Bruleſ. Lex.The. Vaſques. Cabezud. Ægid. Alex.Pe. D.Thom. Rebufus. Luc.Pen. Brulefer. Cabezud. D.Bon. Vaſques. Durādo.

ipſemet ſequitur, & explicat d. 3. **A** tom. in 3. part. diſp.236.cap. 1. n. 6. Ex quo fit, vt ordo in hac prima, & ſecunda acceptione reperiatur non ſolum in vniuerſali Eccleſia eo modo quo infrà declarabimus, ſed etiam in profanis, & in omni ſtatu, & politia benè diſpoſita, vt benè aduertit Scot. ſupra.Sot. in 4. diſt. 24. quæſt 1.art. 1. Vnde frequentiſsimè tam in iure, quam ſæpè alibi accipitur pro ſerie, & diſpoſitione rerum inter ſe, ſicut & ordinare pro diſponere, *l. Caius.* **B** ibi *cum ſuprema ſua ordinaret ff.de pign. act.l.Videamus* ibi *res ita ordināda ſit.ff. de adilit. edict.* quo ſenſu dixit Philoſophus. Optimum vniuerſi eſt ordo, id eſt, maxima bonitas, & perfectio, quæ reperitur in rebus ipſis creatis, conſiſtit in eo, quod ſint benè diſpoſitæ, & ordinatæ, notant Cabezudo & Vaſq. ſuprà, & *Apoſt. 1. ad Corinth. cap.14.* ait, *Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiant in vobis.* Et in eodem ſumitur in *tit. ff. quis ordo in bonorum poſſ. ſeru.* Quia ſcilicet in eo deciditur, **C** qui hæredes priùs, quivè poſterius ad inteſtati ſucceſsionē per bonorum poſſeſsionem admitti debent, & in titulo Cum *l.2.C.vt dignitatum ordo ſeruetur lib.* 12. vbi diſponitur, inter habentes dignitates, & officia, preferendos eſſe priores tempore, & maiores dignitate. Cōſonant. *l. Licet ff. de albo ſcrib.l.1.C.de Conſul.lib.12.l. 1. & 2. C. de Præfect. præt. eodem lib. cap.1.de maiorit. & obed. vbi gloſſ. cap. Epiſcoporum 74. diſt.* cum multis alijs **D** de quibus Caſſan. in Cathal. glor. mundi 4.p.Conſid.23. & 76 & p.10. conſid. 29. Eodemq; etiam reſpectu modus procedendi in iudicijs circa cauſarum cognitonem ordo iudicia-

rius

Scotus. Soto. Caius.ff. de pig.act. l.videam ff. de adilitio edic. Ariſtot. Cabezud. Vaſqueſ. 1.ad Cor. 14. Ti.ff.quis ordo in bonor. poſſ. ſeruetur. Tit.& l. 2. Cod. vt dig. ord. ſer.lib.12 L.licet,ff. albo ſeri. L.1. Cod. Conſ.l.12 L.1.&2. Cod.Præfect. prætorio lib. 12. Cap.1.de maior.& obed. Cap.Epiſ. 74.diſt. Caſſan.

rius appellatur, *l. Prolatam vbi gloss. C. de sent. & interlocut. cap. Ad nostram de iur. iur. Clem. sæpe. in fin. de verb. sig.* quia videlicet in iudicio primum vocatur Deus; demum libellus offertur, posteà lis contestatur, exceptiones, & defensiones audiuntur; datur probandi copia, aliaque suo ordine fiunt, quæ ponit text. in *Cap. Quoniam cōtra de prob. gloss. in d. l. Prolatam*, prout magis, vel minus, prius, vel posterius ad causæ decisionem conducunt; notant Refub. in d. l. Pupillus §. munus vers. & quidem ordo ff. de verb. sign. Anast. Germon. lib. 3. de sacro. immun. cap. 13. num. 92.

L. Prolatam Cod. sent. & interlo. Cap. ad nostrā de iure iur. Clem. sæpe, de verb. sign. Cap. quoniam contra de prob. Gloss. in l. prolatam Cod. sent. & interl. Rebuf. Anastas. Germ.

4. Similiterque ex eodem prouenit, vt idem nomen (*ordo*) communiter etiam sumatur pro materiali, id est, pro rebus ipsis, quæ inter se ordinātur, & cōstituūtur; in qua acceptione in Rep. Romana nominabantur tres ordines; Senatorius, equestris, & plebeius; & Cicero appellat Senatum modo amplissimum ordinem, modo perfectissimum. Rebuf. proximè vers. Tres. Cabezud. in addit. ad 3. part. d. quæst. 34. in expositione primi articuli. Et Collegium decurionum ordo etiam appellabatur vt in *Rubr.* & in *l. Quod semel ff. de decret. ab ord. fact. l. vlt. in princ.* ibi *ordinis* iuncta *gloss. ff. ad municip. l. 2.* ibi *Patriæ suæ ff. de legat.* cum alijs adductis à Rebuf. proximè & inter milites reperiebantur quoq; ordines peditum, equitum, & similes. *l. Qui cum vno 4. §. non omnis. vers. exauctoratus* ibi *militiæ eiusdem ordinis se dare* & §. *Ad tempus* ibi *& in ordinē redire potest. ff. de re milit.*

Cicero Rebuf. Cabezud.

Rubic. & l. quod semel ff. decretes ab ord. fac. L. vlt. ff. ad munic. l. 2. ff leg. L. qui cū vno ff. de re milit.

5. Et in Repub. Christiana ordines etiam in hoc sensu communiter dicūtur de personis religiosis; qui quomodocunque dedicantur diuino cultui, & obsequijs, etiam si non referātur ad sacrificium (de his enim dicemus infra in tertia acceptione.) Quo pacto religiosorū omniū nuncupantur instituta, ordines, veluti *D. Aug. D. Dominici, D. Francisc. Societatis Iesu*, & alij, in his enim maximè seruatur ordo ille, & dispositio ordinata, maiorq; datur subordinatio propter votum obedientiæ Lexic. Theol. verb. *ordo*, quandoque Bellarm. de contr. tom. 1. lib. 1. de Clericis cap. 11. §. communiter. Sot. d. dist. 24. quæst. 1. art. 1. Cabezud. supra §. strictè tamen Vinc. tract. 9. cap. 1. n. 1. & iam ab ipsis SS. Patribus eo nomine appellabantur, nam ordinationem Monachi scribit D. Dionys. cap 6. Ecclesiast. Hierarch. & de ordine laborantium in sepeliendis mortuis (habebatur enim sepultura mortuorum tāquam actio religiosa) agit Epiphan. in compendiaria doctrina. Ac deniq; de ordine Diaconissarum Virginum, aut viduarum (quæ erant illæ, quæ inseruiebant Ecclesiæ in instructione mulierum, quę baptizandæ erant, vt deducitur ex Nouella Iustin. in *Authent. Quomodo oporteat Episcopos*, §. *Quanta igitur Collat.* 1. & ex Tertull. in lib. De Monogamia; probatque Anastas. Germ. lib. 2. de sacror. immunit. c. 2. num. 17. Non autem, vt existimat Cuiac. ad Nouell. 79. quæ ægrotos curabant & pauperum cūram agebant) agit idem Epiph. ibidem. notant Bellarm. proximè. Henric. in Summ. lib. 10. de sacram. Ord. cap. 1. §. 4.

Lexicon. Bellarm. Soto. Cabezud. Vinc. D. Dion. Epiphan. Authen. quomodo oporteat Coll. 1. Tertull. Anast. Germ. Cuiac. Epiph. Bellarm. Henric.

6. Nec immerito religiosorum instituta ordines in hoc sensu appellantur. Nam cū propriè loquendo status

sint personarum ad perfectionē Euā gelicam tendētium iuxta quadripartitam illam status diuisionem, quam tradit August. de Ancona de potest. Ecclesiast. quæst. 76. art. 1. nempe coniugatorum, Clericorum, Religiosorum, & Episcoporum, de qua latissime P. SVARIVS. 3. tom. de Religione lib. 1. cap. 2. à num. 11. & per tot. iuncto. lib. 2. cap. 1. à num. 1. ordines propriè nuncupari valent. Nam ordo multoties etiam accipitur pro statu, & conditione personæ. *l. Diuus.* §. *Cum autem* ibi *cum tali loco. atq; ordine esse*; vbi sic exponit Budæus. *ff. de offic. præsid.* Zazius in *l. 2. ff. de orig. iur.* dicens; *Ordo est discretio status cōditioni accommodatus*; tradit Rebuf. supra in d. l. Pupillus. §. munus. ff. de verb. sign. in specie Cabezudo. in d. expositione art. 1. §. vt explicetur in fin. Aegid. de Sacram. disp. 20. de ordine dubio. 1. num. 1.

August. de Ancona. P. Suar. L. Diuus ff. de offic. præsi. Budæus. Zazius. L. 2. ff. de orig. iur. Rebuf. Cabezudo Aegidius

7 Tertio tandem modo accipitur *ordo* pro signo illo sacro, seu cæremonia exteriori, qua homini confertur gradus dignitatis, seu officij in Ecclesia Christi respectu sacrosancti Altaris sacrificij, vt post alios tradunt Turrecr. in d. cap. Cleros. n. 2. vers. tertio modo. 21. dist. Filliusius tom. 1. Moral. tract. 9. de sacram. Ord. c. 1. num. 1. in fin. Aegid. supra vers. 3. & 4. Guilhel. Estius in 4. dist. 24. §. 1. vers. primum igitur Valent. tom. 4. disp. 9. gener. de sacram. Ord. puncto 1. Appellatur autem *ordo*, ab effectu, quia scilicet per illud signum, seu cæremoniam ministri initiantur, eisque conferuntur gradus quidam potestatis ad peragenda ministeria respectu illius sacrosancti sacrificij; certumq; gradum, in quo quis constituitur, propriè dici ordinem iuxta secūdam huius nominis acceptionem, de qua supra notant optimè Sot. in 4. d. 24. quæstion. 1. Valent. supra vers. ex hac autem Ochagau. in suis tract. ad vniuersam materiam sacram. tract. vnico de sacram. Ord. quæst. 1. n. 2. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. tract. 1. de sacram. Ord. cap. 1. num. 1. adducentes similitudinem sacramenti confirmationis, quod denominationem etiam sumpsit ab effectu, quem pro ducit corroborandi scilicet seu confirmandi animum per gratiam. Vnde antiquitus, & magis propriè huiusmodi sacra vnctio, qua quis in aliquem Ecclesiasticum ordinem cooptatur, dici consueuit ordinatio; hoc enim propriè nomen importat ipsam sacram actionem, qua ministri consecrantur, & gradus potestatis prędictæ illis conferuntur, ordinesq; appellantur gradus illi, quos sic initiati, assequuntur, teste Sindano lib. 4. Panopiæ Euang. cap. 75. §. quod hodie. notant Scot. in 4. dist. 24. quæst. 1. Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 235. cap. 3. num. vlt. vers. Cæterum. Ochag. num. 3. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi. 44. §. eiusmodi prout etiam hodie appellat *Trid. sess. 23. de sacram. Ord. Can. 3.* Vsus tamen Ecclesiæ obtinuit, vt promiscuè dicatur ordinatio sacra, & ordo Trid. d. can. 3. Ochagau. Et Vasq. proxime ideoque vel ab effectu, vt supra; vel quia per gradus illos pulcherrimo ordine deposita cōsistit Ecclesiast. Hierarchia, vt definit. *Trid. d. sess. 23. can. 3. & 6.* Et eleganter asserit Guilhel. supra. Qua ratione, vt ipsemet aduertit, & Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. gradus illi, veluti per antenomasiā ordi-

Turrecr. Filliusius Aegidius Guilhel. Estius. Soto. Ochagu. Reginald. Sindano. Scot. Vasq. Ochagau. Baron. Trid. Trid. Ochagau. Vasq. Trid. Guilhel. Soto.

ordines simpliciter dicuntur; & ita vulgariter appellantur; imo vniuersus Clerus prout à laicis distinguitur, generali nomine ordinis appellatur à Tertull. in exhort. ad Cast. Differentiam (inquit) inter ordinē, & plebem constituit Ecclesiæ autoritas, & honor per ordinis concessum sanctificatus à Deo, vt ex eo loco eleganter aduertit, & explicat Baron. proximè.

Tertull. *Baron.*

8 In hac autem acceptione si ordo in vniuersum sumatur pro vt importat aliquam saltem ordinationem Ecclesiasticam expeditum est inter Doctores catholicos esse vnum ex septē Ecclesiæ Sacramentis; quemadmodum de fide sæpius definitum est *in Concilijs tam Florentino ab Eugenio IIII. in decreto fidei post sessionem vltimam § Sextum Sacramentum*; quam etiam *Trid. sess. 24. de sacram. Ord. cap. 3. & Can. 3. & sess. 7. de sacram. in genere. Can.* 1. deduciturque manifestè ex Conc. *Calced. Act. 15. Can. 2. & Brachar. 2. cap. 3.* probatq; expressè Papa Innoc. III. in *Cap. vltim. de presbit, non bap.* Estq; aliorum Summorum Pontificum, & Patrū vnanimis traditio, vt constat ex pluribus illorum testimonijs, quæ adhanc veritatem cōfirmandam pleno sermone post alios adducunt Castro aduersus hæreses verbo *ordo* Hocius in cōfessione catholica c. 50. Cardin. Bellarm. tom. 2. controu. 3. generali. lib. 1. de sacram. Ord. ex cap. 2. cum duobus sequentibus. Henric. in summa lib. 10. cap. 1. §. 3. iuncta lit. R. & S. Sot. in 4. dist. 3. quæst. 1. art. 1. & dist. 24. quæst. 1. art. 1. Viuald. in Candel. aureo tit. de sacram. Ord. n. 4. Vasq. d. 3. tom. in 3. part. disp. 235. c. 2. per tot. Aegid. de sacram. d. disp. 20. dub 5. per to t. Ochagau. d. tract. vnic. de sacram. Ord. quæst. 1. num. 5. & 6. Guilh. Estius in 4. distin. 24. d. §. 1. per tot. Baron. Annal. tom. 1. anno. Christi 44. §. Sacri vero ordinis; vltra quos ita etiam habet omnium Theologorum; & nostrorum sentētia cum Magistro in 4. dist. 24. vbi omnes; & cum D. Thom. in addit. ad 3. part. quæst. 34. art. 3. vbi præter alios Cabezud. in respōsione articuli Pisantius d. disp. 1. §. Itaque quærere Scribonius in Theosim. seu de Sacram. disp. 7. de ordine. quæst. 3. in 2. p. quæst. Victor. in summ. Sacramētorum num. 226. Turrec. in d. cap. Cleros num. 5. Nau. in Man. cap. 22. num. 17. Petr. Ledes. in Sum. 1. p. tit. de sacram. Ord. cap. 1. concl. 1. & 2. Filliucius quæst. moral. tom. 1. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. num. 2. & omnes alij catholici quotquot de illo in summis, & alibi scripsere.

Concil. Florent. *Concil. Trid.* *Concil. Calcedo.* *Concil. Brach.* *Cap. vlt. de presb. non bapt.* *Castro.* *Hocius.* *Bellarm.* *Henric.* *Soto.* *Viuald.* *Vasques.* *Aegid.* *Ochagan.* *Guilhel.* *Baron.* *Magist.* *D. Thom.* *Cabezud.* *Pisantiu.* *Victoria.* *Turrecr.* *Nauar.* *Ledesm.* *Filiucius*

9 Et ratione insuper ostenditur; nā in ordinatione, seu ordine in hac acceptione sumpto inueniūtur illa tria quibus sacramenta legis gratiæ perficiuntur iuxta communem doctrinam Theologorum ab ipsis etiā Hæreticis probatam in Apolog. confess. Augúst. art. 13. in cuius verba omnes iurarunt, nempe ritus, seu cæremonia exterior, promissio gratiæ, & mandatum, seu diuina institutio.

10 Nam de cæremonia, seu ritu cōstat ex *Apost.* traditione. 2. *ad Timoth.* 1. ibi *per impositionem manuum mearum*, & cap. 4. ibi *Cum manuum mearum impositione presbiteri*, & cap. 5. ibi *Nemini cito manū imposueris*, quod refertur apud nos à Gratiano in princ. *dist. 24. & Act. 6. Ordinati sunt Diaconi per manuum impositionem & cap. 13. &* 14. & Simon Magus Petrum, & Ioannem

2. ad Thi. 1. *2. ad Thi. 4.* *2. ad Thi. 5.* *Dist. 24.* *Actor. 6.* *Actor. 13* *Actor. 14*

Act.8. nem allocutus *Act.8.* dixit, *Date mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctũ.* Quæ quidem manus impositio sine dubio fuit, & modo est ritus, symbolumque externum huius ordinationis, vt interpretantur sancti Patres Leo Epistol.31. Chrys. in Act. Apost. Homil. 37. Et ita seruabatur etiam in ordinatione ministrorũ veteris legis (quæ erat figura, & vmbra legis gratiæ) nam imponendas esse manus ab Aaron, & filijs eius super eos, qui sacerdotio Leuitæ initiarẽtur; habetur Exod.29. confirmat optimè Baron. supra §. Quibus autem ritibus; probaturque vlterius ex ipsa græci nominis significatione, iuxta quam manus impositio idem est, atque ordinatio. Et in Conc. Chartagin.4.c.2.3.& 4. relato in cap. *Episcopus*, cap. *Præsbiter.* cap. *Diaconus*, 23. *dist.* cap. *Quorundam eadem dist.* ordinatio Episcopi, Præsbiteri, & Diaconi iubetur fieri cum manus impositione, vt infra suis locis dicemus. De promissione gratiæ habetur in eisdem Epistolis sancti Apstoli.2. ad Thimoth.d.cap.1. *Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et d.cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est; quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbiterij;* cum multis alijs adductis à Sairo de Sacram. in commun. lib. 5. cap.1. art.2.§. de sacramento Ordinis. Ex quibus locis hanc veritatem veluti per argumentum deduxit Trid. d. sess. 23.c. 3. sic habens. *Cum scripturæ testimonio Apostolica traditione, & Patrũ vnanimi sententiam per sacram ordinationẽ quæ verbis, & signis exterioribus perficiuntur, gratiam conferri, dubitare nemo debet ordinem esse vere, & propriè, & vere vnum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis.* Inquit enim Apostolus, *Admoneo te, & cæt.* Denique de mãdato, seu diuina institutione etiam Act. 13. dixit Spiritus Sanctus, *Segregate mihi Saulum; & Barnabam in opus, in quod assumpsi eos, tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque ei manus dimiserunt illos*, & Act. 20. *In quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Episcopos.* Et ad Ephes.4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores, & cæt.* Quibus autoritatibus manifestè probatur diuina illa institutio, seu mandatum, quia in illis dicitur, Spiritus dixit; Spiritus Sanctus posuit; ipse dedit; quod nullo modo potest intelligi, nisi quia ab Apostolis fuerunt Saulus, & Barnabas, & alij Episcopi ordinati ex diuina Spiritus Sancti institutione, & mandato. Si enim absque mandato ab ipso Spiritu Sancto dicuntur positi, iuxa regulã vulgarem iuris, vt quod per alios ex mãdato nostro facimus, per nos ipsos facere videamur; *Reg. qui per alium facit de reg. iur. in 6.* l. 5. §. *Gessisse vers. quod siquis, ff. de administr. tut.* Cum mille similibus. Quod etiam confirmatur; quoniam ipsemet Christus Dominus in vltima Cœna Sacramentorum, hoc instituit in illis verbis, Luc.22. *Hoc facite in meam cõmemorationem*; vt bene colligitur ex Trid. sess.22.cap.1.& can.2. consentiuntque omnes cum D. Thom. in addit. ad 3.part.q.34.art. 4. Henric. d.lib.10.cap.3. lit. D. Filliu. d.tract. 9.cap.1.num.3. Viual.in Cand.d.tit. de sacram.Ord.n.6.& 7. Reginal. d. lib.30.

Leo Papa. Chrys. Exod.29. Baron. Conc.Carth.4. Cap. Epis. 23. cap.Pres. 23. Cap.Diaconus. 23. cap.Quorund. 23. 2.adTh.1 2.adTh.4 Sairo. Triden. Act. 13. Act. 20. Ad Ephes.4. Reg. qui per alium facit de re gu.iur. in 6. L.5.§.gessisse.ff. ad minist.tut Luca. Trid. D.Thom. Henric.

lib.30.tract.1.cap.1.n.3. & infrà opportuniori loco latiùs explicabimus.

11. Tradunt hæc omnia fusiùs, & eleganțiùs post antiquiores Bellarmin. Vasq. Aegid. Estius, Ochogauia, Scribon. Cabezud. suprà citatis locis. Neque obstant nonnulla friuola argumenta, quæ contra obijcit hæreticus Kemnitius in 2. p. examinis; omnibus enim respondent Bellarm. Vasq. Scribon. Estius, & Cabezudo proximè. Inter quæ nullam habet difficultatem, quod Apostoli ordinati legantur à Christo Domino sacerdotes, Luc. 22. *Hoc facite, &c.* & Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, absque manus impositione, & absque signo aliquo, ritu, seu cæremonia exteriori.* Nam vel dicendum est, Luc. 22. pro signo, & cæremonia Christũ habuisse panis, & calicis porrectionem ibi, *Accipite, & manducate*, & Ioan. 20 *insufflationẽ*. Cum enim dedit ibi potestatem absoluendi, *insufflauit*, vt textus sacer ait. Vel aliter respondendum cum Vasq. n.26. suprà.

Bellarm. Vasques. Aegid. Estius. Ochogau. Scribon. Cabezud. Luc. 22. Ioann. 20. Vasques.

12. Verum licet in prædictis conueniãt omnes Catholici Doctores; differunt tamẽ valdè in assignanda definitione ordinis sumpti in hac significatione, prout videlicèt est sacramẽtum. Nam imprimis Magister in 4. dist. 24. §. *Si autem quæritur*, quem sequuntur D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 2. & ibi omnes ferè expositores, & Summistæ verbo, *Ordo*. refertque etiam, & sequitur apud nos Glos. in princ. verbo *Seruãda*. 32. dist. Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuersi 2. p. lib. 16. cap. 2. n. 2. definit ordinem hoc modo. Ordo est signaculũ, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. D. autem Bonauent. eadẽ dist. 24. n. 24. sic describit. *Ordo est ordinata potestas, secundum quam subiectum ordinatur ad opus, & ministerium:* vbi nomine potestatis videtur D. Bonauent. intellligere characterem, prout eum explicat F. Franciscus Ouandus in Breuiloquio super 4. sentent. dicta dist. 24. proposit. 2. Sotus verò eadẽ dist. q. 1. art. 1. post initium definit, vt sit ordo sacramẽtum nouę legis, quo potestas spiritualis significatur, vt traditur in ordine ad sacrosanctum corpus Christi consecrandum. Et cum Soto consentiunt Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 1. cap. 1. n. 1. & 2. & aiij. Scot. autem sub eadem dist. q. vnica duobus modis definit, primo in §. Circa quæstionem dicens: est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica Hierarchia. Secundò in §. De tertio asserẽs: est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ preeminenti, cui cõuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum facta à ministro idoneo certa verba proferente; & simul cum intentione debita ministeriũ gradus illius aliquo signo visibili repræsentans ex institutione diuina efficaciter signans gratiam preeminentem, qua ordinatus dignè aliquod ministerium exequatur. Aliter, & breuiùs definit Vuald. tom. 2. de Sacram. cap. 116. Ordo est sacramenta ministrantium habitudo legitima; cuiq; ratione sui ministerij conueniens. Et ex recentioribus Vasq. d. tom. 3. in 3. p. disput. 235. cap. 2. n. 27. Aegid. de Sacram. disput. 20. dubio. 1. n. 2. Scribonius in Theosimia, seu de sacram. disp. 7. q. 3. in 1. p. ad finẽ. Valent. 4. tom. disp. 9. generali, puncto 1. Pesãtius in addit. ad

Magist. D. Thom. Glossa in princ. verbo seruãda, 23. di. Pet. Gregor. D. Bon. Ouand. Sotus. Reginal. Scotus. Vuald. Vasques. Ægid. Scribon. Valent. Pesantius

ad 3. p. q. 34. cum sequentibus disp. 1. §. primo dico. *Filliuc.* Filliucius Mor. tract. 9. n. 2. vnusquisque pro suo sensu peculiarem definitionem assignat licet omnes fere in idem conueniant, & tandem nostri Pontificij iuris professores definiunt, quod sit sacramentum, per quod imprimitur character, aut signum sub certis verbis, & instrumentis, in quo conceditur potestas consecrandi; aut adiuuandi consecrantes sacramentum Altaris prout tradit Sabag. in exposit. ad Trident. *Sabag.* sess. 7. de sacram. cap. 6. de Ordine *Nauar.* num. 4. & colligitur ex Nau. ita, sed breuius definiente in Man. cap. 22. num. 17.

13 Quia tamen in definitione Magistri, quam communiter Theologi sequuntur, non bene stat vox illa, ordinato, quia secundum regulas Dialecticorum definitum non potest poni in definitione, vt benè contra illã aduertit Vasq. suprà, & hoc etiam vitio laborat secunda definitio Scoti, vltra quod valdè prolixa est, & multa *Vasq.* superflua continet. Prima vero non definit ordinẽ, prout est sacramentũ quod debet esse signum sensibile, vt supra explicauimus; non autem potestas spiritualis, qua ratione Scotum *Sotus* reprehendit Sotus d. artic. 1. ad fin. asserẽs illum gratis negasse ordinem esse propriè sacramentum, sed immeritò; quoniam Scotus ibidem distinxit ordinem ab ordinatione, & ordinem prout est gradus quidam spiritualis potestatis, prius definiuit, & benè negauit esse proprie sacramentum; ordinationis verò definitionẽ, prout est sacramentum postea secundo loco tradidit in §. De tertio, & agnouit, sacramentum propriè esse, vt explicauit Vasq. num. 28. & 29. *Vasq.* A Ouand. proposit. 2. §. ex prædicta sententia supra. *Ouand.* Definitio verò Diui Bonauen. sicut & Vuald. dum asserunt; Ordo est potestas, vel quod idem significat, est habitudo legitima, sicut, & aliæ diffinitiones, quę habent, hoc sacramentum esse characterem, seu potestatem, videntur definire ordinem per effectum, non verò per genus, & differentias, vt etiam aduertit Nauarr. supra vers. Dixit character. *Nauar.* In cæteris etiam definitionibus B à recentioribus traditis, modò aliquid redundat, modò deficit.

Mihi videtur, omnes sic posse cõciliari, & ad vnam reduci, vt, *Ordo*, seu potius loquendo, *ordinatio*, quatenus est sacramentum rectè definiatur, *Quod sit signum sensibile à Christo institutum, per quod immediatè, vel mediatè traditur potestas ad sacrosanctum Altaris sacrificium.* Ponuntur loco generis verba illa, *Signũ sensibile à Christo institutum*, quia per signum exterius ordinatio perficitur, vt definit C Trid. sess. 23. de sacram. Ord. in cap. *Trid.* 3. & in eo conuenit cũ omnibus alijs sacramentis, quæ etiam per ritus, seu signa sensibilia à Christo instituta perficiuntur, & conferuntur, vt suis locis, & tractando de sacramentis in genere omnes admittunt. Cætera loco differentiarum adijciuntur. Dixi, *per quem traditur potestas ad sacrosanctũ Altaris sacrificium*; quia hic est finis, & effectus huius sacramenti, propter quem fuit institutum; & in quo à re- D liquis discriminatur, vt videlicet per illa initiarentur ministri ad illud sacrosanctum sacrificiũ dignè administrãdum, vt expressè colligitur ex Trid. d. sess. 23. cap. 1. & 2. Dixi, *immediatè*, *Trid.* vel

vel mediatè, vt comprehĕderem non solùm sacerdotium, per quod immediatè datur potestas ad celebrãdum, consecrandum, & offerendum, sed etiam reliquos ordines, qui propriè sunt sacramentum, vt infrà; in quibus etiam mediatè potestas tribuitur ad eundem finem, videlicet ad peragenda alia ministeria, quæ ad illud sacrificium ordinantur, & sacerdotio deseruiunt, vt inquit Tridentinum, d. cap. 2. Trident.

15. Quoniam verò aliqui etiam ordines sunt in Ecclesia, qui vel iuxta om̃nium, vel saltem aliquorum sententiã non sunt sacramentum, & per illos datur etiam aliqua potestas Ecclesiastici ministerij in ordine ad illud sacrificium. Alij verò reperiuntur, per quos datur potestas, & officiũ, si non in ordine ad aliud sacrificium, ad aliquas tamen Ecclesiasticas functiones in Ecclesia peragendas, vel ad Ecclesiasticam iurisdictionem exercendã, vt infrà declarabimus; pateťque ex eo, quia hoc nomen, *Ordo*, etiam in hac tertia acceptione potest dupliciter accipi; vno modo secũdum quod est sacramentum; alio modo secundum quod est officium, vel gradus potestatis respectu quarũcunque sacrarum actionum, vel officiorum Ecclesiasticorum, vt extra sacrificium notat Fr. Paulus Carrariæ in Canonica, & morali Theologia tom. 1. q. 3. artic. 9. & q. 2. n. 19. post Bellarmin. de controu. Christian. fidei tom. 1. lib. 1. de Clericis, cap. 11. §. Communiter. Carrar. Bellarm.

16. Ideò si *ordinem* in vniuersum definire voluerimus, dicendum erit, *esse signum Ecclesiæ, quo traditur potestas, & officium ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica Hierarchia.* Quæ defi-A nitio colligitur ex illis, quas tradunt Scotus d. dist. 24. q. vnica, §. *Circa quæstionem*, Vasq. suprà d. disput. 235. n. 27. in fin. & comprehendit omnes ordines, & gradus, qui in Ecclesia reperiuntur cum aliqua Ecclesiastica potestate, seu functione. Neque in illa posuimus verba illa à Christo institutum, sed loco eorum diximus, *Signum Ecclesiæ*, vt ita omnes comprehenderentur; quia videlicèt illi, qui non sunt sacramentum, non à B Christo, sed ab Ecclesia sunt introducti, vt infrà suis locis declarabimus. Et hæc de primo supposito circa nomen, *Ordo*. Scotus. Vasquez.

§. II.

Quid sit Hierarchia, & ordo Hierarchicus?

SVMMARIVM.

1. *Hierarchia quid significet, & vndè deriuetur?*
C 2. *An in diuinis personis detur Hierarchia, quam increatam appellat D. Bonau. & alij.*
3. *De triplici Hierarchia cœlesti, & eiusdem gradibus.*
4. *Hierarchia Ecclesiastica in ministris Ecclesiæ reperitur.*
5. *Quæ differentia detur inter Hierarchiam Ecclesiasticam, & monarchiam Ecclesiasticam?*

D Secundò circa vocem, *Hierarchicus*, supponendum est Hierarchiam ex ipsa Græca etymologia significare sacrũ principatum, vt ex bonis auctoribus obseruãt Calepin. verbo Hierarchia, Spiagel, 1. Calepin.

Spiegel. Schard. Lexicon Theolog. D. Bon. Gabr. Soar. gel,& Simõ Schardius in Lexico iuris: Lexicon etiã Theologicum eodẽ verbo,& ex scholasticis notãt D. Bonau. in 2. sent. dist. 9. & ibidẽ Gabriel q. 1. art. 1. P. Soar. de Angel. lib. 1. cap. 13. n. 1. dicitur à verbo Græco ἱερὸς, quod est sacrum, & ἀρχὴ, quod est principatus, quasi sacer principatus, vt explicant Gabr. & Lexicon Theologicum super Durãd. in ration. diu. Durand. Nost. Lacerda. Duar. lib. 4. cap. 33. n. 31. Fr. Emman. de Lacerda in sua releӗt. Theol. de sacerdotio Christi D. cap. 1. Duar. lib. 1. de sacris Eccl. ministr. cap. 7. in princ. Cũ autem secundum doctrinã D. Thom. 1. p. q. 108. art. 1. in corpore, nomine, principatus, duo intelligãtur, scilicèt ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe, iam manifeste apparet, ad Hierarchiæ rationẽ constituendã oportere dari multitudinẽ quandam sacrã sub principis gubernatione ordinatam; in eaq; insuper necessarios esse diuersos gradus, seu ordines secundum diuersa officia, & ministeria inter se distinctos,& consideratos, ne aliàs talis multitudo confusa, & inordinata remaneat, vt eleganter deducit text. in cap. *Ad hoc. 89. dist.* Quemadmodum etiam in profanis in vna Cap. Ad hoc. 89. d. Rep. sub eodem principe diuersi ordines, & gradus inueniuntur, prout latiùs explicat Diuus Thomas d. art. 1. & 2. Vnde bene dixit Soarius D. Thom. Soar. suprà, Hierarchiam nihil aliud esse, quam collectionem personarum aliquo modo sacrarum sub principe aliquo. Et D. Bonaũ. dist. 9. sic describit: D. Bon. Hierarchia est rerum sacrarum,& rationabilium ordinata potestas in subditis debitum retinens principatum. Quare in rebus, & creaturis irrationabilibus inueniri non potest, quia

non sunt capaces principatus proprij, aut dignitatis sacræ, vt aduertit Soar. proximè. Soar. A

2 Licet autem D. Bonau. & cum eo Gabr. & Lexicon Theolog. suprà, & alij in personis diuinis, angelicis, & humanis Hierarchiam ponant, & ita in vtraque Ecclesia triumphanti, scilicèt,& militanti; indeque Hierarchiã distinguant in creatam,& increatam; quasi increata reperiatur in Deo, & diuinis personis, quę appellatur super cœlestis, seu Therarchia; & rursus C creatã diuidant in cælestẽ, & subcælestem; cœlestẽ, id est, Angelicã, quæ inuenitur in Angelis: subcælestem, id est Ecclesiasticam, quę datur in ministris Ecclesiæ. Verius tamẽ est (quod attinet ad increatã,& supercælestem) in Deo non reperiri, neque diuinis personis tribui posse, quia in illis nec est principatus, nec ordo dignitatũ, vt rectè probat D. Tho. d. q. 108. art. 1. cũ D. Dionys. de cœlesti Hierarch. cap. 3. dicente, Deum extra, & supra omnem esse Hierarchiã: nam omnis B Hierarchia ad illius imitationẽ, & similitudinem existit, traditq; Soar. d. lib. 1. de Angelis, cap. 13. n. 1. Sed tantum reperitur ordo naturæ secundũ originem, vt suprà diximus n. 2. D. Tho. D. Dion. Soar.

3 Cælestẽ verò, seu angelicã in ipsa triũphanti Ecclesia, népè cælo reperiri, ibiq; cælestes spiritus secundum triplicẽ, quo diuinas illuminationes recipiunt, modũ, in tres distingui Hierarchias; & vnãquanq; ex illis trinos quoque cõplecti ordines, seu gradus D tanquam summum, medium, & infimum, propositio videtur certa de fide, si in communi sumatur abstrahendo à modo distinguendi, & ordinandi ordines prædictos, vt asserit Soar.

Soar. Soar. d.cap.13. n.2. comprobans ex multis sacræ scripturæ locis, & testimonijs Patrum Græcorum, & Latinorum, quæ adducit ibidem, iuncto n.3.4. & 5. vbi etiam per totum illud Gabr. cap.post Gabr.in 2.dist.9. q.1. latissimè explicat prædictas tres Hierarchias angelicas, & cœlestes; & quo modo distinguantur,& gradus in illis ordinentur, quia à Patribus, nempè Dionys. D.Greg. Dionysio cœlest.Hierarch. cap.7. cũ sequentibus. D.Gregor.Hom.24. in Euang. diuersimodè fit computatio, & distinctio; vtriusque tamen computationem in re parum,vel nihil differre benè probat D. Tho. d.q. 108. D.Thom. Soar. art.6. ad 4. ad quem per totam illam quæstionẽ, & Soar.d.cap.13.& alios, quos citat, lectorẽ remitto,quia non est materia iuris professoris,nec præsentis instituti.

4 Ecclesiastica denique, seu subcœlestis Hierarchia, quę cõstat ex hominibus ad illam cælestẽ tendẽtibus, vt inquit Soar.suprà d.n.1.est ea,de qua in præsenti agimus, dum quærimus, vtrùm in militãti Ecclesia detur ordo Hierarchicus; id est, vtrùm in illa reperiatur Hierarchia Ecclesiastica? nẽpè sacer principatus, varijq; gradus,& ordines personarũ proprie,vel aliquo saltem modo sacrarũ cum aliqua potestate,seu officio sub vno sũmo pręside, seu Hierarchia dispositi; quo etiam nomine summus sacrorum illorum ordinum præfectus, seu princeps rectè vocatur à Doctoribus.

5 Nec ineptè, & absque verborum proprietate quæstio hæc, sicut & totius operis argumentũ inscribitur de Ecclesiastica Hierarchia, seu ordine Hierarchico. Nã licet totius Ecclesiæ regimen à Spiritu Sancto institutum monarchicũ sit, & Monarchia Ecclesiastica propriè dicatur, quatenùs cõsistit in vno Sũmo, & Romano Põtifice, penes quẽ est tota Ecclesiæ potestas,& gubernatio, vt infrà suo loco dicemus, quatenùs tamẽ cõsideratur deriuatũ ab eo in reliquis prælatis, & ministris Ecclesiasticis sub illo dispositis Hierarchia Ecclesiastica, seu ordo Hierarchicus rectè appellatur, id est sacer principatus sub vno summo principe ordinatus, vt benè notauit Magal. Magal. in procem. epist. D. Pauli ad Timoth. & Titũ, sect.8.n.2. Quibus adde hanc Ecclesiasticam Hierarchiã licet in alijs à cœlesti, & angelica distinguatur, quæ tradit Lexicon Theolog. verbo Hierarchia Ecclesiastica, in Lexi.Theolog. Gerson. eo tamen inter alia, vt scribit Gerson de potest. Eccles. p.1. consider. 5. illi assimilatur, quod in ea ad similitudinem cælestis, seu angelicæ reperiũtur etiam illi tres actus Hierarchici, quos Theologi Angelis tribuunt, nempe purgare, illuminare, & perficere ita vt purgatio fiat per afflictionẽ pœnalem censurarum; illuminatio per prędicationẽ, & doctrinã; perfectio per sacramentorum administrationẽ; qui omnes actus pręlatis, & ministris Ecclesiasticis competunt iuxta suorum ordinum,& graduum distinctionem, prout in discursu huius relectionis in vnoquoque sigillatim explicabimus.

§. III.

In qua significatione sumatur hic Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, Ecclesia, aliquando pro templo; aliquandò pro cætu fidelium accipitur, & in hoc secundo sensu sumitur in præsenti tractatu.*

2 *Quare hic Ecclesia pro cætu fidelium accipiatur?*

1 TERTIO, & vltimo circa vocem, *Ecclesia*, aduertendum est, per Ecclesiam in præsenti non tam intelligi locum ipsum materialem, nempe templum, seu ædem sacram, in qua fideles congregantur, sacrificium celebratur, ministeria sacramenti ordinis exhibentur, & sacra peraguntur, quanuis locus ille non solùm vulgariter, sed propriè etiam loquendo Ecclesia vocetur in sacris literis, Iudith. 6. *Omnis populus per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt*, & passim in iure canonico, vt in tit. *De consecrat. Eccles. vel altar.* De *Eccles. ædific.* & in cap. *Nemo Ecclesiam*, cap. *Ecclesias*, & sæpè ibidem *de consecrat. dist. 1.* Quam vniuersum illū cœtum hominum eiusdem Christianæ fidei professione, & eorundem sacramentorum communione colligatum sub regimine legitimorū pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarij Rom. Pontificis: qui cætus verè, & propriè Ecclesia militans dicitur ad differentiam Triumphantis, quæ in cœlo est; idque iuxta ipsius nominis etymologiam, quod deducitur à verbo Græco ἐκκαλέω; quod est euoco, quasi Ecclesia sit euocatio, siue cætus vocatorum, vt elegantèr explicat Bellarmin. tom. 1. controu. 4. generali lib. 3. de Ecclesia milit. cap. 1. vers. venio nunc, & cap. 2. vers. nostra autem sententia. Soar. de religione tom. 3. lib. 1. cap. 2. n. 2. In quo sensu nomen, *Ecclesia*, sumitur etiam in sacra scriptura significans cætum fidelium, vt Rom. 16. *Salutant vos omnes Ecclesiæ Asiæ.* & in iure, vt in cap. *Ecclesia. 1.* ibi, *id est Catholicorum collectio de consecrat. dist. 1.* Meminitq; huius duplicis sensus nominis, *Ecclesia*, Bellarm. suprà d. cap. 1. vers. Tertio nota post Albert. Pihgium de Eccles. Hierarch. lib. 1. cap. 1. à princip. Cano de locis Theolog. lib. 4. cap. 2. Durant. de ritibus Eccles. lib. 1. c. 1.

Iudith. 6. *Tit. de consecr. Eccl.* *Tit. de Eccles. ædif.* *C. Nemo Ecclesiā.* *C. Ecclesias de cōsecrat d. 1.* *Bellarm.* *Soar.* *Ad Rom. 16.* *C. Eccles. de consec. dist. 1.* *Bellarm.* *Pihgius.* *Cano.* *Durant.*

2 Ratio verò huius rei in eo consistit, quia aliud est quærere, vtrum in Ecclesia detur ordo Hierarchicus, & qui nam sit? (quæ præsens est quęstio, & sequens, imò totius huius relectionis) & tunc per Ecclesiam necessariò intelligere debemus vniuersum fidelium cætum, vt suprà, vt ita comprehendatur omnis, & quæcunque dignitas, officium, & ministerium Ecclesiæ; siue in ordine ad sacrosanctum altaris sacrificium; siue ad regimen, & gubernationem spiritualium, quæ in Ecclesia Catholica reperitur. Aliud verò, quærere vtrùm in Ecclesia detur ordo Ecclesiasticus, & qualis, quotuplexve sit? (de quo Doctores in materia de ordine, & alijs locis, & nos infrà in alijs quæstionibus) & tūc per Ecclesiam non intelligimus congregationem fidelium in vniuersum; sed templum ipsum materiale, in quo sacrificium Deo exhibetur, & sacra peraguntur iuxta priorem sensum, de quo suprà; quia tunc solum venit in quæstionem ordo, seu gradus ille, qui est in templo, seu Ecclesia administrandum sacrificium, prout infrà explicabimus. Quam distinctionem elegantèr ad aliam quæstionem aduertit Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. cap. 1. n. 8. vers. Per Ecclesiam autem.

Vasques.

§. IIII.

Astruitur sententia Catholica huius quæstionis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

HIS ergo ſuppoſitis, iam ad- 1
uerſus Lutherum, & ſequa-
B ces Chriſtianę religionis nouatores, qui ſpecioſiſsimum Eccleſię ordinem, & decorem auferre nituntur, eam confuſiſsimā reddentes Babylonem, certiſsima concluſio in hac quæſtione eſt ſtatuenda, in militanti Eccleſia dari ordinem Hierarchicū, i. Hierarchiam Eccleſiaſticam ex varijs ordinibus, & gradibus ſub vno ſummo Pontifice diuino iure inſtitutam, & diſpoſitam. Cuius concluſionis vtraque pars probata, definitaq;
D extat in ſacris literis, & à ſummis Pōtificibus, ac ſanctis Patribus, & Concilijs, & efficaci ratione ex naturali lumine, & ex iiſdem diuinis literis deducta euidentèr oſtenditur.

2 Ex sacra scriptura probatur im-
Cant.6. primis Cant.6. vbi propter huiusmodi ordinem Ecclesia comparatur exercitui, & dicitur, *Terribilis, velut Castrorum acies ordinata;* quem locum ad hunc Ecclesiæ militantis ordinē cōprobandum adducit Conc. Trid. sess. *Cōc.Trid.* 23. de sacrament. ord. cap. 4. Et rursus *Cantic.7.* Cant.7. ibi, *Quid videtis in Sunamite, nisi choros Castrorum? &c.* Vbi etiam per totum illud cap. Ecclesiæ pulchritudo ex similitudine corporis humani, & membrorū illius ordine, ac varietate deducitur. Et Psal.44. Regius *Psal. 44.* Vates de ea cecinit: *Astitit Regina,* id est Ecclesia, *à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.* Et rursus ibidem: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* In cuius etiam rei significationem 3.Reg.10. Regina Sabà vi- *3.Reg.10* dens ordinem ministrantium Salomoni admirata est, & circa tabernaculum, quod fuit figura dispositionis Ecclesiæ militantis, vt habetur ad *Hebr.10.* Hebr. 10. varij ordines ministrorum *Exod. 23* constituti fuerunt, Exod. 23. & Nu- *Num. 3.* mer.3.

3 *Ad Rom. 12.* Probatur etiā ex D.Paulo ad Roman.12. *Sicut,* inquit, *in vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus sumus in Christo; habentes autem donationes, secundum gratiam, quæ data est nobis differentes, &c.* *1.Cor.12.* & 1. ad Corint.12. vbi ex illis verbis, *Diuisiones autem donorum sunt, &c.* cum sequentibus iuncto infrà ibi, *Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa; omnia autem membra corporis, cum multa sint, vnum tamen sunt corpus; ita & Christus, &c.* Tandem concludit Apostolus; *Et alios quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos; deinde Prophetas; tertiò Doctores, deindè potestates, exindè dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarū num omnes Apostoli, num omnes Prophetæ, &c.* Et rursus ad Ephes. 4. ibi, *Ipse dedit* *Ephes. 4.* *quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas; alios verò Euangelistas; alios autem pastores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, &c.* Quibus omnibus locis, & similibus D. Paulus ostendit, ordinatam ministrorum Ecclesiæ institutionem à Christo Domino factam ad ipsius Ecclesiæ perfectionem, & decorem.

Et ne quis dicat, gradus istos ab 4
Apostolo numeratos non esse illos ordines, qui nunc sunt in Ecclesia, occurrit optimè Sot. in 4. dist.24. q. *Sot.* 1. art.1. §. Sed aiunt. Et post eum Va- *Valent.* lent. tom.4. Comment. disp.9. general. q.1. punct.2. §. Porro latius Scri- *Scribon.* bon. in Theosim; siue de sacram. disp. 7. de ordin q.7. §. Dicens forsitan, cū sequentibus, ostendens, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Ostiarios, & Lectores, qui propriè sunt ordinis Ecclesiastici, qui in Ecclesia reperiuntur, vt infrà dicemus q.2. procœmiali, eosdem esse, sub illisque gradibus, & nominibus ab Apostolo traditis contineri, & in eorum munus, & potestatem successisse, licet diuersis vocibus nūcupentur, quod nunc probare supersedeo, quia inferius suis quibusque locis opportunius explicabitur.

Probatur rursus ex ipsomet facto 5
Christi D. qui non solum septuaginta duos discipulos elegit, sed duodecim præcæteris, quos Apostolos nominauit; quibus maiorem, & amplio-
rem

rem potestatem tribuit, vt ita Apostoli quasi maiores sacerdotes essent, discipuli verò quasi minores, vt habetur Marc. 6. Matth. 18. Ioan. 21. Petrumque principem ipsorum constituit Ioann. 20. vt asserit Leo Papa I. in epist. ad Episcopos Vienenses relatus in cap. *Ita Dominus*. 19. dist. Clarius Gratian. in princ. vers. *Simpliciter verò* 21. dist. Et ex facto etiam eorundem Apostolorũ, qui ex cæteris boni testimonij viris elegerunt septem, nempe Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenum, & Nicolaum, quos statuerũt in conspectu Apostolorum; & cum orassent, imposuerunt eis manus, vt legitur in Actis Apostolorum cap. 6. refert idem Gratian. in d. princ. 21. dist. vers. Hanc eandem.

Marc. 6. Mat. 18. Ioan. 21. Ioan. 20. Leo Papa Cap. Ita Dominus 19. dist. Gratian. Actor. 6. Gratian.

6. Ex Summis Pontificibus, ac sanctis Patribus constat etiam apertissimè cadẽ veritas. Nam in primis Clemens D. Petri successor, & discipulus sæpissimè in libris Constit. Apostol. & maximè lib. 8. cap. 46. apertè ponit ordinum, & graduum distinctionem in Ecclesia, vtpotè traditam à Deo; inquit enim; etenim si non esset aliqua lex posita, & aliquod discrimen ordinum, satis erat vno nomine affectos omnia ista ministeria perficere. Verùm cum à Deo consequentiam rerum didicerimus, Episcopis quidẽ assignauimus, & attribuimus, quæ ad principatũ sacerdotij pertinent. Presbyteris verò, quæ ad sacerdotium. Deindè Diaconis, &c. Insuper D. Ignatius Apostolorũ discipulus in epistol. ad Smyrnenses ordinum distinctionem Hierarchicam cũ prælatione, & subiectione ponit, asserens Laici Diaconis subijciantur, Diaconi

D. Ignat.

A præsbyteris, præsbyteri Episcopis, Episcopi Christo, vt ipse Patri.

Diuus etiam Dionysius D. Pauli discipulus Ecclesiast. Hierarch. c. 13. de eodem sic scribit; Quia diuinarum actionum imagines sunt sacerdotales distinctiones: ornatissimi, atque inconcussi diuinarum operationum ordinis insitos tibi fulgores indicantes, in primas, ac medias, & vltimas sanctas actiones, atque ordines Pontificali descriptione distributæ sunt insinuantes, vt dixi in se ipsis diuinas B actiones ordinatas esse, atque impermixtas. 7. D. Dion.

Beatus Anacletus in epist. 3. quæ refertur 1. tom. Conc. inter eius epistolas: *Sacerdotum*, inquit, *fratres, ordo bipartitus est; & sicut Dominus illum cõstituit, à nullo debet perturbari.* Et rursus in epist. 2. ad Episcopos Italiæ. *In nouo*, inquit, *testamento post Christum à Petro sacerdotalis cœpit ordo, &c.* cum sequentibus, prout refertur in cap. *In nouo*. 21. *dist.* 8. B. Anacl. Cap. In nouo. 21. dist.

C D. quoque Gregor. relatus in cap. vlt. 89. dist. elegantèr asserit; *Ad hoc dispensationis* (& vt aliàs legitur, dispositionis) *diuina prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit, esse distinctos*; iuncto infra ibi, *Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruaret, &c.* 9. D. Greg. Cap. vlt. 89. dist.

Idem D. Gregor. scribens vniuersis Episcopis relatus in cap. 1. incipit, *Singula* eàdem *dist.* 89. in hæc verba: *Ita in Ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam in vno, eodemq; spiritu alij conferendum est hoc officium,* D *alij committendum est illud, &c.* 10. D. Greg. Cap. 1. 89 dist.

Hugo etiam de Sancto Victore p. 2. de sacram. inquit: *Diuersi ergo sunt* 11. Hugo de S. Vict.

gradus, & ordines potestatum sub vno tamen capite vtrinque distributi, & quasi ab vno principio deducti; & ad vnum relati. &c.

12 *Innoc. Papa.* Innocẽtius Papa III. scribens vniuersis Christi fidelibus tàm in vrbe Metensi. quàm in eius diœcesi constitutis relatus in cap. *Ex iniuncto*, vers. *Sicut de hæretic.* ibi ita, *Multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habẽt officium, quia secundum Apostolum alios Dominus dedit Apostolos, alios. &c.* *Cap. Ex iniũcto de Hæret.*

13 *Greg. Papa.* Gregorius IX. scribens similiter Archiepiscopo Mediolan. in c. *Sicut*, 44. eodem tit. de Hæret. Hieronymus quoque scribens ad Rusticum hac de causa asserit, *Ecclesiam habere senatum*, prout habetur in cap. *Ecclesia* 16. q. 1. ibi, *Ecclesia senatum habet præsbyterorum, &c.* *C. Sicut de Hæret. D. Hier. Cap. Ecclesia. 16. q. 1.*

14 *Isidorus.* Isidorus quoque Episcopus Hispalensis lib. 7. Ethymolog. cap. 12. relatus in nostro cap. *Cleros* 21. *dist.* & in epist. ad Ludrifredum, quæ habetur in cap. *Perlectis* 25. *dist.* multis declarat, qualiter in Ecclesia reperiatur ordo, & quinam sint illius gradus, & officia latè explicat. *C. Cleros 21. dist. C. Perlectis. 25. d.*

15 Tandem vniuersi Doctores sancti, ac Patres explicantes loca suprà citata Beati Pauli in idem vnanimiter cõueniunt, quos non est opus hìc referre, quia in sequentibus opportuniùs de illis sermo erit.

16 Ex Concilijs eadem conclusio ostenditur. Nam vt omittamus antiquiora videlicèt Nicænum 1. *Canon.* 18. & sæpè ibidem Florent. in tract. *de Sacram.* & alios, vbi ordinem Ecclesiæ & illius gradus ponuntur. Veritas hæc sæpiùs expresse definita repetitur in Conc. Trid. in sess. 23. de sacram. Ordin. & imprimis cap. 2. in- *Nicen. Florent. Trid.*

quiens: *Cum autem diuina res sit tàm* A *sancti sacerdotij ministerium consentaneum fuit, quod dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, vt in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, &c.* 17

Trid. Rursus cap. 4. ibi, *Quod si quis omnes Christianos promiscuè noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali prædictos esse affirmet, nihil aliud facere videtur; quam Ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est, vt castrorũ acies ordinata confundere, perindè, ac si* B *contra B. Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes sint Doctores.*

Et denique Can. 6. *Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiã diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, præsbyteris, & ministris, anathema sit.* 18 *Trid.*

Deniq; ratione efficaci (quæ erat vltima probationis pars) multipliciter confirmatur. Primò namque, si ad vniuersam rerum naturam, mentem, & oculos conuertamus; id nos aperte suadet, cum enim in totius vniuersi C natura, & tenore, ordo quidam inueniatur immutabili lege Sancitus, cuius vinculo omnia aluntur, & sub alicuius principatu disposita conseruãtur; aliaque sunt superiora, alia inferiora, vt per singulas rerum naturæ partes discurrendo philosophari quis poterat; longoque, sed eleganti discursu ex corporum cœlestium humanorum, ipsorumque animantium ordine ducto prosequitur Pihgius de Eccles. Hierar. lib. 2. cap. 2. per totum. D Quis dubitare poterit, in Ecclesia Christi eundem quoque ordinem reperiri, eandemque Ecclesiam mirabili quodam ordine Hierarchico ab ipso Christo D. fuisse institutam, cum finis 19 *Pihgius.*

finis Ecclesiæ longe excellentior sit vtpote supernaturalis, ac ad esse gratiæ, & supernaturalem gloriam intẽdens, quam finis naturæ, qui tantùm naturalis est; & ad esse naturæ ordinatus, & propter ipsammet Ecclesiã omnia naturalia, nempe cœlum, terram, & quæ in eis sunt, naturæ auctor condiderit; succedatq; proindè vulgare axioma nostrorum, & Philosophorum, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis Auth. Multo magis cum similibus, Cod. de Sacrosſ. Eccleſ.

Aut. Mul to magis, C. Sacroſ. Eccleſ.

20\. Secundò, si non vniuersalitèr ad totum vniuersum, sed indiuidualiter ad corpus quoddam naturale humanum cuiusuis hominis in indiuiduo respiciamus, idem manifestè ostenditur. Quemadmodũ enim ad complementum, & perfectionem corporis humani naturalis diuersæ requiruntur partes integrantes; quæ etherogeniæ nuncupantur, vt caro, ossa, nerui, sanguis, & aliæ; & ex istis partibus conflantur diuersa membra in eodẽ corpore, veluti oculus, auris, pes, manus, & alia, quæ diuersos actus gerunt, diuersaque officia ad totius corporis conseruationem, & esse necessaria, neque omnia membra eundem actũ habent, & in ipsismet membris datur quædam ordinata dispositio, in qua consistit decor, & pulchritudo totius corporis, veluti quod caput sit sorsum, pedes deorsum; ad latera manus & sine illa corpus humanum monstrum redderetur. Sic etiam ad perfectionem, & decorem corporis mystici Ecclesiæ (quæ in diuinis literis corpori naturali humano comparatur, vt ad cap. 12. ad Corint. 1. notant Glossa interlinealis, & ordinaria super Psal. 61. vocans totam Ecclesiam hominẽ quendam generalem, reperiuntur in ea diuersæ partes, & membra cum diuersitate, & varietate actuum, & officiorum vnicuique competentiũ suo etiam ordine sub vno capite, diuersis gradibus disposita, & constituta; ex quibus pulchritudo corporis mystici Ecclesiæ resultat; vt enim inquit elegantèr Caietan. in Ioan. 3. pulchrum consistit in ordine, & proportione membrorum; ita variæ dignitates tãquam membra, & Deus incarnatus tanquam suprema pars mundo inclusa augent pulchrum in vniuerso.

12. Cor. 1. Glossa interlin.

A

Caiet.

B

21\. Quod argumentum in specie mirabiliter conficit D. Paulus d. loco 1. ad Corinth. 12. ex illis verbis ibi, *Quemadmodùm enim corpus vnum est & membra habet multa, &c.* Cum reliquis deinceps sequentibus vsque ad finem cap. ex illo eleganter concludit in hæc verba: *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte; & alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, deindè Prophetas; tertio Doctores, deindè Potestates, &c* iuncto ibi: *Num omnes Apostoli, num omnes Prophetæ, nũ omnes Doctores, &c.*

1. ad Cor. 12.

C

22\. Vnde Glossa ordin. ibi ad propositum sic explicat: Si omnia membra essent vnum membrum, non modò periret multitudo sensuum, sed etiam corpus; ita si in Ecclesia omnes essent vnius officij, & dignitatis, non discernerentur membra, nec corpus. Et D. Greg. in supra citato cap. *Singula. 89. dist.* idem mutuatus argumentum sic ait: *Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam in vno, eodemquè spiritu alij conferendum*

Gloſ. ord.

D. Greg.

D

rendum est hoc officium, alij committendum est illud, &c. Iuncto infrà ibi, *Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat; ita varietas personarum per diuersa nihilominùs officia distributa, & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei Ecclesiæ manifestat, &c.* Eodemq; etiam argumento vtitur Papa Innoc. in illa Decretali epistola, de qua infrà relata in cap. *Cum ex iniuncto.* 12. vers. *Sicut de Heret.* ibi: *Sicut enim multa sunt membra corporis; omnia verò non eundem actum habent; ita multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habent officium, &c.* Greg. quoque Papa 9. in d. cap. *Sicut.* 14. eodem tit. *de Heretic.* & ad illud in hac etiam materia manifestè respicit Cōcil. Trid. d. sess. 23. de sacram. ord. cap. 4. in illis verbis, dum ait, *Perindè, ac si contra Beati Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Propheta, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores.*

Innoc. Papa.

Greg. Papa.

Trid.

23. Tertiò si corpoream quoque machinam animo transcendere, & cum Paulo ad tertium vsque cœlum poterimus, idem apertè demonstrat cælestis illa, verèque ordinatissima Hierarchia; in suprema Hierusalem, & triumphanti Ecclesia refulgens; vbi sub vno principe Deo optimo maximo cælestes spiritus in tres Hierarchias, & nouem choros, seu ordines distinguuntur; reperiturq; in illis ordo inferioritatis, & superioritatis, secundum varios dignitatum gradus, vt latè, & optimè distinguit Dionys. in lib. cælesti Hierarch. & cum Diuo Thom. 1. p. q. 108. per totam prosequuntur Theologi scholastici: nouissimè P. Soar. de Angel. lib. 1. c. 13. per tot. & suprà diximus in 2. supposito.

Dionys. *D. Tho.* *Soar.*

Cum enim ad exemplar illius triumphantis nostra militans Ecclesia firmata sit, vt probatur Exod. 25. *Inspice, & fac tibi secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte.* Et ex Paulo ad Hebr. 9. ibi; *Exemplaria quidem cælestium.* Qua de causa Apostolus ibidem, & cap. 9. Ea, quæ in hac Christi Ecclesia peraguntur, & personas eius cælestia vocat, vt ibi optime interpretatur Chrysost. & sæpe in Euangelio Regnum cælorum appellatur. Et Psal. 86. dicitur, *Fundamenta eius in montibus sanctis:* cum multis, de quibus Michael de Anima in tract. de vnitate ouil. & past. cap. 6. n. 6. comprobatque ad propositum ex alijs Illustrissimus Cardin. Cæsar Baronius Annal. tom. 2. anno Christi 112. §. *Post hac cum seq.* necessariò sequitur instar cælestis illius præstantissimæ Hierarchiæ Ecclesiasticam pariter in militanti Ecclesia fuisse ordinatam; præcipuè cum status Ecclesiæ, vt arguit D. Thom. & cum eo cæteri infrà citandi medius sit inter statum naturæ, & gloriæ; sed in statu naturæ in naturalibus, vt suprà in primo argumento, & in statu gloriæ inuenitur ordo, vt proximè, ergo & in statu Ecclesiæ reperitur. 24.

Exod. 25 *Hebr. 9.* *Chrysost.* *Psal. 86.* *Michael de Anim.* *Cas. Bar.* *D. Tho.*

Qua ratione etiam elegantissimè ad propositum, vtitur D. Bernard. lib. 3. de Considerat. ad Eugen. cap. 4. sub fin. *Sicuti illic* (inquit sanctus Pater) *Seraphim, & Cherubim, ac cæteri quique vsque ad Angelos, & Archangelos ordinantur sub vno capite Deo; ità hic quoque sub vno summo Pontifice primates, vel Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, presbyteri, vel abbates, & reliqui in hunc modum, &c.* Et D. Gregor. in supracitato capite *Ad hoc.* 89. *dist.* ibi, 25.

D. Bern. *D. Greg.*

Cæle-

Cœlestium militiarum exemplar nos instituit; quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine, sicut nostri, differt alter ab altero.

26. Quartò probatur ex eleganti illa similitudine, qua D. Petrus Ecclesiæ statum magnę naui comparauit, prout de eo refert Clem. Papa 1. illius successor in epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, quæ habetur 1. tom. Concil. *Similis namque*, inquit Petrus, *est status Ecclesiæ omnis, magnæ naui, quæ perūdosū pelagus diuersis è locis, & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus ipse omnipotens Deus, gubernator verò sit Christus. Tum deinde proreta officium Episcopus impleat; præsbyteri nautarum; Diaconi dispensatorum locum teneant; hi, qui catechizant nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, &c.* Iuncto infrà ibi: *Sed ante omnia cū quiete. & silentio Epibatæ, i. laici in suis vnusquisque resideant locis, ne fortè per inquietudinem, & in conditos, inutilesque discursus, si passim vagari cæperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus cōmoneant, & nihil omninò quod ad diligentiam, vel disciplinam pertinet, Diaconi negligāt. Præsbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter, & solicitè gubernatoris verba custodiat Christi: Saluator Dominus gubernator Ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solū præceptis, ac iussis credat, & obediat omnis Ecclesia.* Hucusque D. Petrus.

Clem. Papa.

A Quo quidem exemplo mirabiliter ab ipso quasi ad viuum exprimitur ordo Hierarchicus, & totius Ecclesiæ Christi sacer principatus. Nam dum in Ecclesiæ magna naui, inquit, præter vectores, seu Epibatas, i. laicos opus esse gubernatore, nempe Christo, seu eius vicario Romano Pontifice. Proretis. i. Episcopis, Nautis, i. Presbyteris, Nautologis, & alijs circa ministerium nauis, qui Diaconis, & reliquis Ecclesiæ ministris comparātur: & horum omnium alios quidem B parere debere, nulloque munere Ecclesiastico fūgi, prout sūt laici, qui eo verbo Græco, quasi populares ita appellātur; alios verò imperare, & principatum quendam in cæteros habere, vt Episcopi, Præsbyteri, & reliqui Ecclesiastici ministri iā cernere est; in illis EcclesiasticāHierarchiam iuxta propriam nominis significationem suis varijs distinctam gradibus, vt in proposito ex eodem D. Petri loco ita optime aduertit Franc. Duar. lib. 1. de sacris Eccl. min. cap. 7. in principio. 27

Duar.

C 28. Quintò ex ea etiam ratione ostenditur, quia ponendo ordinem in Ecclesia imprimis sapientia diuina, quæ in suis operibus maxime repræsentatur, & per eadem cognoscitur iuxta illud Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Clarius in ministerijs Ecclesiæ elucet, tanquam in distinctione rerum maximè ordinata*; in quem sensum pulchrè accommodat D. Aug. illud, quod legitur Psal. 47. secundum interpretaD tionem Septuaginta, *Deus in gradibus eius cognoscetur*, i. vt declarat August. in gradibus ordinum ministerij Ecclesiæ. Cui etiam concinit D. Greg. Hom. 15. super Ezechiel. relatus in cap.

Ad Rom. 1.

D. Aug.

D. Greg.

Cap. Cum sanctā. de poenit. d. 2. cap. *Cum sanctam de poenit. dist. 2. Cum sanctam*, inquit, *Ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur.* A

29 Deinde rectæ eiusdem Ecclesiæ gubernationi, & humanæ infirmitati consulitur, dum ad singula officia, & ministeria exercenda, quæ per vnum commode, & sine confusione peragi non valebant d. cap. *Singula*. 89. *dist.* singuli deputantur. (C. *Singula* 89. *dist.*) Quod in lege veteri fuit figuratum Numer. 11. in eo quod Dominus Moysi septuaginta senes populi in adiutorium dedit, auferens de eius spiritu, & tradens eis, vt sustentarent onus populi, sicut text. sacer inquit: (Num. 11) cap. *Vt cognouerunt*. §. *Opponitur de poenit. dist.* 2. (C. *Vt cognouerunt. de poenit. dist.* 2.) Et denique hac ratione amplior hominibus proficiēdi patet via, dum ad plures pertinere potest dignitas ministrorum, qua sacramenta alijs dispensando cooperatores Dei fiunt; quo nihil diuinius potest contingere secundum Dionysium de cœlest. Hierar. 3. p. cap. 1. (D. Dion.)

30 Sextò confirmatur, quia Ecclesia corpus mysticum componitur ex statu Ecclesiastico, & sæculari, & prout dicit Hugo de Sancto Victore lib. de sacramentis, (Hugo de S. Vict.) *Ex duplici pariete; clericali scilicèt, & laicali.* Consonat D. Hier. in cap. *Duo sunt genera Christianorum.* 12. q. 1. (D. Hier. Cap. Duo sunt. 12. q. 1.) Et in eundem finem duæ etiā reperiuntur potestates in eodē corpore; altera Ecclesiastica, & spiritualis; altera laicalis, & temporalis, cap. *Solitæ*, de maiorit. & obed. Extrauag. *Vnam sanctam*, eo tit. inter communes (C. *Solitæ*, de maior. & obed. Extrau. *Vnā sāctā* eod. tit.) D cum alijs; quod figuratum etiam fuit in veteri testamento 3. Reg. 7. (3. Reg. 7.) vbi dicitur, quod Salomon statuit duas columnas æreas in porticu templi, per quam Ecclesia militās significabatur, quia per illam ingrediebatur ad templum, & ita per militantem Ecclesiam ad triumphantem. Sed in statu sæculari, & pariete laicali, ordo reperitur potestatum diuersarum, quibus vicissim alij alijs obediunt, & subordināntur, vt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, & reliqui, quos vsus quotidianus demonstrat, & patet ex Apost. ad Rom. 13. *Omnis anima sublimioribus Potestatibus subdita sit*; relato in cap. *Omnis anima de Censib.* (Ad Rom. 13. C. *Omnis anima de Censib.*) & 1. Petr. 2. (1. Petr. 2.) B *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum; siue Regi tanquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis, &c.* Ergo & in statu Ecclesiastico, ac pariete clericali idem ordo necessariò dari debebat, præsertim cum certum sit, vtrumque statum, & potestatem esse à Deo; & quæ à Deo sunt, ordinata sint; vt etiam, inquit Paul. d. loco ad Rom. 13. (Rom. 13.) & cum eo Bonifac. 8. in d. Extrauag. *Vnam sanctam*, de maiorit. & obed. inter communes. (Bonif. 8.) C

31 Septimò etiam probatur, quia secundum D. Dionysium (Dionys.) lex diuinitatis est, infima per media ad suprema reduci, & media per prima, & ideò vt Deus Opt. Max. in suis operationibus repræsentaretur non solùm secūdum quod in se est, sed etiam secundum quod alijs influit, prædictam legem imposuit omnibus, atque ideò secundum ordinem vniuersi non omnia æque, atque immediatè, sed infima per media, ac inferiora per superiora ad ordinem reducuntur, vt eleganter his fere verbis inquit Pontifex in d. Extrauag. *Vnam sanctā*, vers. *Nam secundum*, de maiorit. & obed. (Bonifac.) inter communes. Ergo vt illa diuina

lex,

lex, repræsentatioq;, ac pulchritudo operum Dei eiusdem Ecclesiæ non deesset, necessariò fatendū est, in eàdem posuisse ordinem, per quem alij alijs influerent, & sacramenta ministrarent, suo modo in hoc Deo assimilati, & ita infima per media ad suprema reducerentur.

32 Vltimò tandem arguitur ab excellentia sacerdotij, & ministerij noui testamenti cum ipso ritu gentilium, imò & veteris testamenti comparati. Si enim apud Gentiles sola naturali ratione edoctos sacerdotium fuit, & sacerdotes, vt apud Liuium de Nūma Pompilio, & Genes. 47. de sacerdotibus Aegypti memorię proditum est; & eorundem sacerdotum distinctio, & ordo introductus; alij enim simpliciter flamines, alij Archiflamines, alij Primiflamines appellabantur, vt dicit Clemens Papa epist. 1. ad Iacobū fratrem Domini: relatus in cap. *In illis.* 80. dist. Gratian. in princ. 21. dist. Et in veteri testamento varij etiam sacerdotum, & ministrorū fuerunt gradus vario consecrationis ritu sanctificati, vt de Aaron summo sacerdote, & de filijs eius inferioris gradus sacerdotibus legitur Leuit. 8. & alibi, vt statim dicemus. Quanto magis in nouo testamento sacerdotum, & ministrorum varij etiam ordines, & gradus debent consecrari ad ministeriū legis gratiæ explendum, quod multo dignius est, & excellentius, vt habetur 2. ad Corinth. 3.

Liuius. *Genes. 47* *Clem. Papa.* *Cap. In illis. 80. dist. Gratian.* *Leuit. 8.* *2. Cor. 3.*

33. Quinimò hunc ipsum ordinē Hierarchicum, & sacerdotum, ac ministrorum distinctionem in ipso veteri testamēto fuisse inchoatam, & modò in nouo plenius consummatam; benè dixit Gratian. in d. princ. 21. dist. Nam vt habetur Exod. 28. & 1. Paralip. cap. A 23. & 2. cap. 23. Moyses ex pręcepto Domini Aaron in summum Pontificem, filios verò eius vnxit, & consecrauit in inferioris grad⁹ sacerdotes. Deindè Leuiticus ordo tametsi vno cōsecrationis ritu sanctificaretur; varijs tamen ministrorū ordinibus distinctus, & in tres ordines sub suis capitibus, & pricipibus distributus est; filijs enim Caaph. sub principe Helisapham sacratiorū cura erat demandata, interiorū videlicet tabernaculi, B hoc est sanctuarij, Arcę, mensæ sacrę, candelabri, altarium, vasorū, vniuersæq; supellectilis ad prędicta pertinētis. Filij verò Gerson sub suo principe Heliasapham externorū tabernaculi cura commissa erat, nempe cooperimentorum eius, cortinarum atrij, & tentorij, & in introitu atrij; & id genus vtensilium. Tandemque filijs Merari, sub principe Suriele, vectes, columnæ cū basibus, paxillis cum funibus suis tam tabernaculi, quàm atrij cōmissæ fuerunt, vt latius hæc omnia C recēset Pighius Eccles. Hierarch. lib. 2. cap. 3. in princ. Posteà Dauid cum ministeria domus Domini ampliaret; ianitores, & Cantores instituit, & deinceps Salomon Exorcistas, qui ex obsessis corporibus dęmones expellebant. Quos omnes sacerdotum, & ministrorū gradus Ecclesia posteà in lege gratiæ excellētiori modo fuit imitata suā Hierarchiā, suumq; sacrū ex illis cōstituēs principatū, vt asserit Gratian. d. loco, & infrà videbimus, D cum de illorū singulis agendū fuerit, vt ita quę in illa lege in vmbra solùm, & figura contigerunt, teste Apostolo: *Lex vmbram habet futurorum bonorum, &c.* Posteà in solida veritate, in

Gratian. *Exod. 28.* *1. Parali. 23.* *2. Par. 23* *Pihgius.* *Gratian.*

in militanti Ecclesia constituerentur.

34 Mitto alia fundamenta, quæ in cõfirmationem eiusdem veritatis vltra predicta adducunt Doctores modo citandi; ex quibus hæc est constans omnium Catholicorum, & vnanimis resolutio, quam ex Theologis scholasticis tradunt, & comprobant Magist. in 4. dist. 24. & ibidem D. Thom. q. 1. art. 1. & q. 2. art. 1. Scot. q. 1. §. *Circa quæstionem*, D. Bonau. q. 4. Capreol. q. 2. §. *Quantum ad primum*. Aureol. q. vnic. art. 1. in princ. dicens, *Quod ordo in Ecclesia nõ est aliud, quàm Hierarchica quadam dispositio inter præsidentes*. Sot. art. 1. in princ. vsque ad secundã conclusionem. Et dist. 13. q. 1. art. 1. Ledesm. 2. 4. q. 36. art. 1. col. 2. vers. *Prior est*. Idem D. Tho. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. & q. 37. art. 1. & vtrobique omnes expositores. Cabesud. illa q. 34. art. 1. §. *Prima ergo pars*. cum sequentibus, Valent. 4. tom. disp. 9. generali, q. 1. punct. 2. Henric. in sum. lib. 10. de sacram. ord. cap. 1. §. 2. & c. 4. §. 2. & cap. 25. à princ. & cap. 26. in princ. & §. 4. Fr. Paulus Carrar. in Canonica ac moral. Theolog. q. 3. art. 9. quæsit. 1. per totum, & quæsit. 3. in princ. Scribon. in Theosimia, seu de sacram. disp. 7. de ordine, q. 1. §. *Cõtra verò*, ad fin. cum duobus sequẽtibus. Vincẽt. Filliucius moral. quęst. tract. 9. cap. 1. q. 5. Card. Baron. cõprobans ex sanctis Patribus Annal. tom. 1. anno Christi 44. §. *Eiusmodi*, cum sequẽtibus, & tom. 2. anno Christi 109. Soar. de relig. tom. 3. qui est primus de statu religionis lib. 1. cap. 2. n. 1. 3. 5. & 6. & ex Doctoribus positiuis expositores ad epistolas B. Pauli ad Timoth. & Titum, quæ propterea Hierarchicæ à Græcis Theologis, & Patribus nuncupãtur; quod in illis agat Apostolus de Ecclesiastica Hierarch. scilicet de sacris Ecclesiæ Magistratibus, ordinibus, seu gradibus, & sacerdotibus agit Apostolus; & vt eleganter ait Nicephor. Eccl. histor. lib. 2. c. 34. agẽs de materia epist. 1. ad Timot. In hac epist. tanquã in forma adumbrata vitam Hierarchicam exprimit Paul. notant in specie Fr. Ludou. Sotomaior in cõment. d. epist. ad Timoth. cap. 3. statim in princ. Magallanius Oper. Hierar. siue de Eccles. principatu in præfat. ad predictas epistolas, sect. 8. n. 4. Et tandem ex nostris iuris professoribus idem docuit ante alios optimè disputãs Turrecrem. in princ. dist. 21. n. 1. & 2. & in nostro cap. *Cleros*, eàdem dist. à n. 2. vsque ad nu. 9. Lælius Zechius de Rep. Ecclesiast. tit. de statu personarum in communi n. 2. & cap. 29. nu. 1. Eponis Boetius syntagm. antiquitat. Ecclesiast. syntagm. 7. de Hierarchia n. 10. Duar. lib. 1. de sacr. Eccl. ministr. cap. 7. in princip. & plures alij infrà in discursu referendi.

§. V.

Satisfit argumentis Hæreticorum in initio adductis.

SVMMARIVM.

1 *Satisfit Hæreticorum argumentis.*
2 *Intelligitur locus D. Petri ab Hæreticis primò adductus.*
3 *Explicantur verba Apocal. 1. & 5.*
4 *Explicatur Tertullianus.*
5 *Satisfit priori parti secundi argumẽti Hæreticorum existimantium, Hierarchicum ordinem libertati, & vnitati Ecclesiæ repugnare.*
6 *Satisfit secundæ, & tertiæ parti prædicti*

dicti secundi Hæreticorum argumẽti, habentis, Hierarchicum ordinem libertati, & humilati Ecclesiæ repugnare.

7 *Superiores Ecclesiæ ministri non debent dominari inferioribus, tanquam domini seruis.*

8 *Ministri Ecclesiastici non debent se reputare alijs superiores, nisi in officio tantùm.*

9 *Satisfit tertio argumento Hæreticorum ex verbis D. Petri desumpto.*

10 *Nomen, Cleros, non ad totam Ecclesiam in genere, vel ad Clericos tantùm in particulari referri potest.*

11 *Ordinarium est in iure, vt vnum nomen in eadem oratione diuersis respectibus diuersimodè accipiatur.*

12 *Negantes Hierarchicum Ecclesiæ ordinem in inferorum loca detrudẽdi.*

SVperest tandem, vt ad obiectiones. & ad argumenta supra in initio quæstionis adducta respondeamus.

1 *1. Petr. 2.* Ad primum ergo ex auctoritate
C 1. Petr. 2. ibi, *Regale sacerdotium, &c.*
vbi omnes Christiani sacerdotes appellantur, omissis alijs respõsionibus,
de quibus Ledes. 2.4.q.36. art. 1. col.
Ledesm. *Henric.* *Pighius.* pen. & vlt. Henric. in sum. lib. 6. de pœnit. cap. 2. §. 6. Albert. Pighius de Hierar. Eccles. lib. 2. cap. 3. vers. *Sed dices:*
asserentis locum illum intelligẽdum esse de omnibus Christianis collectiuè sumptis. Meliùs cum cõmuni Doctorum interpretatione respondetur
D. Petrũ ibi, loqui de sacerdotio im-
D proprio spirituali, scilicèt interno,
quo omnis Christianus pius, & iustus
generaliter loquẽdo appellari potest
sacerdos, quatenùs baptismo, & gratia inunctus corpus, & animam suam
Deo offert per spirituale bonorũ ope-
A rum, & virtutum sacrificiũ, de quo sacrificio dicitur Ps. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Et ad Rom. *Exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtem Deo* *Psal. 50.* *Ad Rom.*
placentem, &c. Et in eodem sensu Auctor Imperf. super Matth. dicit, omnẽ *Auct. Imperf.*
sanctum esse sacerdotẽ prout refertur in cap. *Multi.* ibi, *sed omnis sanctus sacerdos.* 40. dist. vbi textus sic est in- *C. Multi 40. dist.*
telligendus, nullo autẽ modo accipi
possũt verba Petri de sacerdotio pro-
prio, nempe visibili, & externo, quo
B speciali ritu ministri consecrantur ad
ineffabile altaris sacrificium, de quo
in pręsenti agitur. Quod patet ex verbis antecedentibus eiusdem loci, vbi
D. Petrus exhortãs omnes Christianos, vt fiant Deo sacerdotium sanctũ
per bonorum operum spiritualia sacrificia, ibi: *Ipsi quoque veluti viui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Et statim subsequenter adiunxit
C prædicta verba: *Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta, &c.* Sic
manifestè ostendens, vtroque in loco
de sacerdotio spirituali locutum fuisse. Ita optimè post D. Tho. 3. p. q. 32. *D. Thom.*
multis confirmans Sot. in 4. dist. 13. *Sot.*
q. 1. ar. 1. vers. *Arguunt autem Lutherani.* & vers. seq. Scribon. in Theosim. *Scribon.*
disp. 7. de ordin. q. 6. vers. *Sed obijciũt.*
Valent. comment. tom. 4. disp. 9. ge- *Valent.*
nerali, q. 1. punct. 2. ad fin. §. *Cæterum hanc suam opinionem.* Latè Henric. su- *Henric.*
prà lib. 1. de sacram. in gen. cap. 26. §.
D 3. iuncto commento lit. L. M. N. O. &
d. lib. 6. de pœnit. cap. 2. §. 6. & lib. 10.
de Ord. sacram. cap. 4. §. 2. Ouand. in
4. dist. 25. propos. 5. §. *Quando Petrus.* *Ouand.*
Bellarm. de cõtrou. Christ. fid. tom. 2. *Bellarm.*

lib. 1. de sacram. in genere, cap. 25. §. *Respondeo ad primum*, cum sequentib. A

3 *Apoc. 1. & 5.* Quo etiam modo intelligi debent alia similia verba Apoc. 1. & 5. in eodem argumento adducta ibi, *Regnum, & Sacerdotes, &c.* Accipiendo scilicèt de sacerdotio spirituali Beatorum in cœlo, quo Deo laudes offerunt. In quo etiam sensu sumuntur *Apoc. 20.* in eodem lib. Apoc. cap. 20. alia verba ibi, *Sacerdotes Dei, & Christi eius.* *Bellarm.* Bellarmin. & Ledesm. proximè. Idq; *Ledesma.* ex eo euidenter colligitur; quia D. Ioann. ibidem æqualiter coniungit B *Regnum, & Sacerdotium*, provt etiam fecit D. Petrus suprà ibi, *Regale sacerdotium.* Atquì non omnes Christiani sunt Reges, regnumvè obtinent, nisi intelligamus de regno spirituali, quo pij, & sancti in cœlesti patria cum Christo Domino impassibili, & immortali in æternum regnare debent; illiusque regni beati, & gloriosi consortes fieri 2. ad Timoth. 2. *Si sustinebimus, & conregnabimus*, vbi eleganter *2. ad Tim. 2.* sic interpretatur Sottomaior; & patet ex ijsdemmet verbis Apocal. 20. C *Sottom. Apoc. 20.* ibi, *Sederunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum eo mille annis, & cat.* Ergo eodem modo intelligi debent prædicta verba de sacerdotio spirituali, & interno, qui Christiani pij, & sancti in via. i. hoc sæculo offerunt Deo spirituales hostias bonorum operum, & precum, & in patria, id est, cœlo eodem laudes diuinas effundunt. Vltra quæ superior interpretatio mirè etiam conuenit verbis Ioannis tam in d. cap. 1. ibi, *Princeps Regum* D *Ioan. 1.* *terræ. i. Christus Dominus, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo & Patri suo, &c.* Quam in d. cap. 5. ibi, *Fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnauimus super terram.* *Ioan. 5.* Confirmaturq; tandem cum Ledesma, & Bellarm. suprà: quia verba D. Petri dicto loco ad Christianos relata sumpta sunt ex cap. 19. Exodi: *Bellarm. Ledesm. 19. Exod.* vbi Moyses ex voce Domini Hebræos omnes, & vniuersam synagogam Sacerdotes etiam constituit, & Reges; vt ibi. *Si ergo audieritis vocem meã, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, &c.* Sed Moyses ibi non agit de sacerdotio externo proprio, & visibili; hoc enim solum consecrati erant Aaron, & filij eius, vt suprà diximus; & de eo loquitur text. Exod. 28. *Fratri tuo Aaron, & filijs eius vestimenta sancta, vt sacerdotio fungantur mihi, &c.* *Exod. 28* Sed de interno, & spirituali, vt benè probant verba tex. sacri, ibi, *Si ergo audieritis verbum Domini, & custodieritis, &c.* ergo de eodem sacerdotio D. Petrus locutus videtur.

Neque Tertullianus in oppositum etiam citatus contrarium sentit, aut deduxit ex dictis verbis Apoc. 1. dum asserit: *Nonne & laici sacerdotes sumus, scriptum est enim, &c.* 4 *Apoc. 1.* Nam verba hæc solum apposuit per modum cuiusdam interrogationis, rationisq; dubitandi. Dixerat enim sacerdotes laicis esse superiores, ibi, *Vani erimus si putauerimus, quod sacerdotibus non licet, laicis licere*, & tunc dubitatiuè arguit, *Nonne & laici sacerdotes sumus? scriptum est enim, &c.* Cui dubitationi statim respondet differẽtiam agnoscens inter laicos, & sacerdotes, seu clericos tam ex iure diuino, quàm ex Ecclesiæ auctoritate inductam differentiam

rentiam, inquit, *Inter ordinem, & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis concessum sanctificatus à Deo, &c.* vt benè in proposito aduertit, & declarat Scribon. suprà d.q.6. ad fin. vers. *Respondemus quod si.* Scribon.

5 Ad secundum argumentum quo ad primam ipsius partem, qua dicitur ordinem Hierarchicum. i. ordinum diuersitatem in Ecclesia repugnare eiusdem veritati, qua secundum Apostolum vnus, & simplex esse debet; respondetur hanc vnitatem esse vnitatem fidei, vt idemmet Apostolus declarat ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, &c.* Per quam scilicèt omnes Christiani vnam fidem tenere debent, vnum, atque idem sentire, ac prædicare absque schismatum, & errorum varietate. Quæ quidem veritas nullatenùs excludit distinctionem, ac diuersitatem ordinum, & graduum ministrorum eiusdē Ecclesiæ. Quemadmodùm enim varietas, & diuersitas membrorum corporis naturalis non pugnat cum vnitate eiusdē corporis; ita nec varietas, & distinctio membrorum Ecclesiæ repugnat vnitati corporis mystici illius, vt ad idē propositū argumentatur ipsemet D. Paulus 1. ad Corinth. 12. his verbis: *Quemadmodum enim corpus vnum est, & membra habet multa; omnia verò membra corporis cum sint multa, vnum sunt corpus; sic & Christus, &c.* Et per totū illud caput à principio multis alijs hāc veritatem confirmat; quam etiam tradit D. Gregor. in cap. *Singula.* 89. dist. vt suprà iam in confirmatione conclusionis notauimus. Dum autē ad Galat. 3. inquit idem Apostolus: *Non est Iudæus, neque Græcus, non est*

Ad Ephes. 4.

1. Cor. 12

D. Greg.

A *seruus, neque liber, &c.* Nequaquam supradictis repugnat, neque his verbis voluit ab Ecclesia excludere diuersitatem conditionum, nationum, aut sexuum; sed solummodò admonere, non esse ista, quæ filios Dei faciunt, sed potiùs fidem, quæ per dilectionem operatur, vt ex verbis præcedentibus, & sequentibus manifestè constat, explicatque elegantiùs sic respondens Bellarm. tom. 1. de controuers. Christ. fidei lib. 1. de clericis, §. *Sed eorum obiectiunculas* cum tribus B sequentibus. Turrecr. in præsenti n. 5. vers. *Ad primam,* Carraria in Canonica, ac morali Theologia, q. 3. art. 9. quæsito 1. num. 25. cum sequentibus puncto. 1.

Bellarm. Turrecr. Carrar.

Quoad secundam verò, & tertiam eiusdem argumenti partem, dum dicitur eundem ordinē repugnare etiā libertati, in quam per Christum vocati sumus, & humilitati, quam in Ecclesia sua præcepit; Respondetur cū eodem Turrecrem. nu. 5. & 6. suprà Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. in fin. post C D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. ad 1. & 2. verum quidem esse ordinē subiectionis, qua quis vt seruus domino subijcitur; dominus verò ad sui vtilitatē seruo dominatur, repugnare libertati, similiterque pugnare cum humilitate si quis se merito alijs superiorem reputet; nequaquam verò talem esse prælationem illam, & subiectionem, quæ ex Hierarchico ordine resultat inter ministros Ecclesiæ, iuxta suorum graduum diuersitatē, D sed longè diuersam. 6

Turrecr. Sot. D. Thom.

Imprimis enim quantum ad dominium, prælati Ecclesiæ, & reliqui ministri superiores non debent dominari laicis, aut cæteris ministris inferio- 7

ferioribus, tanquam domini seruis, neque vt habentes dominium, & imperiũ, quod dicitur despoticum; hoc enim prohibitum est ab ipso Christo D. in Euangel. Matth. 20. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos? Non ita erit inter vos*. Idemque præcepit Diuus Petrus epist. 1. cap. 5. ibi, *Neque vt dominantes in cleris*. Et ex eius auctoritate Cabilon. Conc. in cap. vlt. 94. dist. Brachar. 2. in cap. 1. 1. 10. q. 3. Septima Synodus in cap. *Prædicator*, 64. dist. q. 1. D. Hieronym. epist. 1. ad Nepot. in cap. *Esto subiectus*. 95. dist. *Sed potiùs tanquam patres salutem subditorum procurantes, & velut ministri eorum*, vt ait D. Petrus suprà; *sed forma facti gregis ex animo*. Vndè D. Grego. 2. p. pastoral. cap. 6. eleganter inquit, *Summus locus benè regitur, cum is, qui præest vitijs potiùs, quàm fratribus dominatur*. Et D. Bernard. libr. 2. de Considerat. ad Eugenium in idem propositum ait: *Præsis, vt prosis; præsis, vt fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, hoc est, vt dispenses, non vt imperes, &c.* cum alijs, quæ sequuntur. Indeque Summus Pontifex non humilitatis tantùm causa, sed etiam ad rei veritatem declarandam seruus seruorum Dei se appellat: tradunt eleganter Henric. in Sum. d. lib. 10. de ordinis sacram. cap. 26. §. 4. ad fin. Magallan. in procem. oper. Hierarch. in tres D. Pauli epistolas, sect. 8. §. 2. & 3. Scribon. in Theosim. disp. 7. de ordine, q. 7. in fin. intenditque Duar. lib. 1. de sacris Eccl. min. cap. 7. in princ.

Mat. 20. *1. Petr. 5* *Cõc. Cab.* *Cap. vlt.* *94. dist.* *Brach. 2.* *7. Synod.* *D. Hier.* *D. Greg.* *D. Bern.* *Henric.* *Magall.* *Scribon.* *Duar.*

8 Rursus ijdem ministri Ecclesiastici, quod tales sint, non debent se reputare alijs superiores meritò; nemo enim scit, quanti meriti sit, sed solùm superiores officio, in quo ordo eos constituit. Plane illud solum in hac materia humilitati repugnat, quod merito se quis superiorẽ reputet, iuxta illud Christi D. Luc. 22. *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, &c.* Ideoquè, vt inquit Sot. suprà Paulus persuadebat, vt licet prælati sint officio superiores existiment se tamen meritis inferiores; tradit, & distinguit optimè ex D. Bonau. Turrecr. suprà n. 6. vers. *Ad secundam*, post D. Thom. & alios.

Luc. 22. *Sotus.* *Turrecr.* *D. Tho.*

9 Ad tertium, & vlt. argumentum desumptum ex eodem loco Diui Petr. 1. cap. 5. ibi, *Neque vt dominantes in Cleris, &c.* vbi Apostolus vniuersam Ecclesiam Clerum appellat; respondet dupliciter Bellarmin. d. lib. 1. de Cler. cap. 1. ad fin. §. *Sed hac obiectio*. Primo, cleri appellationem ibi non ad omnes Christianos, sed ad solos clericos, & ministros Ecclesiastici ordinis referri; quasi D. Petrus alloquẽs Episcopos admoneat, vt vniuersum gregẽ Domini (in quo quidem sunt laici, & clerici) diligenter pascant ibi, *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei*. Et laicos quidem absque vlla turpis lucri gratia, ibi, *Prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè*; Clericos verò absque imperio, & dominandi cupiditate, ibi: *Neque vt dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo, &c.* In quo sensu prædictam auctoritatem accepit D. Hieron. in d. epist. 2. ad Nepotian. vt videre est in d. cap. *Esto subiectus*, 95. dist. & Oecum. in comment. eiusdem epistolæ D. Petri, confirmatque Bellarm. suprà §. *Adde ex allusione nominis*. Clerici, id est, de sorte

1. Petr. 5 *Bellarm.* *D. Hier.* *Cap. Esto subiectus.* *95. dist.* *Oecum.* *Bellarm.*

forte Domini deriuati à Leuiticis Iudæorum ad clericos noui testamenti, A vt ibi latiùs explicat.

Secundò, quod etsi admittamus,
10 nomen, Cleri, ibidem ad vniuersam Ecclesiam dirigi; nihil inconuenit, quominùs tum ad illam; tum specialiter ad clericos solos etiã referatur. Diuersimodè tamẽ ad vtrumque retenta sermonis, & nominis proprietate, nempe ad vniuersam Ecclesiam, quatenùs illa sors etiam & hæreditas Christi est, vtpotè suo sanguine acquisita, & redempta, & ita Clerus rectè appellari potest. B Ad clericos verò specialiter, quatenùs illi separatìm, vt certa Ecclesiæ pars ministerio altaris consecrata, magis specialiter, & propriè sors, & hæreditas eiusdem Christi dicitur, iuxta ea, quæ de significatione nominis, *Clericus*, tradunt Isidor. relatus in nostro cap. *Cleros*, in princ. idem Bellarm. suprà d. cap. in princ. & plures alij, de quibus infrà suo loco. *Isidorus. Bellarm.* Sic enim, vt ipse ait ibidem in §. vlt. videmus, quod etiam olim in veteri testamento vniuersa synagoga Iudæorum in libris Prophetarum C passim hereditas Domini vocabatur, quod eã vniuersam Deus ab Aegypto liberasset, & quodammodò redemisset. Specialiter verò sola tribus Leuitica, quod ministerio altaris cõsecrata esset, & in sortem Domini electa sors, & hæreditas ipsius appellabatur.

11 Neque nouum est tam apud bonos auctores, quàm etiam in iure nostro, vt vnum, & idem nomen in vna D & eadem oratione diuersis respectibus diuersimodè accipiatur, vt in l. 2. ff. de offic. Proconf. & leg. Iuncta glo. verbo *manu mitto*. Gloss. verb. *procuratorem*, in l. Plautius, ff. de procurator. cum multis, de quibus (vt vna allegatione complectar) Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloss. 18. n. 22. *L. 2. ff. of. fic. Proc.* *Tiraq.*

12. Quare confirmata sic Catholica veritate huius quæstionis, & ab aduersariorum argumentis defensata, solùm restat dicendum cum Bellarm. d. cap. 1. §. *Ad qualem*, eos, qui hunc Hierarchicum ordinem ab ipsa Dei sapientia constitutum auferre nituntur, & diuersos in Ecclesia gradus confundere, & perturbare conantur exemplo Datan, & Abiron, qui aduersus sacerdotes veteris testamenti clamabant Num. 16. ad eã inferorum loca detrudendos, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. *Bellarm.* *Num. 16.*

Quæstio II. proœmialis.

Qui, & quot sint gradus totius ordinis Hierarchici, Hierarchiavè Ecclesiastica?

SVMMARIA.

1 *In Ecclesiastica Hierarchia gradus, & ordo reperiuntur.*
2 *Hæretici tres tantùm ordines in Ecclesia dari existimarunt. Episcopatũ scilicèt, Præsbyteratum, & Diaconatum.*
3 *Primum Hæreticorum argumentum ex loco D. Dionysij Areopagitæ desumptum.*
4 *Secundum ex scripturis noui testamenti.*
5 *Tertium ex cap. Nullus in Episcopum 60. dist.*
6 *Quartum ex Canonibus Apostolorũ, & locis Patrum.*

7 *Veritate Catholica reprobatur prædicta Hæreticorum sententia.*

8 *An regimen monarchicum licitum sit, & quid si Aristocratia, & Democratia adiungatur.*

9 *In Ecclesia regimen monarchicum reperitur; adiuncta tamen Aristocratia, & Democratia.*

10 *Superiores, & inferiores Ecclesiæ ministri æqualiter deputantur ad ea, quæ sunt ordinis, & ad ea, quæ sunt iurisdictionis.*

1 DEmonstratum remanet, in Ecclesia militanti ordinem Hierarchicum reperiri, seu sacrum illum principatũ diuino munere cõstitutum, quem Doctores communi, & proprio nomine Hierarchiam Ecclesiasticã appellant. Quoniam verò, vt suprà q. 1. notauimus, omnis ordo, præcipuèque Hierarchicus ex multis necessariò consistit gradibus, eisque imparibus, & inæqualibus, inuestigãdum sequitur in hac secunda quæstione, qui, & quot sint gradus huius Hierarchiæ? vt clariùs posteà de vnoquoque, eiusque origine, officio, & potestate peculiarem instituamus disputationem.

Referuntur sententiæ, Hæreticorumque argumentã, & Catholica veritas astruitur.

2 REs igitur cum solis etiã Hæreticis controuersa est; inter Catholicos verò Doctores certissima, & indubitata. Ex illis namque, qui diuersos ordinis gradus in Ecclesia Dei admittunt; in numero tamẽ, & qualitate illorum (de quibus duobus solùm est præsens quæstio) à communi Ecclesiæ traditione, & definitione dissentiunt; asserunt namque, tres solũmodo ordines propriè, & verè in Ecclesia dari, nempè Episcoporum, Præsbyterorũ, & Diaconorum: reliquos vero neque ordines esse, sed officia, neque intra certum numerum contineri. Ita Ioannes Caluinus libr. 4. Instit. cap. 4. & 19. Martinus Kemnitius in Exam. Concil. Trid. sub sess. 23. provt referunt Bellarm. de controuers. Christ. fidei, tom. 1. libr. 1. de Clericis, cap. 11. in princip. Valent. comment. Theolog. tom. 4. disp. 9. generali, puncto 2. assert. 6. §. *Porrò sectarij.* Aegid. de sacram. disp. 20. de sacram. ord. dub. 2. à princ. & alijs. *Bellarm.* *Valent.* *Ægid.*

3 Argumenta vero pro sua sententia adducunt 1. auctoritatem D. Dionysij Areop. qui in cap. 5. Hierar. Ecclesiast. trium tantùm ordinum meminit, videlicèt *Pontificum, Sacerdotũ, & Ministrorum.* Potestque etiam adduci (licet Doctores nõ meminerint) Sanctus Ignatius, qui in duabus epistolis ordinem Hierarchicum à Diaconatu solo auspicatus est. Inquit enĩ in epist. 10. ad Smyrnenses: *Laici Diaconis subijciantur: Diaconi Præsbyteris; Præsbyteri Episcopo, Episcopus Christo, vt & ipse Patri.* Et rursus epistol. 7. ad Tharsenses: Presbyteri subiecti estote Episcopo: Diaconi Præsbyteris; populus Presbyteris, & Diaconis, qui hunc ordinis decorem seruauerint, pro eorum animabus ego libẽs meã commutauero, & Dominus sit cum eis perpetuo. *D. Dion.* *D. Ignat.*

4. Secundo expendi potest in noui testamenti diuinis scripturis nonnisi de Episcopis, Præsbyteris, ac Diaconis ab Apostolis ordinatis mentionẽ haberi

haberi, vt ex eorum lectione cõstat.

Tertiò videtur facere in contrariũ tex. in cap. *Nullus in Episcopum*, dist. 6. ibi, *Hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia, &c.* Quibus verbis insinuat, solos duos ordines, Presbyteratus, & Diaconatus (de quibus immediatè loquebatur) in primitiua Ecclesia fuisse.

5. *Cap. Nullus in Episcopum dist. 6.*

6. Quartò asserunt Hæretici, Canones Apostolorum, sanctosq; Patres, variè, & diuersimodè ordines numerare. Nam in primis in canonibus 34. aliàs 42. & 43. Apostolorum numerãtur quinque, nempe, *Episcopi, Præsbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, & Cantores.* D. Hierony. in cap. 19. Isai. quinque etiam ponit, sed diuerso modo; videlicèt *Episcopos, Præsbyteros, Diaconos, Fideles, & Cathecumenos.* D. Ambros. in cap. 4. Apostoli ad Ephes. similiter quinque ponit, sed loco *Cantorum*, annumerat *Exorcistas.* D. autẽ Ignatius in epist. ad Antioch. & Epiphan. in fin. Pomarij plusquam septẽ recensent; addentes ordinem laborãtium in sepultura mortuorum, & Ignatius *Confessores*: Clemens etiam addit *Cathechistas.* Auctor denique tractat. de septem gradibus Ecclesiast. apud Hieronymum primum ordinẽ facit *Fossariorum*, id est eorum, qui sepeliunt mortuos, & vocat sacramentum. Ex qua varietate conijciunt Hæretici non esse numerum certum ordinum in Ecclesia stabilitum præter illum ternarium Episcopi, Præsbyteri, ac Diaconi, de quo in sacris literis mentio fit.

Can. Apostolor. *D. Hier.* *D. Ambr.* *D. Ignat.* *Clemens.* *Auctor.*

7 Verum in contrarium stat Catholica veritas definita à Conc. Trident. sess. 23. de sacram. ord. cap. 2. & can. 2. vbi non solùm damnat eorum errorem, qui asserunt, præter sacerdotiũ A non esse in Ecclesia Catholica alios ordines maiores, per quos velut per gradus quosdam velut in sacerdotiũ tenditur; sed etiam in d. cap. 2. definit præter Sacerdotes, & Diaconos fuisse in Ecclesia statim ab ipsius initio alios sequentes ordines, nempe Subdiaconi. Acolithi, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarij. Et cap. 4. determinat Episcopos ad hunc Hierarchicum ordinem ordinem præcipuè pertinere. B Vltra quod etiam certum est, & inter omnes Catholicos Doctores indubitanter receptũ, præter supradictos ordines alios etiam reperiri in Ecclesia gradus, aut officia non ordine, & consecratione; sed dignitate, iurisdictione, aut ministerio spirituali, & Ecclesiastico inter se diuersos. Ex quibus omnibus veluti ex quibusdã mẽbris cum dispari gradu, & potestate modo ordinis, modo iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticę Hierarchia Ecclesiastica constituitur, vt benè inquit Henric. in Sum. lib. 10. cap. 25. in C princ. & cap. 26. etiam in princ.

Trident. *Henric.*

8 Quod vt perfectiùs intelligatur, primò sciendum est, licet regimen monarchicum simplex, quo in Rep. vnus aliquis tantũ supremus est princeps, cæteris omnibus gubernandi rationibus simplicibus sit perfectius; iuxta illam celebrem Homeri sententiam; *Multos imperare malum est, Rex vnicus esto*; quam ex similitudine à reliquis ducta animantibus, alijsque exẽplis, & rationibus probat D. Hie- D ronymus epist. 4. ad Rusticum, relãtus in cap. *In apibus*. 7. q. 1. multisque adductis comprobat etiam Nicolaus Sanderus de visibili monarchia Ecclesiæ lib. 3. ex cap. 3. cum sequentib. vsque

Homer. *D. Hier.* *Sander.*

vſque ad fin. & eſt communis omniũ Doctorum ſententia cum S.Thom. 1.p.q.103.art.1. & lib.4.contra gent. q.76.eamque ex Ariſtot.alijſque tam profanis, quàm ſacris auctoribus latè oſtendit Bellarm.de controu.Chriſt. fid.tom.1. controuerſ.3.generali lib. 1. de Rom.Pont. cap.2. cum ſequentibus. Propter naturæ tamen humanę corruptionem perfectiſsimũ ferè, & vtiliſsimum,ſi & Ariſtocratia(quę eſt regimen optimatum) fuerit temperatum; & Democratia (quæ interpretatur populi totius imperiũ) fuerit etiam admixta, vt optimè explicat Bellarm.d.lib.1.cap.3.per totũ. Nam ſub hac forma regiminis vnus tantũ erit princeps ſupremus,qui omnibus imperet,locumq; haberet regia quædam monarchia cum omnibus illis bonis, & vtilitatibus, quæ inſunt gubernationi monarchicæ; erunt quoque in ſingulis ciuitatibus,& prouincijs præſides,& gubernatores,qui nõ tanquam alienam, & vt vicarij ſupremi principis, ſed vt propriam vnuſquiſque prouinciam ſuam moderetur; ſub imperio tamen, & ſubordinatione ad illum; & ita locum etiam haberet optimatum principum Ariſtocratia multo ſanè vtilior. Cum enim certum ſit vnum ſolum ſupremum principem per ſe non poſſe omnes ciuitates, prouincias, & loca gubernare, earumque regimen alijs neceſſariò ab eo ſit cõmittendum, melius, & vtilius certè erit, ſi vnicuique ex optimatibus vniuſcuiuſque prouinciæ adminiſtratio, vt proprio illius principi demandetur; quam ſi alij veluti vicario principis ſupremi committatur. Denique ex Democratia veniet,vt neque ſupremus ille,neque

D.Thom. *Ariſtot.* *Bellarm.* *Bellarm.*

A alij inferiores principes ſub eo hæreditaria, aliavè ſucceſsione dignitates acquirant; ſed ex vniuerſo populo optimi quique ad eas eligantur; quo regimine nullũ aliud gratius,& amabilius eſſe poteſt,ſiquidem illius omnes participes ſe eſſe poſſe ſperant, ſi merita ſuffragentur, & virtuti non generi deferatur. Quem diſcurſum ita eleganter conficit idem Bellarm. ſuprà d.cap.3. *Bellarm.*

9. Vnde cum certum ſit,Ieſum Chriſtum D. Saluatorem noſtrũ eam Eccleſiæ ſuæ voluiſſe relinquere gubernandi rationem, quæ omnium eſſet perfectiſsima, & vtiliſsima. Eſt enim (vt inquit Apoſt. 2. ad Corinth. 9.) *Eminens gratia Dei in nobis, & donum inenarrabile.* Et ad Rom.8. *Qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Notant Sander.proxime d.cap.3.in princip. Bellarmin. cap.1. in initio ſuprà. *2. ad Cor. 9.* *Rom. 8.* *Sander.* *Bellarm.*

B

C Certum quoque eſſe debet eundem Chriſtum D.in Eccleſia militanti reliquiſſe regimen quidem monarchicum, ſed temperatum ex Ariſtocratia, & Democratia, ita vt in illius ſacro principatu vnus eſſet ſupremus Pontifex,monarchiam tenens. Deinde Ariſtocratia quoque daretur Epiſcoporum videlicet, & cæterorum inferioris gradus miniſtrorum Eccleſiæ, & paſtorum, qui non tanquam vicarij Summi Pontificis; ſed tanquã proprij principes, & paſtores vnuſquiſque locum ſuum adminiſtraret.

D Et denique Democratia interueniret,dum quilibet ex omni Chriſtiano populo ad prædictas dignitates, & ordines euehi poſsit, ſi aliàs dignus reperiatur; tradit in ſpecie Bellarm. ſuprà *Bellarm.*

suprà d.cap.3.in fin. Et in eodem cōueniunt etiam Doctores omnes Catholici, vt videre est per D.Thom. d. lib.4. cōtra gent.cap.76. Turrecrem. lib.2.de Ecclesiā cap.2. Sander.in supracitatis libris de visibili monarch. Eccl. Bellarm.proximè cap.1.in fin.

D.Thom. Turrecr. Sander.

10. Secundò sciendum est, Ecclesiæ ministros, siue superiores illi sint, siue inferiores non solùm deputari ad ea, quæ sunt ordinis, cuius potestas ad verum Christi corpus refertur, quod cōtinetur in sacrosancta Eucharistia; sed etiam ad illa, quæ iurisdictionis B dicūtur, cuius ministeria diriguntur, & occupantur circa corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, vt in effectu sentit glos.vlt.in cap.*Transmissa* de elect. cui similis in cap.*Quod super sedem*, verb.*committere* de offic.ordin. & in cap.*Aqua*, de consecr. Eccles. passimque hæc distinctio ministeriorum ordinis, & iurisdictionis tam à nostris, quàm à Theologis recipitur, vt in proposito notat Estius super lib.4.sent. dist. 24. §.3. in princip. ex coque prouenit, quia potestas clauiū C duas sub se continet species; alia quæ dicitur potestas ordinis; alia verò, quæ iurisdictionis appellatur; quas varijs modis explicant Vict. relect.1. sect.3.n.2.Sot.in 4.dist.20.q.1. art.1. §.*Veruntamen*, cum alijs. Estius proximè. Vnde fit, vt dignitas Ecclesiastica sumatur per respectum ad potestatē illam iurisdictionis in foro contentioso, vt notat Syluest.Ang. Fabiora, & reliqui Summistæ, verb. *Dignitas*. Henric. in sum.d.lib.10.de ord. cap.26. §.2. vbi §.3. definit, quod sit præeminentia in gradu ratione iurisdictionis. Et Ancharr. in *Clement.* si dignitatem de præbend. asserit, *dig-*

Glos. vlt. in c. Trāsmissa de elect. *C. Quod super sedē de offi.or.* *C. Aqua. de consec. Eccles.* *Estius.* *Victor.* *Sot.* *Estius.* *Fabiora.* *Henric.* *Ancharr.*

A *nitatem Ecclesiasticam esse administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione*: tradit etiam Cardin. in Clem. 2. vers. *Quid est*, de præbend. explicantque post alios Lælius Zechius de Repub. Eccles. cap.24. n.12. Quintanaduen. lib.3. cap.4. à n.6.

Cardin. *Zechius.* *Quintan.*

§. I.

De gradibus Ecclesiasticæ Hierarchiæ quoad potestatem ordinis, qui ordines Ecclesiastici communiter nuncupantur.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex Ecclesiasticæ Hierarchiæ caput, & de illius institutione.*
2 *Episcopi, & Præsbyteri gradus constituunt in Hierarchia Ecclesiastica, & de eorum institutione.*
3 *Diaconi suum etiam Hierarchiæ gradum constituunt, & de eorum institutione.*
4 *Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarij gradus constituunt in Ecclesiastica Hierarchia, & de eorum institutione.*
5 *Quod supradicti quinque ministrorum ordines fuissent ab Apostolis instituti, probatur.*
6 *Psalmista, seu Cantores faciunt etiā suum Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordinem.*
7 *Supradicti Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradus sunt illi qui per respectum ad diuinum altaris sacramentum in Ecclesia reperiuntur.* D

QVibus sic præiactis iam cernere est, qui, & quot sint 1 ordines, gradusvè Ecclesiasticæ

ſticæ Hierarchiæ, ſiue ſacri Eccleſiæ principatus. Nam iuxta prædicta, ſiue ad miniſteria ordinis, ſiue ad poteſtatem iuriſdictionis reſpiciamus, primum in illa gradum, ſeu magis caput conſtituit ſummus vnus Romanus Pontifex, apud quem totius Eccleſiæ regimen monarchicũ reſidet, qui licet poteſtate quidẽ ordinis cæteris Epiſcopis ſit æqualis, gradum proindè cum illis parem habeat in ordine Epiſcoporum; auctoritate tamẽ, dignitate, & iuriſdictione omnibus eſt longe ſuperior; ita vt ſupremus princeps huius ſacri principatus, ſummusvè Hierarcha verè nominetur. Illius inſtitutio ab ipſomet Chriſto D. facta eſt, cum Diuum Petrum, & principem conſtituit Eccleſiæ vniuerſæ; eique ſub clauium metaphora plenitudinem Eccleſiaſticę poteſtatis promiſit Matth. 16. *Tibi dabo claues Regni cœlorum.* Et poſteà paſcendi nomine conceſſit Ioan. 21. *Paſce oues meas*; in eiuſque primatum Romanum Pontificem, vt Petri ſucceſſorem, eiuſdem tamen Chriſti vicarium cõtinua ſucceſsione vocauit, de quo ſunt innumera Conciliorum, ſanctorum Patrum, & Canonum teſtimonia, vt infrà ſuo loco prima parte huius relectionis peculiari diſputatione oſtendemus. *Mat. 16.* *Ioan. 21.*

2 Deindè quoad poteſtatem, & miniſteria ordinis in eadem Hierarchia præeminent Epiſcopi, poſteà ſacerdotes, & præsbyteri, vt dicit Iſidor. in præſenti capite; & vtrorumque inſtitutio à iure etiam diuino, & facto Chriſti D. deſcendit. Ille enim vt monarchicum Eccleſiæ regimen in Petro conſtitutum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* Matth. 16. Ariſtocratia temperaret; vt ſupra duos diſtinxit miniſtrorum gradus, ſeu ordines, qui Petro ſubeſſent, & cum eodem præeſſent ouibus, ac paſtoris officio fungerentur. Alios quidem maiores, qui veluti legati ad plenum Eccleſiæ regimen; atque ſubindè ad omnia paſtoralia munia abſque vlla reſtrictione fuiſſent deputati; quos Apoſtolos conſtituit Luc. cap. 6. paremque eis poteſtatem tribuit cum Petro loquens: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos,* Ioann. 20. Cyprian. in cap. *Loquitur.* 24. q. 1. cum multis alijs infrà. Alios verò minores, qui tanquam horum coadiutores ad nonnulla miniſteria; quibus aliàs Apoſtoli maioribus intenti adeſſe non poterant, ſunt ſuffecti, hosque ſeptuaginta duos diſcipulos nominauit, Luc. 10. Prout in effectu tradit Gratian. in princ. verſ. *Simpliciter hæc noſtra diſt.* 21. Anacletus Papa in epiſtol. de Patriarchis: prout refert Caſtro aduerſus hæreſes, verbo *Epiſcopus.* Eſtque text. elegans in cap. *In nouo.* 21. diſt. In quorum ſacerdotum locum maiorum, & minorum Epiſcopi, & præsbyteri ſucceſſerunt; Epiſcopi videlicet tanquam maiores in locum Apoſtolorum; contra verò præsbyteri tanquam minores in locum diſcipulorum; vt aſſerit idẽ Anacletus in d. cap. *In nouo.* Vrbanus 2. in cap. *Quorum vices.* 68. diſt. & definiũt Conc. Colonien. de ſacram. ord. §. *Præsbyteri.* Trid. ſeſſ. 23. de eodem ſacram. cap. 4. Neque latius hic probãdum venit; quia etiam infrà ſuis locis, in diſput. ſcilicèt de Epiſcopis; & in diſput. de præsbyteris pleniſsimè examinabitur.

Iſidor. *Mat. 16.* *Luc. 6.* *Ioann. 20.* *Cyprian.* *Luc. 10.* *Gratian.* *Anac. Papa.* *Caſtro.* *Ca. In nouo. 21. d.* *Vrban. 2.* *Conc. Col.* *Trid.*

3 Poſtea ſequuntur Diaconi, vt etiã ait

Isidor. ait Isidor. hic; quorũ pariter institutio diuina fuit, nempe facta ab Apostolis ex Christo D. traditione Act. 6. vbi septẽ leguntur ab ipsis Apostolis ordinati cum oratione, & manus impositione; de iisdemq; sæpè mẽtio fit tam in epistolis D. Pauli, vt 1. ad Cor. 3. vbi docet, quales illos esse oportet, & sæpè alibi; quam in Actis Apostolorum, licet valdè dubiũ sit, An dicto loco Act. 6. Diaconi fuissent ordinati ad ministerium altaris, & sacramentũ ordinis suscepissent; an verò tunc solum ministerium mensarũ prouiduis, & pauperibus fuissent constituti; anteaque, vel postea sacra ordinatione insigniti fuissent. Quam quæstionem latè controuertit in prædictum locũ Act. 6. Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. capite 4. & 5. post alios antiquiores; de qua & ipsorum Diaconorum officio, potestate, ac consecratione postea etiam suo loco, & disput. dicetur.

Actor. 6. 1. Cor. 3. Actor. 6. Vasq.

4 Deinde numerantur Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarij, vt per Isidor. hic, & expresse docet Conc. Trid. sess. 23. de sacram. ord. cap. 2. & de Reformat. cap. 17. in princ. asserẽs, ab ipso Ecclesiæ initio, & Apostolorum temporibus horum quinque ordinũ nomina, & ministeria in vsu fuisse. Et licet in scripturis noui testamẽti non legamus ab Apostolis ordinatos, nisi Episcopos, Presbyteros, Diaconos; negari tamen nõ potest, istorum quoque ordinum ministros ab iisdẽ fuisse institutos. Nam in Canon. Apostolorũ 68. dicitur: *Si quis Episcopus, vel Præsbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor sanctam Pascha Quadragesimam non ieiunet, &c.* Et D. Ignatius (quem eodem tempore, quo Apostoli vixisse constat, cuiusque Epistolas nullo prorsus dissentiente Catholica semper suscepit Ecclesia) epistol. 11. ad Antioch. sic scribit: *Saluto sanctorum Præsbyterorum Collegium; Saluto sacros Diaconos.* Et paulò post: *Saluto Hypodiaconos, Lectores, Ianitores, Laborantes exorcistas, Confessores; saluto Custodes sacrorum vestibulorum, Diaconissas, &c.* Et hæc omnia ministeria enumerata ex Apostolica institutione fluxisse satis demonstrat, dum superius eosdem Antiochenos allocutus hæc ait: *Pauli, & Petri, fuistis discipuli; ne perdatis depositum.* Neque dubium moueat, Ignatium in prædicta epistola mentionem etiam facere de Cantoribus, & laborantibus; quia ibi non tantùm ordines, sed etiam officia quædam recensuit Ecclesiastica, qualia erant in primitiua illa Ecclesia Cantorum, & laborantium; aliaque similia, quæ infrà declarabimus, prout aduertit eleganter Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44. §. *Ignatius igitur.*

Isidor. Cõc. Trid. Can. Apostol. 68. D. Ignat. Baron.

5 Insuper Summi etiam Pontifices, Concilia, & scriptores sacri hos quinque ordines inter alios suprà numeratos non tanquam rem in Ecclesia nouam; sed vt ab Apostolis acceptam sæpè commemorant. Diuus enim Clemens Apostolorum discipulus libro 8. Constit. declarat ritum ordinationis Hypodiaconi, & Lectoris ex constitutionibus Apostolorum Diui Thomæ, & D. Matthæi, vt capite 21. & 22. & Canone 6. meminit Hypodiaconi, Lectoris, & Cantoris. Cornelius item Papa scribens ad Fabium Episcopum Antioch. vt refert Euseb. lib. 6. Ecclesiast. histor. cap. 33. ait, *In Romana Ecclesia præter Presbyteros,*

D. Clem. Corn. Papa. Euseb.

D

teros, & Diaconos ordinari solitos Subdiaconos.7. Acolythi.42. Lectores, & Exorcistas, & Ostiarios in vniuersum.52. Caius etiam, qui fuit Papa 29. à Petro; & antiquior Concilio Niceno, de illis agit in epist. ad Feliceem Episcopum relata in cap.1.77. dist. Gelasius quoque in epist.1. ad Episcopos Lucaniæ cap.3. relatus in cap. *Si quis, de Religioso*, & in cap. *Monachus* seq. d. dist. 77. & cap.9. vt refertur in cap. *Nullus*. 1. dist.24. & in Conc. Carthag.4. ex cap.5. cum sequentibus, quæ referũtur in cap. *Subdiaconus*. 15. cum quatuor sequentibus dist. 23. Cyprian. etiam martyr lib.2. epist.10. Acolythi meminit. Et lib.4 epist.5. lectoris, & lib.5. epist.14. Lectoris, & Exorcistæ. Antiqui quoque scriptores Isidorus in nostro cap. *Cleros*. 21. dist. & in cap. *Perlectis*. 25. dist. Hugo de Sancto Victore lib.2. de sacram. cap.5. Gratian. in hac dist. 21. & sequẽtibus. Stephan. Eduens. in lib. de sacram. altar. 4. tom. Bibliot. sacr. Alcuin. in lib. de diuinis offic. 3. tom. Bibliot. Auctor epistolæ ad Rusticum Narbonens. apud Hieronymum 9. tom. Raban. lib. de Instit. Cleric. de illis agunt, prout hæc omnia, & alia testimonia ad propositum congerunt Bellarm. d. tom.1. lib.1. de clericis, cap.12. Valent. d. tom.4. disp. 9. de ordine, q.1. puncto 2. asser. 6. Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 237. cap.1. n. 5.6. & 7. Henric. d. lib. 10. de ordine, cap.2. §.2. iuncto comment. lit. P. vbi in idem citat Ambros. Hieronym. Chrysost. Epiphan. & alios plures, Marius Scribon. in Theosim. disp.7. de ordine q.4.

Caius Papa. Gelasius. Cyprian. Isidor. Hugo. Gratian. Aduent. Alcuin. Raban. Bellarm. Valent. Vasq. Henric. Scribon.

6 Prædictis annumerat etiã Isidor. in præsenti, & in d. cap. *Perlectis*. 25. dist. Psalmistam, seu Cantorẽ, de quo agit Conc. Carthag.4. c.10. relatũ in cap. *Psalmista*. 23. dist. quem glo. verb. *Abbati*, in cap. *Cum contingat*, de ætat. & qualit. asserit, idem esse, atque primam tonsuram; idq; etiam planè supponunt Abb. Innoc. & Anchar. ibidẽ, & communis Canonistarum, asserit, ordinẽ verè esse Ecclesiasticum; imò & D. Clemens in canonibus Apostolicis Can.60. meminit etiã Cantores. Et in canone Apostolorũ.68. de Cãtore etiam agitur, vt suprà cõmemorauimus. Durandus verò in 4. q.2. n. 17. quẽ sequitur Vasq. suprà disp.236. cap.1. n.12. vers. *ex dictis* quoque distinguit Psalmistatũ à prima tonsura, & tam vnum, quàm alterum esse; de quo tamen, quia quæstio est, non cũ hæreticis; sed inter Catholicos Doctores satis controuersa, sequẽti quæstione disputabimus.

Isidor. Conc. Carthag. Abbas. Innoc. Anchar. D. Clem. Durand. Vasq.

7 Et hi gradus à nobis huc usque cõnumerati sunt illi, qui per respectum ad diuinum altaris Sacramentum, & ad ordinis ministeria, ac potestatem, vt diximus, in Ecclesiastica Hierarchia reperiuntur ordine, & consecratione inter se diuersi, quos (semota illa quæstione, An omnes sint propriè & verè ordines Ecclesiastici, de qua q. seq.) admittunt Doctores omnes Catholici absque controuersia cõtra hæreticos suprà relatos, plerosq; ex illis negantes, vt constat ex Magistr. in 4. dist. 24. in princ. vbi omnes ferè expositores. D. Tho. in addit. ad 3. p. q.37. art.2. vbi etiam omnes, Vasq. suprà disp.236. à cap.1. & sequentibus. & disp.237. Hẽric. in sum. d. lib.1. c.2. Valent. d. disp.9. de ordin. q.1. punct. 2. asser.3. 4. & 6. Bellarmin. d. tom.1. libro 1. de Clericis, cap. 11. cum sequentibus, & tom.2. lib.1. de sacram. ordin.

Magist. D. Thom. Vasq. Henric. Valent. Bellarm.

Ægid. Scribon. Pesant. Filliuc. Ochagau. Estius. Baron. Vivald. Pe.Greg. Germ. Sahag. Trid. Nauar. Turrecr.

ordin.à cap.5.cum sequentibus, Ægid. de sacram.disput.20. de ordine, dub.2.n.6.& 7. Scribon.in Theosim. siue de sacram. disp.7.de ordine, q.4. Alex.Pesant.in comment.in addit.ad 3.p.d.q.34.disp.1. concl.2. Vincent. Filliuc.moral.quæst. tract.9.de sacramen.ord.cap.1.q.6. & 7. Ochagau.in suis tract. de sacram. tractatu vnico de ordine q.2.n.1.&4.Guilhel.Estius in 4. sentent.dist.24. §.3. per totum. Cardin. Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44. §. Eiusmodi sacra vnctio cum duobus sequentibus. Viuald.in Candelabr.aureo tit.de sacram. ord. nu.9. Petr.Greg. syntagm. iuris vniuersi p.2. lib.16.cap.2. cum sequentibus à nu.4. Anast.Germ. lib.3. de sacror.immunit.cap.3. à n.31.vsque ad n.66. Sahag. in exposit. ad sessionem 7.Conc.Trid.de sacram.cap.6.de ordine,n.8. Nauar.in Man. cap.22. nu. 18. post Ioann.de Turrecrem. in nostro cap.*Cleros*.21. dist.n.10. cum tribus sequentibus.

§. II.

De gradibus eiusdem Hierarchiæ quoad potestatem iurisdictionis, & quoad dignitates Ecclesiasticas.

SVMMARIVM.

1 *Quoad iurisdictionem per respectum ad dignitates Ecclesiasticas varij gradus reperiuntur in Ecclesiastica Hierarchia.*

2 *Illustrissimi Cardinales secundum gradum iurisdictionis constituunt in Ecclesiastica Hierarchia, & decorũ officio, & potestate.*

3 *Legati sedis Apostolicæ tertium gradum constituunt in ordine Hierarchico, & de corũ officio, & potestate.*

A

4 *Quartum gradum constituunt Patriarchæ, seu Primates, quænam fuisset eorum institutio, & potestas?*

5 *Gradum etiam constituunt Archiepiscopi, seu Metropolitani, & quæ à D. Petro, à quo instituti fuerunt, eisdem data sit potestas?*

6 *Episcopi suum etiam gradum constituunt; de eorum officio, & institutione, vbi de chorepiscopis remissiuè.*

7 *An Metropolitani ab Archiepiscopis distinguantur pro interpretatione text.in nostro cap. Cleros, vers. Ordo Episcoporum.*

B

8 *In ordine Presbyterorum, & Diaconorum diuersi gradus dignitatis reperiuntur in Hierarchico ordine.*

9 *In Ecclesijs Cathedralibus primum ordinem post Episcopos faciunt Archidiaconi in Ecclesiastica Hierarchia respectu iurisdictionis.*

10 *Secundum gradum in ipsis Ecclesijs Cathedralibus, dempto Episcopo faciunt Archipresbyteri.*

11 *An Decanatus olim fuisset & hodie sit diuersa dignitas ab Archipresbyteratu.*

C

12 *Tertium gradum in ipsis Ecclesijs cõstituunt Primicerij, & quod sit eorum munus?*

13 *Quartum Thesaurarij, & in quibus consistat eorum munus?*

14 *Quintum Magistri scholæ quid sit eorum munus, & an in Cathedraticos habeant potestatem remissiuè.*

15 *Sextum Præpositi, quod eorum officium apud nos, quod apud Germanos, & alios exteros.*

D

16 *Septimum Canonici, & an habeant dignitatem Ecclesiasticam?*

17 *Extra Ecclesias Cathedrales etiam reperiuntur dignitates ex ordine Presbyterorum, quarum primam ge-*

runt Priores in Ecclesijs Collegiatis; deindè Abbates.

18 *Insuper Plebani, & an habeant dignitatem Ecclesiasticam, & iurisdictionem?*

19 *Tandem Capellani, & de eorum officio.*

20 *In Ecclesia Romana plures dantur prælati Ecclesiastici dignitatem habentes.*

1 QVoad potestatem verò, & ministeria iurisdictionis, & per respectum ad dignitates Ecclesiasticas totius Ecclesiæ, varij etiam gradus distinguũtur in eadem Hierarchia Ecclesiastica non consecratione, & ordine, sed iurisdictione, & dignitate diuersi. Nam post Papam, qui, vt diximus, caput totius Hierarchiæ est à Christo Domino institutum in eisdem ordinibus modò numeratis varias dignitates, variaque munera Ecclesiastica cum dispari officio, & iurisdictione Ecclesia sancta introduxit, quibus C sacer hic principatus mirabiliter ordinatus conspicitur, vt eleganter aduertunt, & notant in proposito Henrinc. in Sum. d. lib. 10. cap. 25. à princip. & cap. 26. Valent. dict. puncto 2. assert. 5. Paul. Carrer. in Theolog. ac morali Theologia, q. 3. punct. 1. q. 2. à nu. 1. & 10. Durand. in rational. diuin. lib. 2. cap. 1. n. 4. Vasq. suprà disput. 237. cap. 1. n. 9. Duar. lib. 1. de sacr. Eccles. mini. cap. 9. cum seq. & cap. 7. & 8. Petr. Greg. syntagm. iur. vniuersi p. 2. lib. 15. cap. 2. à n. 1. Anastas. Germ. d. lib. 3. de sacram. immun. d. cap. 3. n. 67. Et sunt textus optimi in nostro cap. *In illis* 80. dist. cap. 1. 2. & 3. dist. 60. & plures alij infrà citãdi.

Henric. Valent. Carrer. Durand. Vasq. Duar. Pe. Greg. Ana. Ger. C. In illis 80. dist.

A In primis enim ex ordine Episcoporum, Præsbyterorum, & Diaconorum post summum Pontificem ratione dignitatis præeminent in Ecclesia illustrissimi Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ; quorum status, & dignitas ad Hierarchiam Ecclesiasticam pertinet, non in eo sensu, quem putauit Ioannes à Turrecrem. lib. 1. Summ. de Ecclesia, cap. 80. quod à Christo Domino sit instituta in Apostolis, quibus existimat Cardinales successisse quatenùs Apostoli Christo Domino ante ascensionem in cælum semper astiterunt, B Luc. 22. *Vos estis qui permansistis mecum, &c.* Et posteà Beato Petro Christi vicario antequam in vniuersum mundum exirent prædicare Euãgelium prout ex eodem munere Cardinales Romano Pontifici assistunt, in regimine totius Ecclesiæ; hic enim sensus improbabilis est, vt infra 1. p. in disput. de Cardinalibus dicemus; sed magis in eo, quod dignitatem Ecclesiasticam habeant cum potestate, & iurisdictione; cuiusquidẽ dignitatis specialia duo munera, & officia, quia incomposita sunt, primò quod Romanum Pontificem eligant, cap. *Licet euitanda*, de elect. cap. 1. 23. dist. cap. 1. dist. 79. Deindè quod eidem in Ecclesia vniuersali gubernanda assistunt tanquã præcipui eius Consiliarij, cap. *Per venerabilem*, vers. *Sunt autem*, Qui filij sint legitimi: bonus textus in capite *Fundamenta*, §. *Decet*, de elect. libr. 6. vt benè inquit Vasq. d. tertio D tomo in 3. part. disput. 242. cap. 4. in princ. Lælius Zechius de Rep. Eccles. titul. de statu illustrium Cardinalium nu. 3. & postea latiùs explicabimus. Ideò merito post eundem summum Pontifi-

2 Cap. 1. 2. & 3. dist. 60. Turrecr. Luc. 22. Ca. Licet euitanda de elect. Cap. 1. 23 dist. C. 1. di. 79 C. Per venerabilẽ, qui filij. Cap Fundamenta, de elect. in 6. Vasq. Zechius.

Pontificem secundum in Ecclesiastica gradum tenent per respectũ scilicèt ad dignitatem, vt supra prout rectè agnoscunt omnes proximè citati Zechius in princ. Henric. d cap. 25. §.2.& cap.27.§.1.Durand. etr. Gregor.cap.4. Carrar. à n. 17. per respectum ad dignitatem, & alij. Dixi, ex ordine Episcoporum, Præsbyterorum, & Diaconorum, quia ordine, & consecratione non differunt Cardinales ab Episcopis, Præsbyteris, & Diaconis, sed tantùm dignitate: ex his enim ordinibus assumuntur, & in aliquo ex eis constituti sunt, habentque officium, & potestatem ordinis communem, & parem cum illis Zechius, & Vasq. proximè. Reliqua circa Cardinales dicẽtur in disp. de illis.

Henric. Durand. Pe.Greg. Carrar.

Zechius. Vasq.

3 Deindè ex ijsdem ordinibus post Cardinales subsequuntur Legati, & Nuntij Apostolici, de quibus agitur in titulis de offic. legati in Decretal. & sexto, quibusque à sede Apostolica in certis prouincijs committitur legationis officium, vt ibidem euellant, & dissipent, ædificent, atque plantent, iuxta cap.2.eodem titul. in 6. Hi enim quoad potestatem iurisdictionis Ordinarij sunt prouinciarum d.cap.2.cap.1.eodem tit.In antiquis. Et in eadem potestate, ac iurisdictione in vtroque foro pro suis prouincijs omnes Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas præcedũt; ideòq; etiam ratione iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticæ merito tertium gradum faciunt in prædicto ordine Hierarchico, vt per Henricum d.cap. 25.§.2.& cap.28. à princip. Zechium constat in titul. de statu illustrissimi Legati, latiùsque infrà d. 1.p. peculiari disputatione de illis tractabimus. A Rursus ordo Episcoporum tripartitus etiam est secundum differentiam potestatis, iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticæ, licet secundum consecrationem, & potestatem ordinis vnus tantùm sit, vt suprà. Nam in eo primò constituuntur Patriarchæ, seu primates (qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, vt inquit Anacletus in cap.1. 99. dist.) & hi sunt primi Episcopi, seu potiores, quibus maiores quædam B sedes sunt assignatæ, vt capita sint plurium prouinciarum, & earundem Archiepiscopis præsint, & ad eos Episcopi, si necesse fuerit, appellent, maioresque causæ referantur prout scribunt Anacletus Papa epistol. ad Episcopos Italiæ in d. capite 1. dist. 99. Lucius Papa in cap. *Vrbes*. Clemens in cap. *In illis*. 80. dist. Eorumq; institutio ab Apostolis, nempe à B. Petro facta est in eisdemmet vrbibus, & locis, vbi dudum ante Christi Domini aduentum primi flamines, C & primates legis sæculi erant; & prima iudiciaria potestas, vt asserunt Anacletus, & Lucius proximè. Et Beatus Clemens Petri discipulus in epistola prima ad Iacobum relata in dicto capite *In illis*, tradunt optimè Petrus Gregorius Syntagm. dicta p. 2. libro 15. cap. 5. numero 2. & 3. Duar. dicto libro 1. cap.9. & alij infrà. Et licet Germon. dicto libro 3. de sacror. immunit. capite 3. nu. 31. Patriarchas à Primatibus distinguat, D contrarium verius videtur, vt in disputatione de Patriarchis, & Primatibus (vbi de illis agendum erit) ostendemus.

Cap. 2. de offic. Leg. in 6.

Henric. Zechius.

Anaclet.

An. Papa Luc. Papa. Clem. Papa.

Pe.Greg.

Duar. Germon.

4 Deinde Archiepiscopi, seu Metropolita-

politani, qui sunt veluti Episcopi maiores, seu summi maiores quidē cęteris Episcopis; minores verò Primatibus, seu patriarchis, quibus etiam ex institutione Apostolica D. Petri singulæ prouinciæ, quibus primates pręsunt, sunt diuisæ, pluribus tamen diœcesibus, & Episcopatibus constantes, vt earum Episcopis pręsiderent; & hi in illis ciuitatibus fuerunt constituti, in quibus dudū apud Ethnicos erant Archiflamines, vt inquit B. Clemens in d. cap. *In illis*, versic. *In illis autē*. 80. dist. Anaclet. Papa in d. cap. 1. in fin. dist. 99. suntque etiam in cap. 1. & 2. cum alijs 9. q. 3. cap. *Scitote*, 6. q. 3. notant Petr. Greg. cap. 11. Duar. d. cap. 9. Lelius Zechius tit. de statu Reuerend. Patriarch. à n. 4. Henric. cap. 30. post alios suprà.

B. Clem. Anaclet. Papa. Cap. 1. & 2. 9. q. 3. Cap. Scitote. 6. q. 3. Pet. Gre. Duar. Zechius. Henric.

5\. Tertiò Episcopi, qui ex eadem institutione D. Petri in singulis ciuitatibus fuere positi, vt singuli singularum diœcesum curam tenerent D. Clemens d. cap. *In illis*, vers. *In singulis verò*, Anacletus in cap. *Episcopi*, cū alijs 80. dist. prout infrà in peculiari disputatione de illis latiùs erit dicendum. Mitto chorepiscopos, qui olim in vsu fuere, de quibus loquitur expresse Damasus epist. 3. quia verè etiam erant Episcopi cum episcopali consecratione; sed in aliena diœcesi ministrabant, vt hodie Episcopi titulares suffraganei Episcoporum, de quibus etiam infra suo loco sermo erit.

D. Clem. Anac. Papa. Damasus

6\. Neque prædictis dubium faciat, quod Isidorus in nostro cap. *Cleros*, vers. *Ordo*, Episcoporum ordinē quadripartitū esse dicat. Illud enim prouenit ex eo, quia Metropolitanos ab Archiepiscopis distinxit contra mo-

Isidor. Papa.

do resoluta, cum tamen idem sint, & A tanquam nomina synonima pro eodem in iure accipiantur, vt constat ex d. cap. 99. dist. d. cap. *Scitote*. 6. q. 3. cap. *De ijs*. 12. dist. satisque probat dicta dictionis etymologia; siue enim metropolim cum eodem Isidoro à ciuitatum mensura, & numero deducamus, quod in vnaquaque prouincia constitutum fuerit à Pelagio esse decem, vel vndecim ciuitates, quibus vnus præsit, siue, quod probabilius est à dictione Gręca, *Metros*, quę B matricem ciuitatem. i. matrem ciuitatum prouinciæ significat, vt dixit Glos. in eodem cap. *Cleros*, verb. *à mēsura*; & contra Isidorum explicat Budæus in prioribus annotationibus ad Pandectas super l. obseruare, ff. de offic. proconf. Quia scilicèt ex ea Coloniæ. i. aliæ ciuitates, prouinciæ, & oppida processerint. Meliusq; Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 11. n. 3. & 4. asserens, ita appellari per translationem, quod sint veluti matres, quæ aliarum C Ecclesiarum sibi in eadem prouincia subditarum curam agunt, l. 1. Cod. de Metropoli, Beryto lib. 11. semper certum manet, ciuitatem Metropolim esse caput prouinciæ; cuius præsul æque Archiepiscopus, ac Metropolitanus appellatur, neque potest alter ab altero diuersum gradum in ordine Episcoporum constituere, vt malè Isidorus existimauit.

Ca. 1. 99. dist. C. Scitote 6. q. 3. C. De ijs 12. dist. Glos. in c. Cleros. Budaus. Pet. Gregor. L. 1. Cod. de Metro. Beryt. lib. 11. Isidor.

Denique in ordine Præsbyterorum, & Diaconorum diuersi etiam in hac Hierarchia reperiuntur gradus D Ecclesiastici iurisdictione, & dignitate distincti, quos recensent Isidorus in nostris cap. *Cleros*, & cap. *Perlectis*. 21. & 25. dist. pluresq; Canones congesti à Gratiano dist. 60. & 61. & Doctores, 7

Isidor. Gratian.

ctores, de quibus statim; licet non conneuiant neque in numero, neque in re, vt aduertit Estius in 4. sent. dist. 24. §. 3. in fin. nam olim connumerabantur illi, qui dicebantur Chorepiscopi, non ex ijs, qui Episcopalem cōsecrationem, de quibus modò diximus, acceperant; sed qui vt Præsbyteri, ab vno solo Episcopo ordinabātur, vt ait Gratianus in princ. 67. dist. Et hi solùm erant Præsbyteri in pagis, & oppidis loco Episcoporum curam animarum exercentes cum iurisdictione, quorum fit mētio in cap. *Quamuis*, & in cap. *Chorepiscopi*. 68. dist. Gratianus in cap. *Ecclesijs*, vers. *Inter Episcopos*, eâdem dist. Et iam hodiè nō sunt in vsu à Damaso abrogati in d. cap. *Chorepiscopi:* Explicant optimè Bellarm. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 17. Henric. in Sum. d. lib. 10. de ordine cap. 23. §. 2. iuncto commento lit. E. & F. Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 12. à n. 40. cum sequentibus, & nos infra latiùs, cum de illis egerimus, prosequemur.

Estius. *Gratian.* C. *Quamuis.* & C. *Chorepiscopi* 68 *dist.* *Gratian.* *D. Papa* *Bellarm.* *Henric.* *Pe. Greg.*

8 Deindè in Ecclesijs Cathedralibus ex ordine Præsbyterorū, & Diaconorum sequentes inueniuntur gradus Ecclesiastici cum dignitate. Imprimis Archidiaconi, quos ponit Isidorus in cap. *Perlectis*, vers. *Archidiaconus*, 25. dist. de quibus extat tit. de offic. Aarchid. in Decretal. quosque maiorem gerere dignitatem post Episcopos, & eorum esse vicarios in cura, & solicitudine ex libro Romani ordinis tradit tex. in cap. 1. Innocent. 3. in cap. *Ad hæc*, eo. tit. Qua ratione oculi Episcopi appellabantur à Beato Clem. & Euaristo Papa in cap. *Diaconi*. 1. & 2. dist. eorumque officium, & potestatem explicant idem Isidor. in d. cap. *Perlectis*, vers. *Archidiaconus*, Germon. de sacror. immunit. d. lib. 3. cap. 3. a n. 68. Petr. Greg. syntag. d. libr. 15. cap. 20. Asor. Instit. moral. tom. 2. lib. 3. cap. 14. Zechius de Rep. Eccl. cap. 24. a n. 13. cum quibus, & alijs infra suo loco latiùs notabimus.

Isidor. Cap. 1. C. *Ad hæc de offi. Archid.* C. *Diaconi*. 1. & 2. *dist.* C. *Perlectis* 25. *d.* *Germon.* *Pe. Greg.* *Asor.* *Zechius.*

9 Rursus Archipræsbyteri secundū eundem Isidorum proximè vers. *Archipræsbyter*; qui erant vel rurales, vel vrbani, vt constat ex toto tit. & ex cap. 1. cap. 3. cap. vlt. de offic. Archipræsb. Et quasi principes præsbyterorum dicebantur, & super plebem curam gerebant animarū. Et hi etiam Decani nuncupabantur, vt ait tex. in cap. *Ad hæc*, in princ. de offic. Archid. licet hodie ex vniuersali ferè omniū Ecclesiarum consuetudine Decanatus sit specialis dignitas diuersa ab Archipræsbyteratu; & olim etiam diuersos fuisse gradus videntur probare. Calixtus Papa in c. 2. ibi. *Nullus in Archipræsbyterum, nullus in Decanū*, cap. 1. ex Concilio Vrbani Papæ ibi, *Nec Archipræsbyterum, aut Decanum.* 60. dist. prosequuntur Petr. Gregor. cap. 21. Asor. cap. 15. Zech. d. cap. 24. n. 14. Anton. Fab. de re beneficiaria tit. de beneficijs cum dignitate à n. 30. cum sequentibus, & nos etiam infra.

Isidor. *Tit. de offic. Archi.* C. *Ad hæc de offi. Archid.* Cap. 2. C. 1. 60. *d.* *Pe. Greg.* *Asor.* *Zechius.* *Fab.*

10 Item Primicerij iuxta Isidorum in d. cap. *Perlectis*, vers. *Ad Primicerium*; de quibus etiam est tit. de offic. primicer. & dignitatem Ecclesiasticam habere benè probat text. in cap. *Cum accessissent*. 8. de constit. ibi, *Primiceriatus dignitas*; quia scilicèt Primicerius præest in choro, & quasi primus Cantor cæteros docet, quid canendum sit. Cuius tamen nominis verā etymologiam, dignitatem, officium, & po-

C. *Perlectis* 25. *d.* *Tit. de offic. Prim.* C. *Cū accessissent. de constit.*

Tit. C. de Primit. lib. 12. Fabric. Pe. Greg. & potestatem ad differentiam Primicerij, de quo in tit. C. de primicerio lib. 12. tradunt Fabric. ex n. 54. Petr. Greg. cap. 22. suprà, & alij, prout inferiùs suo loco prosequemur.

11 Isidor. Thesaurarij. quos, vt per Isidorum in eodem text. in fin. vers. *Ad Thesaurarium*, atque Sacristæ, & Custodes, de quibus agitur in titulis de offic. Custod. & de offic. Sacristæ, vt per Asor. d. lib. 3. cap. 16. q. 4. cum sequẽtibus; eorumque munus consistit in custodia rerum omnium sacrarũ Ecclesiæ, & totius thesauri Ecclesiastici; & in alijs, quæ recensentur in d. vers. *Ad Thesaurarium*; & in cap. 1. & vlt. de offic. custod. & in cap. vnico de offic. Sacristæ, vt infra §. 5. latiùs dicemus; qui licet dignitatem non habeant Ecclesiasticam de iure, sed tantùm officium, vt infra d. §. 5. explicabimus; de consuetudine tamen eam obtinent, vt post Rot. 9. de præbendis in nouis cum alijs ad propositum tradunt Fabric. supra n. 60. & infra suo loco tractabimus.

Tit. de offic. custod. Tit. de offic. Sacrist. Asor.

Rot. 9. de Prebend. Fabric.

12 Rursus scholastici scholasterias scilicet obtinentes, qui vulgo magistri scholæ nuncupantur, de quibus videtur agere text. desumptus ex Concilio Eugenij Papæ in cap. *De quibusdã* 37. dist. & clariùs Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. vers. *Deinde*. Quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum, vt inquit Conc. proximè. Et videntur originem duxisse ex antiqua Ecclesiæ consuetudine; de qua Duar. libr. 1. de sacris Eccl. ministr. cap. 15. iuncta decisione Lateran. Cõcil. relati in cap. 1. & in cap. *Quia nonnulli*, de magistr. quibus decretũ fuit, vt vnaquæque Ecclesia Cathedralis Theologum habeat, qui sacram paginam doceat, & clericos in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectant. Duar. proximè, de quibus etiam cõdignitatem habeant in Cathedraticos, & iurisdictionem tam de iure, quàm de consuetudine disputat Fuluius Pacian. de probat. libr. 2. cap. 27. à n. 107. Petr. Gregor. cap. 19. Asor. cap. 13. supra, & inferiùs etiam agemus.

C. De quibusdã. 37 dist. Trident. Duar. Lateran.

A Duar. Pacian. Pe. Greg. Asor.

13 Præpositi etiam Ecclesiarum, qui ex communi vsu vocantur illi, qui quãdam Prioratus curam super alios B gerunt, vt dicit idem Isidor. in cap. *Quamuis ergo*, de verb. sign. & ita sunt, qui in multis Ecclesijs Cathedralibus præsertim Germaniæ, Flandriæ, & aliorum Regnorum præcipuã dignitatem obtinent cum cura animarũ, & iurisdictione; totique Collegio Canonicorum præsunt, vt explicant Petrus Greg. d. lib. 15. syntagm. cap. 18. à n. 6. Ant. Fabric. tit. de beneficijs cũ dignitate à n. 39. & alij infra suo loco citandi; de illisque fit sæpè mentio in C iure Canonico, vt in cap. *In ordinatione*. 61. dist. cap. 1. 2. & 3. dist. 60. cap. *Saluator*. 1. q. 3. cap. *Cum inter*. 21. cap. *Dudum*. 22. de elect. & alibi.

C. Quamuis ergo, de verbo. sign. Pe. Greg. Fabric. C. In ord. 61. dist. C. 1. 2. & 3. dist. 60 C. Saluator. 1. q. 3. C. Cũ int. C. Dudũ, de elect.

14 Denique Canonici earundem Cathedralium Ecclesiarum, de quibus infrà dicemus; quos tamen iuxta veriorem sententiam dignitatem non habere, neque Canonicatum dignitatem Ecclesiasticam esse, resoluunt Dominic. per tex. ibi in cap. *Statutũ*, de Rescriptis lib. 6. Felin. in cap. *Pastoralis*, de offic. deleg. Pacian. in dicto D cap. 27. ex n. 101. Asor. d. lib. 3. c. 11. q. 16. quia nullam habent iurisdictionem, eorumque institutio consistit tantum in stalo, in choro, & loco in capitulo, vt infra dicemus.

Dominic. Felin. Pacian. Asor.

Extra

15 Extra Ecclesias verò Cathedrales nonnullæ etiam reperiuntur dignitates Ecclesiasticæ ex eodem ordine Præsbyterorum, vt sunt Priores sæculares, qui in Collegiatis Ecclesijs toti præsident Canonicorum Collegio, vt constat ex supra inscriptione, text. ibi, *Et Priores sanctæ Radigundis Pictauiensis*, in cap. vlt. de maiorit. & obed. de illisque fit mentio in capite *Cum Victoniensis*, 2. cap. *Cũ causam*. 27. & alibi de elect. quos dignitatem Ecclesiasticam habere notat glos. verb. *Conuentualem*, in Clem. 2. de Rescript. Doctores communiter. Petr. Greg. supra d. cap. 18. à princip. Asor. d. lib. 3. cap. 20. Anton. Fabr. proximè à n. 36. cum sequentibus.

C. vlt. de maior. & obedient. Ca. Cum Victoniẽsis. C. Cum causam de electiõn. Pe Greg. Asor. Fabric.

16 Abbates similiter, qui etiã in sæcularibus Ecclesijs cum dignitate, & iurisdictione reperiuntur, vt probat tex. in cap. *Ex transmissa*, de renunciat. ex quo ita notant Doctores, prosequuntur Zechius tit. 25. per totum, Asor. d. lib. 3. cap. 19. Fabric. titul. de maioribus, & minoribus benefi. à n. 54. cum quibus infra de illis agentes latiùs explicabimus.

Cap. Ex transmis. de Ren. Zechius. Asor. Fabric.

17 Plebani quoque ab aliquibus numerantur asserentibus illos habere dignitatem Ecclesiasticam, & iurisdictionem fori contentiosi, vt ex additione glos. vlt. in cap. 1. *Ne cler. vel mona.* lib. 6. tradunt Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 24. n. 13. Zech. cap. 27. à princip. videturque probari in cap. *Cum ab Ecclesiarum*, de offic. ord. vers. *Quapropter*. Sed dubitabilis sententia est. Plebani namque propriè loquendo sunt quidam parrochi, vt infra notabimus, §. 4. qui præficiuntur plebibus seu Ecclesiæ habenti sub se alias Capellas, vel inferiores Ecclesias, vt colligitur ex d. c. 1. & ex cap. 1. de Capell. monach. lib. 6. atque ita solum videntur habere potestatem fori pœnitentialis, & non dignitatem, sed officium tantùm, vt appellat tex. in cap. *Quod Dei timorem*, de stat. monach. tradunt Asor. d. lib. 3. cap. 21. q. 1. & 4. Pacian. d. lib. 2. cap. 27. à n. 59. cum quibus infra suo loco disputabimus.

Addit. glos. n c. 1. ne cler. vel mona. Pe. Greg. Zechius. C. Cũ ab Ecclesiarum de offic. ord. Cap. 1. de Capel. monach. in 6. C. Quod Dei de statu mon. Asor. Pacian.

18 Deniq; Capellanus maximus, seu maior, qui in Ecclesijs præsertim Cathedralibus nonnunquam reperitur, vt in Toletana, cuius munus, & officium licet à consuetudine pendeat, & ab statutis specialibus Ecclesiarũ, natura tamen sua in eo consistere videtur, quod cæteris Capellanis eiusdem Ecclesiæ præsit, eosque regat, vt benè aduertit Asor. de illo agens d. libr. 3. cap. 24. apud nosque dicitur ille, qui Regiæ Capellæ præest, & omnibus eius Capellanis, & officialibus; officiumq; Ecclesiasticum est ex maioribus Regni cum iurisdictione ordinaria Episcopali in Rege, eiusque capella, & in vniuersa familia Regia per literas Apostolicas concessa, & cum multiplici alia potestate, vt ex tenore literarum constat, quæ speciali libro continentur.

Asor.

19 Ac tandem in curia Romana plures sunt prælati Ecclesiastici dignitatem habentes, & iurisdictionem, vt Vicecancellarius, summus Pœnitentiarius, Vicarius Domini Papæ, Camerarius, Auditores Cameræ Apostolicæ, Prothonotarij, Referendarij vtriusque signaturæ, Auditores Rotæ, & alij, de quibus nũcupatim agũt post Gomes. Octauian. Vestr. & alios, quos citant Petr. Greg. d. lib. 15. syntagm. cap. vlt. Lęlius Zechius de Rep. Eccles. tit. de prælatis, in speciali ex cap.

Gomes. Octau. Pe. Greg. Zechius.

cap. 2. cum sequentibus, & quia magis pertinent ad curiam, & statutum A vrbis, quam ad Hierarchiam Ecclesiasticam in citatis auctoribus, si oportuerit, videri poterit.

§. III.

De alijs officijs Ecclesiasticis præter ordines, & dignitates, quæ in Ecclesia primitiua fuere.

SVMMARIVM.

1 *An ad Hierarchicum ordinem propriè pertineant aliqua officia, quæ olim fuere, & hodie durant in Ecclesia?* B

2 *Huiusmodi officia numerantur.*

3 *Qui sint in Ecclesia Cantores, & an idem, quod Psalmista?*

4 *Qui fuerint in Ecclesia laborantes, & an idem sint, quod Fossarij?*

5 *Qui nam fuissent Cursores, & an eorum officium sit hodie iniunctum lectoribus? Acolytis, ac subdiaconis?*

6 *Qui fuissent Notarij in Ecclesia, à quo instituti, quis eorum munus, & quarè Regionarij appellantur. Et quod fuisset olim, & sit hodiè eorum munus in Ecclesia; vbi etiam de Protonotarijs.* C

7 *Qui defensores Ecclesiæ, & de eorũ ordinatione.*

8 *De defensoribus Ecclesiæ ab Imperatoribus postulandis, & de eorum numero, & officio.*

9 *An defensoris officium duret hodie in Ecclesia, & an munus eorum sit Ecclesiasticum remissiuè?* D

10 *Defensores ciuitatum decreto Episcoporum honoratorum, possessorum, & Curialium constituebantur, & de eorum officio, & potestate remissiuè.*

11 *An Diaconissæ ordinem constituissẽt in Ecclesia primitiua?*

Qvibus omnibus vltimò addendum est, præter ordines Ecclesiasticos suprà numeratos, & præter gradus dignitatum Ecclesiasticarum, de quibus proximè; ex quibus omnibus Hierarchicus ordo componitur, vt suprà; nonnulla etiam officia Ecclesiastica tam in primitiua Ecclesia fuisse, quã etiam posteà, & hodie in Ecclesia dari, quæ licet ad Ecclesiasticam Hierarchiã propriè non pertineant, quia propriè loquendo ab ordinibus constat fuisse, & esse distincta, vt aduertit Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44. ad fin. §. *Præterea verò*, cum præcedenti, neque etiam dignitates Ecclesiasticæ sint cũ iurisdictione; quia tamen separatam speciem in iure cõstituunt, vt benè probat tex. in cap. 1. ibi. *Aut duo officia*, de consuetudine lib. 6. agnoscuntque Doctores communiter Selua de benef. q. 2. nu. 36. Corrac. de sacerdotio 4. p. cap. 3. à princip. Asor. Instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 13. q. 5. & saltem sub lata significatione nominis, *Ordo*, comprehenduntur quatenùs etiam sumitur pro officio, vt suprà q. 1. notauimus: illa nunc commemorare tantùm libet, posteà fusiùs agemus cũ certo quodam modo ad eandem Hierarchiam Ecclesiasticam spectent. D. Ignatius, qui Apostolorũ fuit coæuus in epist. 11. ad Antioch. cuius verba suprà retulimus, recenset Cantores, & laborantes; laborantiumq; meminit etiam Epiphan. in compendiaria doctrina; & idem Ignatius epistol. 11. ad Polycarpum agit de Cursore, sic inquiẽs: *Decet*

Marginal notes: 1 — *Baron.* — 2. — *Cap. 1. de consuetu. in 6.* — *Selua.* — *Corrac.* — *Asor.* — *D. Ignat.* — *Epiphan.* — *Ignat.*

Decet Beatissime Polycarpe Concilium cogere sacrosanctum, & eligere, si quem dilectum habetis, & impigrum, vt possit diuinus appellari cursor. Gelasius quoque Papa in epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ cap. 3. addit alia officia, nempe notarij, & defensoris, vt refertur in cap. *Monachus*. 77. dist. ibi, *Continuo Lector, aut Notarius, aut certe defensor effectus post tres menses existat Acolytus*, tradit Baron. suprà §. *Ignatius igitur*. Insuper & imprimis in statu primitiuæ Ecclesiæ Auctor tractatus de septem gradibus Ecclesiæ apud Hieronymum ponit ordinem Fossariorũ, & de Diaconissis sæpè apud sanctos Patres mentio fit, vt apud Ignatium d. epist. 11. ad Antioch. Epiphan. in Cõpend. doctr. Et Conc. Calcedon. cap. 5. relato apud Gratianum in cap. *Diaconissam*. 27. q. 1. cum alijs.

Gelasius Papa. Cap. Monachus 77 dist. Baron. Auctor. Ignat. Epiphan. Conc. Calced. Cap. Diaconis. 27 q. 1.

3 Ex quibus quod attinet ad Cantores sciendum ex ijsdem fere esse, atque Psalmistas in cap. *Psalmistæ*. 23. dist. de eorumque officio infrà tractabimus cum Isidoro in nostro cap. *Cleros*, vers. *Cantor autem*, & in capite *Perlectis*, vers. *Ad Psalmistam*. 25. dist. cum de minoribus ordinibus agerimus.

Cap. Psalmistæ 23. dist. Cap. Cler. Cap. Perlectis. 25. dist.

4 Laborantes verò erant illi, qui curam gerebant de sepeliẽdis mortuis, teste Epiphanio suprà, Laborantes, inquit, corpora eorum, qui obdormierunt, obuoluunt, & cooperiunt; & ijdem erant, atq; Fossarij (eo enim nomine etiam vocabantur, de quibus Auctor incertus in d. tract. de septem gradibus Ecclesiæ explicant Bellarm. de controuers. Christ. fid. tom. 1. lib. 1. de Clericis, §. *Communiter*, Baron. suprà, & anno Christi. 34. §. *Qui nam fuerint in Ecclesia*, Estius in 4. sentent. dist. 24. §. 3. in fin. Henric. in Summ. A lib. 10. de ordine, cap. 9. §. 2. in comment. lit. N. vbi addit huiusmodi laborãtes ostiario coadiutores dari solere ex temporali deputatione sacerdotis.

Epiphan. Auctor Incer. Bellarm. Baron. Estius. Henric.

Cursor autem ille dicebatur, qui Episcoporum literas ad Ecclesias perferebat, vt benè deducitur ex d. epist. 11. Ignatij ad Polycarpum; & eius nomini munus licet à principio fuerit per se distinctum, posteà reperitur iniunctum Lectoribus, Acolythis, ac Subdiaconis; vt Cyprianus demonstrat B epist. 24. ibi, *Quoniam oportuit, me per clericos scribere, &c.* & epistol. 55. traditque Baron. suprà anno Christi 44. §. *Ignatius verò*. Et horum Cursorum institutum iam apud Romanos antiquum, & vtile fuit, vt de Cyro Xerxe, & Augusto, & Xenophonte ex Herodoto, & Suetonio commemorat Petr. Greg. syntagm. lib. 17. cap. 12. n. 9. p. 2. 5

Ignat. Cyprian. Baron. Pet. Greg.

6 Notariorum porrò officiũ in Ecclesia primo à D. Clemente cæpit, C qui septem notarios creauit per septem vrbis Romæ regiones diuisos, qui posteà Martyrũ cruciatus, & tormenta, mortesque describerent; & quæcunque ijdem sancti dum caperentur, & torquerentur, locuti essent. Vnde etiam Regionarij dicebantur à Regionibus, quibus erant distributi; posteà ab Antero primo Pontifice Maximo statutum fuit; vt eorũ scripta in scrinijs Ecclesiæ seruarẽtur; prout de eo commemorat Euseb. lib. 6. D Eccl. Hist. cap. 22. Indèq; fortè scriniarij etiam dicti, vt per tex. in cap. *Ad audientiam*, iuncta glos. verb. *Scriniarius*, de præscript. & Fabianus, qui successit Antero, vt veritati gestorũ magis

Euseb. C. Ad audientiam & glos. de prescrip.

magis consuleret septem notarijs septem præfecit Subdiaconos. Ac tandem Iulius I. cessante Ecclesiæ persecutione, & martyribus ordinauit, vt literas Apostolicas, & alia ad Ecclesiam pertinentia scriberent, vt hęc omnia, & alia ad propositum rectè tradunt Baron. Annal. tom. 2. anno
Baron. Christi 238. §. *Sed à Clemente*. Dama-
Damas. sus, & Platina in vita Clem. & Iul.
Platina. Gom. Gom. in procem. reg. Cancell. q. 1.
Pe.Greg. Zechius. Petr. Greg. syntag. p. 2. lib. 15. cap. 42. n. 12. Lelius Zechius de Rep. Eccles. quod quidem munus quantũ ad conscribendas res Ecclesiasticas, posteà etiam in Ecclesia perdurauit; reperiturque hodiè in Notarijs Ecclesiasticis, & illis, qui dicuntur Apostolici,
Trid. de quibus Tridẽt. sess. 22. de reform.
Salzedo. cap. 10. Salzedo in addit. ad Bernard. in pract. cap. 2. litera B. Quinimò & ex crescentibus rebus Prothonotarij in Curia Romana creati sunt, i. primi Notarij, vt à cæteris vrbis notarijs distinguerentur; quorum officiũ dignitatem præfert. Et septem sunt ordinarij, qui Collegium constituunt. Alij absque numero extraordinarij, vt trandunt Petr. Gregor. & Zechius
Pe.Greg. Zechius. proximè.

7 De Ecclesiæ denique defensore, de quo loquitur idem Gelas. in d. cap.
C. Monachus. *Monachus*, Zolymus Papa in cap. *In*
C. In singulis. 77. dist. *singulis*, vers. *Defensores*, eàdẽ dist. 77.
Conc. Calced. Concil. Chalcedon. cap. 2. in cap. *Si*
C. Siquis Episcop. *quis Episcopus*, ibi, *Ad defensorem*, prima mentio habetur in Actis sanctorum Martyrum relatis à Baron. An-
Baron. nal. tom. 2. Anno Christi 286. vbi sic dicitur de sancto Caio Pontifice, & Beato Sebastiano: qui ad multorum profectum sub specia militiæ latebat, Ecclesiæ defensorem constituit; cæteros verò subdiaconos fecit. Eius
A munus potißimum cõsistebat in defensione pauperum, & Ecclesiarum aduersus potentias diuitum; eiq; alia etiam negotia diuersi generis consueuerãt delegari, vt clarè deducitur ex epist. 25. Beati Gregor. lib. 4. vbi D. Greg.
de defensore Ecclesiæ constituendo formulam tradit his verbis: *Ecclesiasticæ vtilitatis intuitu id in nostro sedit arbitrio, vt si nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius ciuitatis, aut in nullo tibi Canonum*
B *obuiant statuta, officium Ecclesiæ defensorem accipias, vt quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis iniunctum fuerit incorruptè, & viuaciter exequaris vsurus hoc priuilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, vt omnibus, quæ sibi à nobis fuerint iuncta complendis, operam tuam fidelis exhibeas redditurus de actibus tuis sub Dei nostri iudicio rationem.* Hactenùs Gregor. de ordine defensoris.

De eisdem defensoribus ab Impe- 8
ratoribus postulandis decretum in-
C uenitur multo ante editum, nempe in Conc. Carthag. 5. can. 9. quod sic Conc. Carthag.
habet. *Ab Imperatoribus vniuersis visum est, postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestijs sine intermissione fatigatur Ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum prouisione Episcoporum delegentur.* Et quia munus erat in Ecclesia Dei illis temporibus valdè necessarium; posteà idem D. Gregor. anno Christi 598. eorum D. Greg.
officium in vrbe auxit honore, ac dig-
D nitate, defensoresque septem constituit eisdem Regionibus vrbis diuisos, quibus erant Notarij, & Subdiaconi, de quibus suprà diximus, qui etiã ex eo Regionarij appellabantur, quorũ priuile-

priuilegium speciale erat, vt assisteret Potifici in Ecclesia cum cætero Clero; præter quas septem alij etiam in vrbe dabantur, mittique etiam solebāt in diuersas prouincias, in quibus subueniebant oppresis implorantibus Apostolicæ sedis auxilium; quo sensu de magistratu in Africa, qui dicebatur defensor Ecclesiæ meminit Possidius in vita Aug. cap. 12. vt hæc omnia deducuntur ex epist. D. Greg. lib. 7. epist. 26. & 19. in d. 1. & epist. 16. 17. & 18. 19. & 20. Et quomodo se gerere debuissent defensores in prestando auxilium pauperibus, & oppresis illud implorantibus, docet idē D. Gregor. d. lib. 7. epist. 66. & 24. in d. 2. & lib. 9. epist. 22. in d. 4. tradit eleganter Baron. Annal. tom. 8. anno Christi 598. §. *Hoc pariter anno*, cum sequētib. & tom. 5. anno Christi 398. §. *Quod insuper.*

Posidius *D. Greg.* *Baron.* A B

9 Posteà tractu tēporis videtur hoc officium eo modo, quo anteà erat in desuetudinem abijsse; forte quia non necessarium fuit, solumq; deindè appellatus fuit defēsor Ecclesiæ ille, qui eius bona, causas, lites, atque negotia curat, & defendit. qui aduocatus dicitur, & Castaldus, vt in specie declarat Vrbanus Papa in cap. *Saluator*, vers. *Defensoris*. 1. q. 3. & alio nomine syndicus Ecclesiæ, seu Actor dicitur; de quo agitur in tit. & cap. vnico de syndico, iuxta text. in l. vltima. §. *Defensores*, ff. de muner. & honorib. notāt in specie P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 29. n. 9. Petr. Greg. syntag. d. lib. 15. cap. 40. num. 1. Duar. lib. 1. de sacris Eccles. min. cap. 19. quod quidem licet verè officium sit, & munus personale, vt in d. §. *Defensores*, dubium tamen est, an sua natura sit munus Ecclesiasticum, & inter officia Ecclesiastica computari debeat, quia à laico, & quolibet sæculari exerceri potest, de quo infrà dicemus in §. 5. & tradit Duar. proximè.

Cap. Saluator. *Tit. de syndico.* *L. vlt. ff. muner.* *P. Soar.* *Pe. Greg.* *Duar.* C D

De iure ciuili dabantur etiam defensores ciuitatum, qui magistratus erant cum iurisdictione, & potestate, & non nisi decreto Episcoporum, clericorum, honoratorum, possessorum, & Curialium constituebantur, de quibus est tit. Cod. de defensor. ciuit. & Nouella 15. Iustiniani, tit. de defensor. ciuit. in Auth. probantque l. *Defensores*, ita l. 8. Cod. eodem titul. l. *Iubemus*. Auth. *Præsides*, Cod. de Episcopali aud. §. *Interim*, Auth. de defensor. ciuit. Germ. lib. 2. de sacror. immunit. cap. 6. n. 38. Petr. Gregor. syntagm. p. 2. d. lib. 18. cap. 18. n. 3. & ibi per totum caput latè illorum officium, & potestatem expli cat. 10

Tit. Cod. de defens. ciuit. *Nouella Inst.* *L. Defensores.* *L. 8.* *L. iubem.* *Aut. Præsides.* *Auth. de def. ciuit.* *Germon.* *Pe. Greg.*

Vnde ex his iam apparet, quænam fuerint in primitiua Ecclesia duo illa officia Ecclesiastica Notarij, & Defensoris, de quibus agit Gelas. Papa in d. cap. *Monachus*. 77. dist. Quibus benè peractis, clericis ad superiores ordines aspirare licebat, vt inquit tex. ibi, & notat Baron. Annal. tom. 1. anno Christi. 44. §. *Ignatius verò*, in fine. Quod verò spectat ad Diaconissas, de quibus in dicto cap. *Diaconissam*. 27. quæst. 1. & alibi; illud certum est, earum ordinem quidem fuisse in Ecclesia primitiua, vt inquit Epiphanius hæresi 9. his verbis: *Ministrarum quidem Diaconissarum appellatarum ordo est in Ecclesia, & cæt.* Sed neque manus impositionem accipiebant, neque aliquo sacramento initiatæ erant. Qua de causa Conc. 11

C. Monachus. *Baron.* *Cap. Diaconissam.* *Epiphan.*

E Nysse-

Cōc.Nyſſen. Nyſſenum cap. 19. eaſdem inter laicas adnumerat, ſed ſolùm quibuſdam muneribus pijs, & Eccleſiaſticis præpoſitæ erant in ordine ad baptiſmū, & alia huiuſmodi miniſteria, ob quæ Diaconiſſæ appellabantur, vt notat Henric. Henric. in Sum. lib. 1. c. 21. §. 2. in fin. Diximus ſuprà q. 1. n. 9. explicantque Baron. Baron. d. tom. 1. anno Chriſti. 34. §. Germon. *Quinam fuerint*. Germon. d. lib. 2. de ſacror. immunit. c. 2. n. 16. vſq; ad fin. & nos infrà in diſp. de Diaconis de illis, illorumq; muneribus agemus. Eæ verò, quæ apud ſacros Auctores quādoq; appellātur Presbyteræ; quādoq; Epiſcopæ non ſolùm ordine carebāt, ſed neque munere aliquid, prout Diaconiſſæ in Eccleſia fungebātur, alioq; reſpectu ita appellabantur, vt etiam Baron. infrà explicabimus, aduertit Baron. proximè, §. *Rurſum verò*.

§. IIII.

De officijs Eccleſiaſticis, quæ modò in Eccleſia reperiuntur, & primum de officijs ratione beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Officium Eccleſiaſticum dupliciter accipi poteſt, vel latè, vel ſtrictè.*

2 *Quotuplex ſit beneficium Eccleſiaſticum?*

3 *Primum gradum abtinent in Hierarchia Eccleſiaſtica beneficia illa, in quibus cum officio ſpirituali, & iure percipiendi decimas dignitas, & iuriſdictio ſunt coniuncta, & quæ ſint huiuſmodi beneficia.*

4 *Qui beneficia obtinent ſine dignitate, & iuriſdictione officium Eccleſiaſticum habere cenſentur.*

5 *Parochus dicitur habere officiū Eccleſiaſticum, & vnde parochia, & parochiani appellentur: & quæ debeant concurrere ad parochiam conſtituendam remiſsiuè?* A

6 *Rector officium Eccleſiaſticum habere dicitur, & vnde appelletur?*

7 *Idem de Plebano dicendum eſt, & vnde deriuetur?*

8 *Vicaria perpetua inter officia Eccleſiaſtica numeratur, & quare ſic appelletur.*

9 *Parochus, Rector, Plebanus, Vicarius perpetuus genericè curiones appellātur.* B

10 *Interpretatio ad tex. in cap. 4. de clerico ægroto.*

11 *Commendarij officium Eccleſiaſticū habere dicuntur, & qui ſint Commendatarij?*

12 *An idem dicendum ſit de Commendatarijs temporalibus, & qui ſint?*

13 *Canonici in Cathedralibus habent officium Eccleſiaſticum, & in quibus conſiſtat?*

14 *Idem de Aſsiſijs, ſeu Manſionaribus dicendum eſt, qui illi ſint, & in quibus eorum officium conſiſtat?* C

15 *Idem de Capellanis perpetuis, & qui de temporalibus.*

16 *In quo differant Capella, & Capellania?*

17 *An Capellæ huius Regni, & Hiſpaniæ inter beneficia Eccleſiaſtica numerentur?*

18 *An defenſarij, ſeu Preſtimoniarij obtineant officium, & beneficium Eccleſiaſticum?*

19 *An Præſtimoniarij, qui habent præſtimonia collata in titulum beneficij, habeant verè beneficia Eccleſiaſtica? & quid ſi preſtimonia fuerint tātùm ſtipendia ſtudentibus, vel pro fide militantibus conceſſa.* D

20 *An*

A

Deindè quod attinet ad officia Ecclesiastica, quę posteà in Ecclesia fuere, & hodie in illa reperiuntur, sciendū est, officium Ecclesiasticum vel sumi posse latè, prout etiā comprehendit cętera alia beneficia, & dignitates Ecclesiasticas; vel strictè prout ab illis differt; quemadmodū accipitur in d. cap. 1. de constit. lib. 6. tunc verò nihil aliud est, quàm administratio rerum Ecclesiasticarum sine iurisdictione, & præeminētia, vt ex Rebuf. in prax. tit. sæculare beneficium, n. 9. & alijs declarat Asor. d. 2. p. lib. 3. c. 13. q. 5. & c. 1. q. 4. vers. 4. diuiditur. Vnde secūdū has acceptiones officia Ecclesiastica alia quidē sunt ratione beneficij Ecclesiastici (cum omne beneficium detur propter officium cap. vlt. de Rescript. lib. 6.) Alia absque ratione beneficij (quia è cōuerso non omne officium Ecclesiasticum beneficiū habet) sed ratione administrationis rerum vel sacrarum, vel etiam Ecclesiasticarum, nempe profanarū, quæ Ecclesiæ sunt; alia ratione iurisdictionis Ecclesiasticæ, vel sacramentorū, quādò de illis tractandis agitur; vt benè hanc officiorum Ecclesiasticorū distinctionē ponit Pet. Greg. syntagm. p. 2. d. lib. 15. cap. 39. n. 1. Cui ego addo alia esse tam ratione beneficij, quàm iurisdictionis, & dignitatis simul, vt statim videbimus. Sciendum etiam est, beneficij Ecclesiastici inter alias diuisiones eas præcipuas esse ad propositum; vt alud sit sæculare, aliud regulare, aliud simplex; aliud curatum; aliud cum dignitate; aliud sine 1

Cap. 1. de Const. in 6. B *Rebuf.* *Asor.* *Cap. vlt. de Rescri. in 6.* C *Pet. Greg.* D

Selua. Rebuf. Gratia. Afor.

sine illa: vt Selua 1.p. q.2. Rebuf. in prax.tit. *Quotuplex sit beneficium*, & ex multis, quos citat tradunt Gratia. 1. p.cap.6.à num.3.& 11.Afor.d.cap.1. q.4.

2. Et vt ab vltimis incipiamus tam ratione beneficij sæcularis, quàm ratione dignitatis simul, & iurisdictionis. Imprimis inter officia Ecclesiastica numerãtur omnia illa beneficia, quibus etiam cum officio spirituali,& iure percipiendi redditus (in quibus duobus beneficium consistit) dignitas Ecclesiastica,& iurisdictio sunt cõ iuncta, de quibus suprà diximus, vt inter sæculares Papatus, Cardinalatus,Patriarchatus,Archiepiscopatus, Episcopatus,& omnes aliç inferiores dignitates Ecclesiasticæ, quas suprà recensuimus, quæ sua natura continent officia Ecclesiastica spiritualia, propter quæ conferũtur;& ideò propriè appellantur etiam beneficia, & officia Ecclesiastica, vt de Papatu (in quo maior poterat esse dubitatio) probat tex.in cap.1.ibi, *In depressionẽ officij,& beneficij nostri*,de maledic.vbi notant Doctores, traduntq; Barbat. in Clem.*Gratiæ*,notab.2.de Rescript. Selu. de benefic.p. 1. q. 2. à num.26. Rebuf. in praxi 1. p. d. titul. sæculare beneficium quotuplex nu.3. Flamin. de Resignat.benefic.lib.2. q.1. à n.5. Fabric. tit. de maior. & minor. n.22. Afor.d.2.p.lib.3.cap.1.quæst.5. cum multis alijs citatis à Cened. ad Decret. 149.n.5.& de Cardinalatu tex. in cap.2.*de Cleric. non resid*. Selua suprà n. 33. Petr.Greg. rei benef. cap. 10.n.3.Fabric.proximè n. 27. Quanuis contradicat Rufeus in tract.regal. priuileg. 13. n. 21. &29. contendens solum officium, nõ beneficium esse.

Cap.1.de Maled. Barbat. Selua. Rebuf. Flamin. Fabric. Afor. Cenedo. Cap.2.de Cleric.nõ resid. Selua. Pe.Greg. Rufeus.

A Et de Episcopatu est text. in capite *Felicis*, vers. *Quod si quis*, de pæn lib.6. & de alijs dignitatibus eadem est ratio; propereàque omnes tam maiores, quàm minores appellatione beneficij Ecclesiastici contineri; subindeque officia Ecclesiastica in eis reperiri communis est Doctorum resolutio cum glos.1. in reg.1.de reg. iur. lib. 6. & latè prosequuntur Selua d. p.2.à n.28. & q.3. per totam, Rebuf. d.tit. sæculare beneficium, n. 4. 5. & 6. Gonsal.in reg. de mensibus glos.7. B à n.39. vsque ad 43. Flamin. d.q.1. à n.54. Quintaduenhas Ecclesiastic. libr.1. cap.4. à n. 6. Garc. & alij ab eo citati de benef. 1.p.cap.6.n.2.&n.37. Afor.Instit.moral.d.2.p. lib.3. cap.1. q.5. iuncto cap.13. q.4. & 3. d.tit. de maior. & minor. à princ.

Cap.Felicis de pæ. in 6. Glossa. Selua. Rebuf. Gonsal. Flamin. Duenhas. Garcia. Afor.

Deindè ratione solius beneficij absque dignitate, seu iurisdictione inter sæculares officium Ecclesiasticũ habere censentur omnes illi, qui beneficia obtinent, quibus est cura animarum iniuncta strictè, & propriè C sumpta, quæ curata parochialia, seu duplicia in iure appellantur; de quibus in Extrauagant. *Execrabilis*, vers. *Quantum*, de præbend.inter communes. Talis enim cura officium importat, iuxta tex.in cap. *Quia nonnulli*, ibi. *Vt cum vnum officium*, de cleric. non resid. pertinent ad forum interius, & sacramentorum administrationem cum potestate ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, vt ex alijs benè declarat Garc. d.1. parte, cap. 6. num.3. D 5. & 6. 3

Extrau. Execrabilis. Ca. Quia nonnulli. Garc.

Hi sunt Parochus, à quo nomine dicitur parochia, seu paræcia, vt Budæus vult & parochiani, seu paræciani, vt in tit. de paroch. & alien. paroch. 4

Budæus. Tit.de paroch.& alien.

ch. & eo nomine etiã fuisse antiquos Christianos demonstrat D.Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei his verbis, *Fuit præsbyter nomine restitutus in paræcia Calamensis Ecclesiæ*. Et deriuatur vel à præbitione, eo quod plebi sibi commissę sacramenta, & sacra præbeat (Parochus enim Græcè idem quod præbitio est) vel à parecia, quæ Græcè idem est, quod acolarum conuentus, seu habitatio, aut cura, & quod illi præficiatur, & curam habeat animarũ totius populi intra illos limites congregati, vt benè declarant Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 24. n. 6. & 7. Lelius Zechius de Repub. Ecclesiast. cap. 28. n. 1. Vnde & beneficium parochiale, seu Ecclesia parochialis appellatur, vt in d. cap. Quia nonnulli, & sæpè alibi. Ad quam constituendã quæ debeant concurrere, & multa circa parachos tradunt Asor. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 12. Zech. proximè à n. 2. latè Gonsal. ad reg. de mensibus, glossa 6. ex n. 34. citati à Garc. suprà n. 4.

D. Aug. — Pe. Greg. — Zechius. — Asor. — Zechius. — Gonsal. — Garc.

5 Rector etiam cuius meminere tex. in cap. vlt. de præbend. & in cap. 3. de Cler. ægrot. qui talis appellatur, quia plebem, & populum sibi commissum cum cura regit, iuxta tex. in cap. 1. *de Capell. monach.* cap. 3. de vita, & honest. Cler. eiusque beneficium rectoria dicitur d. cap. vlt. de præbend. Pet. Gregor. proximè n. 10. & 11.

Cap. vlt. de præb. — Cap. 3. de Cler. ægr. — Cap. 1. de Cap. mon. — Cap. 3. de vit. & hon. est. — Pe. Greg.

6 Plebanus, qui scilicèt habet plebis curam, cuiusque Ecclesia propterea Plebana vocatur, vt in cap. 1. *Ne cler. vel monach.* lib. 6. de qua idem Petr. Gregor. suprà proximè n. 12. 13. 14. vbi distinguit, & declarat, nosq; etiã suprà §. 2. n.

Ca. 1. Ne cleri. vel mon. in 6. — Pe. Greg.

7 Vicarius quoque perpetuus, de quo in capite *Postulasti*, 27. de Rescripti. & in Clem. 1. de officio vicar. & per totum eodem titulo in Decretal. vtpotè qui etiam officium habet Ecclesiasticum cum cura animarũ; quoties enim vna Ecclesia parochialis alteri vnitur, vel quoad titulum, & temporalium regimen alicui ministerio, seu pio loco applicatur, in ea præsbyter constituitur, qui sacramentorum, & spiritualium habeat administrationem; isque vicarius perpetuus appellatur, habito respectu ad rectorem principalem illius Ecclesiæ, seu monasterij, cui vnita fuit cap. *Extirpandæ*, §. Qui verò de præb. cap. 1. *de Capell. monach.* libr. 6. explicant latè Rebuf. in praxi tit. de Vicar. perpet. à n. 1. Hoied. de incompatib. 1. p. cap. 15, à n. 2. Flores de Menauar. lib. 1. cap. 10. à n. 8. & 16. Asor. Inst. moral. 2. p. lib. 3. cap. 6. Petr. Gregor. supr. n. 15. & 16.

C. Postulasti. — Cap. 1. de offic. vic. — Cap. Extirpanda — Cap. 1. de Capel. monach. — Rebuf. — Hoied. — Flores. — Asor. — Pe. Greg.

8 Et hi omnes communi nomine Curiones, seu Curiati rectè etiam appellantur; sumpto nomine à Curijs, id est, regionibus vrbis, quibus præponuntur, vt sacramenta ibidem administrent; quemadmodum etiam apud Romanos Gentiles quidam ex singulis Curijs, quibus Roma erat diuisa, sacris præficiebantur, & deligebantur ad sacerdotium ex lege Romuli, vt ex Dionys. Alicar. refert Petrus Gregor. num. 1. proximè. Quanuis autem officium habeant Ecclesiasticum, vt suprà, non tamen dignitatem Ecclesiasticam, aut prælaturam habere dicuntur, vt per Francum in dict. cap. 1. in fine. Ne cleric. vel monach. libro 6. Neque obstant verba textus in capite *Tua*. 4. de Cleric. ægrot. ibi, *In paræciali Ecclesia prælationis officio fungitur, & cæt.* Sumitur

Pe. Greg. — Franc. — Cap. Tua.

mitur enim ibi prælatura largo, & improprio modo; quatenùs scilicèt parochus, & alij suprà numerati plebi sibi commissæ præsunt quo ad forum pœnitentiæ, vt explicat Zechius d.cap.28. ante num.1. *Zechius.*

9 Insuper ratione tantùm beneficij sine dignitate inter eosdem sæculares officium Ecclesiasticum habere dicuntur Cõmendatarij perpetui beneficiorum, de quibus loquitur Trid. sess.7. de Reform. cap.4. qui sunt illi, quibus ad vitam beneficia commendantur in eorum fauorem, vt quia habent dignitatem, vel aliud beneficiũ incompatibile proptereàque aliud in simul in titulum obtinere non possunt; tunc enim conceditur eis in cõmendam, vt sic vberiores fructus ex illo percipiant, & commodius valeãt sustentari. Vel etiam quando monasteria regularia clericis sæcularibus dantur in Commendam, vt ita in eis spiritualium, & temporalium habeãt administrationem; remanente vero titulo apud regulares, vel in alijs exemplis, quę refert, & explicat Hoied. de incompat. benef. 2.p. cap.14. n.5. Rebuf. in prax. tit. de Commendat. n.28. & de pacif. possessor. n.43. vbi ponit formam. Tales enim quia in commenda illa propriè, & verè beneficium Ecclesiasticum habere dicuntur, & in eo locum habent iura omnia de beneficijs loquentia, vt per Hoied. proximè à n.6. Gõçal. ad reg. de mensibus, glo.5.§.8. à n.2. vsque ad 33. Garc. de benefic. 5.p. cap.14. à n.48. Ideò etiam ratione illius officium Ecclesiasticũ ei iniunctum obtinere censentur. *Trident.* *Hoied.* *Rebuf.* *Hoied.* *Gonsal.* *Garci.*

10 Dixi, Commendatarij perpetui, quia temporales, de quibus agit tex. in cap. *Nemo deinceps*. 15. de elect. lib. 6. qui sunt illi, quibus ad tempus Ecclesia parochialis, vel similis commendatur; dum ei de rectore prouidetur; vel cùm non habenti aliàs legitimam ętatem ad obtinendum beneficium in titulum, datur ei in cõmendam, licet dum commenda durat etiã in officio Ecclesiastico esse dicantur; non tamen eis prouenit ratione beneficij; quia commenda temporalis beneficium Ecclesiasticum non est, vt ex communi affirmat Hoied. d.capit.14.n.7. Gonsal. suprà à n.35. vsq; ad 36. Et fuit sententia Glossæ accipiendæ in d.cap. *Nemo*, verb. *Commẽdare*, & in cap. *Si constiterit*. de accusat. per tex. ibi Anton. Fabr. in praxi, & theorica rei benef. tit. De benefic. in tit. & commẽd. à n.4. Rictius collect. q.27. Soar. tom.1. de Relig. lib.4. de simon. cap.27. n.2. Asor. moral. to.2. lib.6. cap.31. q.5. Petr. Greg. d.lib.15. cap.38. n.1. Et hæc de beneficijs parochialibus, seu curatis sæcularibus. *C. Nemo deinceps.* *Hoied.* *Gonsal.* *Glossa.* *Cap. Si cõstiterit.* *Fabric.* *Rictius.* *Soar.* *Asor.* *Pe. Greg.*

11 Ratione verò simplicis beneficij sæcularis absque cura in officio Ecclesiastico in primis esse censentur Canonici Ecclesiarum Cathedraliũ, & Collegiatarum, quorum officium in duobus præcipuè consistit; stallo scilicèt in choro cum participatione diuinorum, & loco in capitulo, vt deducitur ex cap. *Relatum*. 9. cap. *Dilectus* 19. cap. *Pro illorum*. 22. in fin. cap. *Dilecto*. 25. cum alijs de præb. & de officio in choro agit eleganter Trid. synodus sess.24. de Reform. cap.12. vers. *Omnes*. De vòce verò in Capitulo text. in cap. *Cum in Ecclesia*. 25. de præb. lib.6. cap. *Nouit*. cum alijs ibidẽ de his, quæ fiunt à præl. sine consensu cap. prosequuntur latè de Canonicis *C. Relatũ* *Ca. Dilectus.* *C. Pro illorum.* *C. Dilecto.* *Trident.* *Cap. Cum in Eccles.* *C. Nouit.*

Pe.Greg. nicis agentes vltra antiquiores, Petr. Gregor. syntagm. d. libr. 15. cap. 23.
per tot. Zechius de Rep. Ecclesiast. Zechius.
cap. 24. à princ. Asor. d. tom. 2. mor. Asor.
lib. 3. cap. 11. Duar. lib. 1. de sacr. Ec- Duar.
cle. min. cap. 18.

12 Deinde clerici illi, qui in iure vocantur Assisij, & alio nomine Mansionarij, quod videlicet in eisdem Ecclesijs assiduè, & veluti permanenter officium canendi in choro, & diuina celebrandi obire teneantur; quorum fit mentio in cap. *Si quis Episcopus*. 1. q. 1. & in cap. pen. vbi gloss. verb. *Assissios*, de cler. non resid. qui canonicis inferiores sunt, ab eisq; differunt in stallo, in choro, & voce in Capitulo; dicunturque vulgari nomine *Raçoeiros*, vt explicant Alber. in dictionario, verb. *Assisij*, Selua de benef. p. 1. q. 2. n. 47. Zechius n. 2. Petr. Greg. à n. 11. Asor. cap. 9. & 10. suprà citatis locis, Fabric. tit. de reliq. stipend. Eccles. à princip. & nu. 12. Vnde immeritò P. Soar. d. lib. 4. de simon. cap. 29. n. 10. asserit, se non inuenire expositionem illius nominis. Mansionarij, de quo in d. cap. *Si quis Episcopus*, aliter declarās; cum tamen frequens sit, & à prædictis auctoribus latè tractata.

(C. Siquis Episcopus. C. penult. Alberi. Selua. Zechius. Pe. Greg. Asor. Fabric. Soar.)

13 Posteà Capellani, qui scilicèt capellanias obtinent auctoritate Episcopi institutas, si in perpetuum, non verò ad tempus amouibiliter ad nutū in eis intitulentur. Has enim Capellanias verè esse beneficia Ecclesiastica, & subindè officium spirituale annexum habere, deducitur ex tex. in cap. *Quæsitum*, qui loquitur de altaribus, quæ sunt idem atque Capellæ, vt infrà. i. q. 3. & notāt gloss. in Clem. 2. de decim. Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 11. à princ. Anton. Fabr. tit. de Capellis, & Capellanis, n. 25. Selu. de A benef. 1. p. q. 3. n. 23. Rebuf. tit. sæculare beneficium quotuplex n. 14. Gōsal. cum pluribus à se citatis ad reg. 8. Cancellar. glos. 5. in princ. n. 68 Garc. de benefi. 1. p. cap. 2. n. 95. Asor. mor. Instit. 2. p. lib. 3. cap. 8. q. 3. Petr. Greg. in instit. rei benefic. cap. 11. n. 10. & syntagm. p. 2. lib. 15. cap. 29. n. 5.

(C. Quæsitum. Glossa. Fus. Fabric. Selua. Rebuf. Gonsal. Garc. Asor. Pe. Greg.)

14 Huiusmodi autem capellaniç modo habent oratorium per se, seu Ecclesiam, aut ædem sacram cum plebe, vel sine illa separatam; & tunc magis B propriè dicuntur capellæ, vt in Rubrica, & cap. 1. *De Capell. monach.* modò altare tantum in aliqua æde sacra, seu templo ab alijs altaribus diuisum; & tunc magis appellātur Capellaniç. Vnde literæ Apostolicæ de priorib⁹ loquentes diriguntur sub hac forma; videlicèt, vt ex sequentibus verbis apparebit. *Rectori Capellæ N. de posterioribus vero N. perpetuo Capellano in sacra æde, seu templo N.* explicant latiùs ex Rebuf. Petr. Gregor. d. cap. 29. n. C 2. Asor. d. lib. 3. cap. 1. q. 5. ad fin. & cap. 8. q. 1. cui tamen non assentior dum putat, altaria, quorum meminit tex. in cap. *Recolentes*, ibi, *Ecclesias, vel altaria*, de stat. monach. d. cap. *Quæsitum*. 1. q. 3. distincta esse beneficia à prædictis Capellanijs; idem namque sunt, & modo vno, modo alio nomine in iure vocatur ex Petr. Greg. suprà nu. 1. De origine verò nominis, Capellæ, videbimus glos. vltimam in cap. *Concedimus*, de consecrat. dist. 1. Asor. d. cap. 3. q. 2. Petr. Greg. d. n. 1. & D circa altaria multa tradit Stephanus Durant. de ritibus Ecclesiç lib. 1. cap. 15. & 25.

(Rub. de Capellis. Pe. Greg. Asor. Cap. Recolentes. C. Quæsitum. Pe. Greg. Glossa. Asor. Durant.)

15 Porro modo dicta circa Capellas nequaquam procedens in illis, quę in

Cabedo. *Gonsal.* *Ord. Reg.* *Lara.* *Pe. Greg.*

nostra Lusitania passim instituuntur ex bonis profanis cum onere missarum, seu aliorum piorum operum, & absque auctoritate Episcopi; tales etenim nullo modo inter officia, aut beneficia Ecclesiastica numerãtur; imò tanquam merè profanæ iure sanguinis, aut hæreditario deuoluuntur ad instar fideicommissorum, seu maioratuum, iuxta tradita per Cabed. 2. p. decis. 51. à nu. 4. cum sequentibus; quod ipsum de capellis Hispanię tradunt citati à Gonsal. supra n. 34. & potestati sæculari Regis, magistratuũvè sæcularium subiectæ manent ex Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 39. Lara de aniuers. & Capell. lib. 2. cap. 1. à n. 3. aduertit etiam Petr. Gregor. d. cap. 29. n. 11. De Capellanis autem Papæ hic sermo non est; non enim officium obtinent Ecclesiasticum ratione beneficij; sed sunt iurisperiti, qui in officijs diuinis summo Pontifici inseruiunt in sua Capella; in qua qui olim causas, & controuersias idem summus Pontifex audiebat, illisque multoties earum audientiam delegabat, vt ex ipsorum relatione posteà iudicaret, factum fuit, vt processu temporis, crescente negotiorum multitudine non solùm audientia, sed etiam decisio eisdem committatur. Vnde auditores sacri Palatij dicti, & nunc Auditores Notæ nuncupati, & quod per Notã, id est, ordinem illis sedentibus examini, officiumque Ecclesiasticum obtinere censentur ratione iurisdictionis, vt explicant ex alijs Petr. Greg. d. cap. 29. à n. 13. & 14. Zechius de rebus Eccl. cap. 11. n. 1. Additque Greg. proximè, ex istis Capellanis Papę alios esse commensales, alios honoris tantum titulo donatos cum stipẽdijs;

Pe. Greg. *Zechius.*

alios denique sine illis; de quibus Boer. q. 17. n. 9. Ioann. Gallus in quæst. decisis per Arest. Parlam. q. 31. *Boerius.* *Gallus.* *Parlam.*

A

16 Defensarij verò, & pręstimoniarij maius dubium est, an officium Ecclesiasticum obtineant ratione simplicis beneficij? idque propter controuersiam Doctorum disputantium, an pensiones, & præstimonia beneficia Ecclesiastica sint censenda, quia de illa alibi opportuniùs. Nunc quod attinet ad propositum resoluendum videtur, pensionarios, quibus pensiones in titulum assignantur ex redditibus beneficiorum, tanquam clericis in sustentationis stipendium, cum videlicet beneficijs renunciant, vel aliter officium Ecclesiasticum habere, quia huius pensiones verè beneficia sunt Ecclesiastica, quibus officium illud est annexum cum onere recitandi saltem officiũ paruum Beatæ Mariæ, sicque procedit text. in cap. *Ad audientiam.* 31. de Rescript. in quo pẽsiones inter beneficia Ecclesiastica cõputantur; vbi constanter tuetur Barbat. à nu. 5. cum sequentibus, Rebuf. de nomin. q. 9. n. 37. Gig. de pension. q. 1. 21. & 28. Nauar. cons. 59. n. 1. & 2. & consil. 61. n. 3. de simon. plures, de quib. Garc. de benefic. d. 1. p. cap. 5. n. 9. & 10. & eleganter prosequitur P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 26. quicquid alij reluctentur, cum quibus Asor. d. 2. p. lib. 3. cap. 5. q. 2.

B C

Cap. Ad audientiã. *Barbat.* *Rebuf.* *Gigas.* *Nauar.* *Garc.* *P. Soar.* *Asor.*

17 Similiterque Pręstimoniarij in officio Ecclesiastico esse dicentur, si habuerint præstimonia collata in titulũ beneficij perpetui, quæ vulgari sermone Lusitano, *Aprestimos*, dicimus, hæc enim verè etiam sunt beneficia Ecclesiastica, vt probant tex. sic intelligen-

D

Cap. vlt. Trident. telligendi in cap. vlt. ibi, *Præstimonijs*, de conceff. præb. lib. 6. Trid. sess. 14. A de Reform. cap. 9. & sess. 23. de Reform. cap. 18. dum inter beneficia Ecclesiastica enumerat etiam præstimonia, seu præstimoniales pensiones, & *Oldradus Host.* tradunt Oldrad. conf. 81. n. 2. Host. in cap. *Postulasti*, de Rescript. & multi alij antiquiores, ac nouiores, quos referunt, & sequuntur Hoieda de incō- *Hoieda. Garc. Gonsal. Fabric.* patib. 2. p. cap. 8. à n. 8. Garc. de benefic. 1. p. cap. 2. à n. 117. Gonsal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 2. nu. 9. Fabric. in prax. & theorica benefic. tit. de præs- B timonijs à n. 4. Asor. d. lib. 3. cap. 7. q. *Asor. Lara. Pij 5. constitutio. Nauar.* 1. Lara de Anniuers. lib. 2. cap. 8. à nu. 53. Et ex constitutione Pij 5. incipit, *Ad perpetuam rei memoriam*, quam refert Nauarr. in Manu. cap. 25. n. 112. tenentur officium diuinum recitare, quod sufficit, vt Ecclesiæ inseruire, ministeriumque, & officium Ecclesiasticum habere dicantur, vt aduer- *Asor.* tit Asor. d. q. 11. in fin. Quod si præstimonia fuerint solum stipendia, quę studentibus, vel militantibus pro Chri- C stianæ fidei defensione dari consueuerè absque aliquo onere spirituali (quæ videtur esse prima illorum origo, & constitutio, vt docent modò citati) prout hodiè in nostra Lusitania nonnulla reperiuntur concessa Marchionibus de Villareal, tunc illa obtinentes nequaquam officium Ecclesiasticum habere cēsendi sunt; quia talia præstimonia verè beneficia non *Hoied. Gonsal. Asor. Fabric. Flamin.* sunt, vt eleganter ad propositum distinguunt Hoieda n. 12. Gonsal. n. 10. Asor. d. q. 1. Fabr. n. 4. & 7. sup. Flamin. D de resign. benefic. lib. 2. q. 1. à n. 124.

18 Prædictis omnibus, qui officium Ecclesiasticum habere dicuntur ratione beneficij curati, vel simplicis annumerant etiam Doctores Coadiutores, seu Adiutores, qui Ecclesiarum rectoribus morbo, seu impedimento alio detentis conceduntur; de quibus per totum tit. de Cler. ægrot. *Tit. de cleric. ægrot.* vel etiam Canonicis, seu alijs beneficijs; hos etenim non solùm officium Ecclesiasticum habere, sed etiā prælationem cum cura animarum, proindèque verè beneficiarios esse tradit glos. verb. *Curam*, in cap. *de Rectoribus*. glos. verb. *Administrationis* ad *Glossa. Cap. Tua nos.* med. in cap. *Tua nos*, de Cleric. ægrot. Confirmarique potest ex verbis tex. ibidem, ibi, *administrationis officio*: & ex multis adductis per Gōsal. ad reg. *Gonsal. Glossa.* de mensibus, glos. 5. §. 9. à nu. 2. cum sequentibus vsque ad nu. 18. quibus probari videtur, adiutores veros esse prælatos cum administratione. Verū quia in contrarium stat communis ferè omnium Doctorum sententia cōtendentium, adiutores, seu coadiutores beneficiarios non esse, neque prælatos, quia beneficij, & prælaturæ titulum non habent (vtpotè qui residet penes coadiutum; & penes duos esse non potest) sed tantum functionem, & ministerium, vt docent Abb. *Abb.* in d. cap. *de Rectoribus*. n. 6. Asor. d. lib. *Asor.* 3. cap. 2. q. 4. Gonsal. d. §. 9. n. 19. & à *Gons.* n. 64. cum multis sequentibus, Petr. *Pe. Greg.* Greg. rei benefic. cap. 11. n. 2. & syntagm. 2. p. lib. 15. cap. 25. n. 1. Garc. de *Garc.* benef. 4. p. cap. 5. à n. 122. Anton. Fa- *Fabric.* bric. tit. de offic. & administr. n. 20. cū sequentib. & noster Lusitanus Gon- *Mendes de Vasconc.* disal. Mendes de Vascōcelos diuerf. iur. argum. lib. 4. cap. 1. n. 8. inde multa deducentes. Et ad fundamentum contrarium glo. verb. *Curam*, verbaq; *Glossa.* tex. in d. cap. *Tua nos*, benè respondet cum Abb. Asor. suprà. *Asor.*

Dicen-

19 Dicẽdum videtur, adiutores alios quidem esse temporales, seu simpliciter datos absque futura successione, cum videlicet deputantur ob infirmitatem, vel aliud impedimentum proprij beneficiarij; de quibus in d. tit. de cler. ægrot. in Decret. & 6. & per totum. 7. q. 1. Quæ impedimenta refert Gonsal. d. glo. 5. §. 9. à n. 20. & illorum materiam, & compendium reduxit Ioan. Andr. in cap. vlt. de Clericis non resid. vbi prosequuntur Anton de Butrio, & Imol. Afor. d. cap. 2. Gonsal. d. §. 9. Garc. d. cap. 5. à n. 4. & alij ab eisdem citati. Alios verò datos in perpetuum cum futura successione, vt per cessum, vel decessum proprietarij in beneficio succedant; quorum vsus licet non reperiatur de iure communi, vt asserit Cassad. dist. 2. n. 2. de rest. spol. Posteà tamẽ stillo Curiæ fuit introductus, & data iusta causa multoties conceduntur in Canonicatibus, & dignitatibus; rarissimè verò in parochialibus, teste Gonsal. d. §. 9. n. 48. & 51. de illisq; latè agunt Mandos. in praxi signaturæ gratiæ, titul. Coadiutoriæ, vers. *Altera.* idem Gonsal. à n. 40. Garc. à n. 13. & 53. suprà meminitque Trid. sess. 25. de reform. cap. 7.

Tit. 7. q. 1. Gonsal. Ioan. Andr. Butrio. Imola. Afor. Cassad. Gonsal. Mandos. Gonsal. Garci. Trident.

20 Ex his priores nempe simpliciter dati ob impedimentum absque futura successione verè beneficiarij non sunt, vtpotè deficiente titulo; proindeque officium Ecclesiasticum ratione beneficij non obtinent; sed tantũ illius officij functionem, & ministerium loco proprietarij adiuti, & in hoc sensu dicuntur habere curã animarum in d. cap. *de Rectoribus*, verbo *Curam*; nempè functione, & ministerio, non iure, habitu, seu potestate; & in eodem sensu dicitur in d. cap. *Tuanos*, beneficiorum proprietarium remouendum esse ab administrationis officio. i. à functione, & actu illius nõ à iure, & potestate, vt benè interpretantur Abbas, & Afor. supra citatis locis. Eodemque modo procedunt omnia adducta per Gonsal. d. §. 9. à n. 2. quæ in contrarium adduci poterant.

C. de Rectoribus. Cap. Tuanos. Abbas. Afor. Gonsal.

21 Posteriores verò, nempe dati in perpetuum cum futura successione, probabiliter dici potest, verè beneficiarios esse; officiumque Ecclesiasticum in Ecclesia ratione beneficij habere; licet etiam in his illud constanter negent Afor. d. cap. 2. q. 4. vers. *Roget quispiam*, Gonsal. d. §. 9. à n. 64. Garc. d. cap. 5. n. 122. Tales enim semper deputantur cum congrua portione; argumento tex. in d. cap. *De rectoribus*, ibi, *Congruam recipiat portionem, &c.* & sunt perpetui, irreuocabilesque. Vndè fit, vt habeant ius perpetuum recipiendi redditus Ecclesiasticos propter officiũ spirituale, in quo natura beneficij consistit. Neque obstant rationes aduersæ; solum enim euincunt, hos coadiutores non habere ius in ipsomet Canonicatu, nec titulum illius, neque per illorum obitum vacare (hæc namque omnia, & alia competunt coadiutis, vt prosequuntur Gonsal. & Garcia citati) non tamen concludunt, eos non habere ius in ipsamet coadiutoria, neq; illius titulum obtinere; illum namquè habent; coadiutoria enim perpetua cum futura successione continet per se gratiam specialem distinctam, & separatam à gratia coadiuti, vt fatentur Gonsal. n. 53. Garc. suprà, qui titulum tribuit; neque inconuenit, quod coadiu-

Afor. Gonsal. Garc. C. de Rectoribus. Gonsal. Garc. Gonsal. Garc.

coadiutus retineat titulum sui beneficij; coadiutor verò titulũ diuersum coadiutoriæ nanciscatur; & in vtroque titulo beneficium detur, quemadmodum ex doctrina eiusdẽ Asor. d.lib.3.cap.6.q.5. vers. *Obijcies*, cernitur in simili in vicario perpetuo Ecclesiæ vnitæ respectu rectoris principalis; vterque enim verum titulum beneficij habet; nempe Rector in rectoria, seu prælatura, Vicarius in vicaria perpetua, indeq; Doctores multa, quæ solis beneficiarijs competũt, coadiutoribus tribuunt, quæ prosequuntur ijdem Gonsal. d. §.9. Garc. d.cap.5.per totos. Quę tamen loquẽdo consequentèr ad eorundem sententiam illis omnino neganda forẽt.

Asor. *Gonsal.* *Garc.*

22 In eodem etiam officio Ecclesiastico ponuntur ab aliquibus vicarij temporales Ecclesiarum qui ad tempus solummodò, vel ad voluntatem constituentis deputantur; veluti quãdo vna Ecclesia parochialis, seu Cathedralis alteri æquè principalitèr vnitur, vt factum fuit in terminis cap. 1. *Ne sede vac.* bonus text. in cap. *Et tempus*. 16. q. 1. vnus enim solus est vtriusque rector, seu prælatus, & in altera, in qua actu non inseruit, vicarium ad tempus constituit, non perpetuum d. cap. *Et temporis*. Rebuf. In prax. tit. de Vicario perpetuo, nu. 3. Gonsal. glos. 5. §. 3. n. 12. & in multis exemplis, de quibus in iure passim fit mentio, prout in cap. *Peruenit*. 28. de appellat. cap. *Ex eo*, vers. *Porro*, de elect. in 6. Extrauag. *Execrabilis*, vers. *Quantum autem*, de prebend. Ioan. 22. & in alijs iuribus, quæ referunt glos. vlt. in cap. *Si pauper*. 30. de præbend. lib. 6. idem Gonsal. n. 14. 15. & 16, iuncto n. 35. & 36. suprà. Asor. 1. p. lib. 3.

Cap. 1. ne sede vac. *Cap. & tẽpus.* *Rebuf.* *Gonsal.* *C. Peruenit.* *C. Ex eo.* *Extrau. Execrabilis.* *Glos.* *Gonsal.* *Asor.*

A cap. 6. q. 3. & apud nos in hoc Regno Lusitano cernere est in illis, quos vocamus, *Curas*, & in Castella, *Tenientes de Curas*, qui rectorum Ecclesiarum parochialium vicarij sunt; singulo quoque anno constituti, vt eos in regimine Ecclesiarum adiuuent, & eorum etiã in absentia inseruiant, propter quod ab ordinario loci literas de regendo impetrant, quas dicimus, *Cartas de Curas*, quarũ meminit Petr. Gregor. syntagm. 2. p. libr. 5. cap. 24. n. 17.

Pe. Greg.

B 23 Cæterum aduertendum, istos vicarios temporales Ecclesiarum functionem quidem officij, ministerijq; Ecclesiastici habere; nullatenùs tamẽ officium Ecclesiasticum ratione beneficij obtinere, quia verè beneficiarij nõ sunt, neq; ipsa vicaria beneficiũ, cũ non detur in titulum, neque in perpetuum, sed ad tempus, vt benè tradunt Asor. d. cap. 6. q. 5. Gonsal. d. §. 3. n. 35. & 45. vbi ex n. 88. vsque ad n. 45. plures inde effect⁹ deducit; fuitq; C in terminis sententia d. glos. vlt. in d. cap. *Si pauper*, quam sequuntur communiter Doctores ibi, & in cap. *Postulasti*, de Rescript. Petr. Greg. in instit. rei benefic. cap. 11. n. 16. & 17. & syntagm. iuris vniuersi d. lib. 15. cap. 37. n. 1. & d. cap. 24. n. 17.

Asor. *Gonsal.* *Glos.* *C. Postulasti.* *Pe. Greg.*

24 Quid autem dicendum sit de officijs illorum, qui hospitalibus, & pijs locis regendis præponuntur, infrà videbimus. Et hæc de officijs Ecclesiasticis ratione beneficij simplicis sæcularis; ratione autem curati benefiD cij, vel simplicis regularis (de duplicibus enim, i. dignitatibus regularibus iam supra mentionem fecimus) officium Ecclesiasticum obtinere dicũtur omnes illi, qui vel curata, vel simplicia

plicia regularia beneficia poſsident, nempe illa, quæ ex fundatione, dotatione, aut ordinarij, ſeu ſuperioris inſtitutione, vel ſaltem ex præſcriptione regularibus tantùm conferuntur; hæc enim regularia in iure appellantur, iuxta textum, & ibi notata per Doctores in cap. 1. *de Capell. monach.* cap. *Cum de beneficio*, 5. cap. *Cum ſingula*. 32. de præbend. lib. 6. Clem. 1. *de ſuppl. negl Prælat.* Clem. 1. *de elect.* Trid. ſeſſ. 14 de reform. cap. 10. Rebuf. in prax. tit. Regularia beneficia, num. 1. Aſor. d. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 1. Garc. de benefic. 1. p. cap. 6. nu. 13. & 17. cap. 10. à princip. Gonſal. in Reg. de menſibus gloſ. 8. à n. 1.

C. *de Capell. mon.* C. *Cum de beneficio.* Ca. *Cum ſingula.* Clem. *de ſuppl. negl. præla.* Clem. *de elect.* Trid. Rebuf. Aſor. Gracia. Gonſal.

25 Huiuſmodi ſunt clerici, quibus cõmittuntur in perpetuum Prioratus Abbatiæ, Vicariæ perpetuæ, Capellaniæ, & alia beneficia Eccleſiarum ordinum Regularium cum certa portione reddituum Eccleſiaſticorũ pro miniſterio ſpirituali, & adminiſtratione ſacramentorum in eiſdem Eccleſijs exercenda, vt in terminis d. cap. 1. *de Capell. monach.* Clem. 1. *de ſuppl. neglig. Prælat.* Trid. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 11. & alibi. Tales enim vere beneficiarij ſunt, & proindè ratione beneficij, officio Eccleſiaſtico incũbunt, vt omnes fatentur; neque de his, ſi clerici ſeculares fuerint, vel etiã regulares, prout paſsim videmus, clericos Ordinum militarium eſt aliqua dubitatio; quia in eorum perſona nihil inconuenit, quod habeant ius recipiẽdi redditus Eccleſiaſticos in perpetuum propter officium ſpirituale, in quo beneficij eſſentia conſiſtit.

C. 1. *de Capel. mon.* *Clem. 1. de ſup. negl.* *Trid.*

26 Sunt etiam Monachi, & alij regulares obtinentes dictos prioratus, & alias adminiſtrationes Eccleſiarũ, quę ſimiliter monaſterijs competunt, vel A in titulum, vel in proprietatem, vel vtroque iure, prout in ſpecie cap. *Paſtoralis*, cap. *Conſultationibus*, de donat. c. *Conſtitutus*, de relig. domibus, & alibi. Tales enim adminiſtrationes verè etiam beneficia ſunt Eccleſiaſtica cum officio ſpirituali; vt eſt tex. & ibi glo. verb. *Reuocari*, in d. Clem. 1. ibi, *Et alia beneficia*, de ſuppl. neglig. prælat. tradunt Federic. conſ. 55. Nauar. cõment. 2. de regular. nu. 6. Aſor. Mor. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 2. Gonſal. de mẽ- B ſibus gloſ. 8. n. 115. Garc. de benefic. 1. p. cap. 2. n. 69. Flam. de confident. q. 16. & alij. Licet enim, vt explicat Aſor. proximè dicantur adminiſtrationes, & iure adminiſtrationis monachis conferri, illud eſt propter votum paupertatis religioſorũ eas obtinentium, & quia ad nutum ſuperiorum amoueri poſſunt, iuxta cap. *Cum ad monaſterium*, §. *Tales*, de ſtatu monach. cap. 1. §. *In eos*, de priuileg. in 6. Ideòque non tollit, quo minus verè ſint beneficia, quia de ſe, & ſua natura C perpetua ſunt, quanuis efficiat, vt religioſi eas obtinentes verè beneficiarij dici non poſsint propter obedientiam, & votum, quia nec dominium reddituum acquirunt, nec in perpetuum præficiuntur: vt elegantèr in terminis declarat Gambar. de officio leg. lib. 4. cap. 1. n. 15. & 16. citans Rotam deciſ. 739. n. 6. p. 1. diuerſorum, quem ſequitur Gonſal. de menſibus gloſ. 5. §. 6. n. 31. ſecundum quæ accipiẽda ſunt quæ in hac quæſtione tra- D dunt Aſor. ſuprà Cened. canon. cap. 20. à n. 25. & alij.

C. *Paſtoralis.* C. *Conſultationib.* C. *Conſtitutus.* *Gloſſa.* *Feder.* *Nauar.* *Aſor.* *Gonſal.* *Garc.* *Flam.* C. *Cum ad miniſter.* C. *p. 1. de priuileg.* *Gamb.* *Gonſal.* *Aſor.*

27 Numerantur quoque ijdem monachi, omneſque in vniuerſum religioſi profeſsi ordinum Regularium, quatenùs

quatenùs tales sunt; quos quidem officium Ecclesiasticum obtinere ratione beneficij ex eo probatur; quia cõmuniter Doctores resoluunt, monachatum per se esse beneficium regulare, vt ex doctrina glossæ, verb. *Beneficijs*, in princip. in Clem. 2. de iudic. & Abb. in cap. 2. notab. de stat. monach. tradunt Selua de benef. 1. p. q. 2. n. 76. Rebuf. in prax. d. tit. Regularia beneficia, n. 6. Petr. Gregor. in instit. rei benef. cap. 10. numer. 27. Gonsal. dict. gloss. 8. numer. 115. & alij varias adducentes rationes. Sed

Glos. Abbas. Selua. Rebuf. Pe. Greg. Gonsal.

28 quia contrariam sententiam tuentur idem Abb. in dict. Clem. 2. de iudic. vbi Bonifac. n. 31. Feder. d. cons. 5. nu. 5. Asor. d. 2. p. lib. 3. cap. 26. q. 7. Neque glos. in d. Clem. 2. oppositum dicit, sed tantum esse officium,

Abbas. Federic. Asor.

29 Ideòque ad propositum resolue ex mente Asorij proximè, & aliorũ, monachos quidem verè officium habere Ecclesiasticum, & spirituale, quatenùs diuino cultui, orationi, & contemplationi mancipantur, iuxta tex. in cap. *Duo sunt genera*. 12. q. 2. cum multis traditis per Bellarm. tom. 1. controuers. 5. generali, lib. 2. de Monach. cap. 2. cum sequentibus. Petr. Gregor. syntagm. p. 2. lib. 15. cap. 14. à principio. Et in hoc sensu officium etiam clericale habere, prout locum habent, seu ius in monasterijs choro deputatum; quod quidem officium clericale dicitur cap. 1. vbi Innoc. n. 4. de Celebrat. miss. Nauar. in cap. *Quãdo*, notab. 7. corol. 15. de consecrat. dist. 1. Sot. libr. 10. de iust. quæstione 5. articul. 3. & in his terminis posse beneficiarios aliquo modo appellari. Strictè tamen, & propriè loquendo tales non esse, quia refragante voto paupertatis ex eo quod monachi sint, non habent titulum aliquem cum portione reddituum Ecclesiasticorum separata, prout requiritur ad essentiam beneficij; imò in communi viuunt sine proprio, aut acquisitione, iuxta notata in cap. *In præsentia*, de probat. cap. *Cum ad monasterium*, de stat. monach. cum alijs.

Cap. Duo sunt. Bellarm. Pe. Greg. Innoc. Nauar. Sot. Cap. In præsẽtia. C. Cũ ad monaste.

30 Adduntur etiam Canonici Regulares, quales sunt hodie in Regio monasterio Sanctæ Crucis Colimbriensis in nostra Lusitania, & alibi, de quibus in iure fit mentio in cap. *Cum olim*. 14. de priuileg. cap. *Quod Dei timorem*, de statu monach. nam istos propriè beneficiarios esse conueniunt vtriusque sententiæ Autores in dicta Clementin. 2. & Asor. proximè. Sed idem de illis dicendum videtur, atque de cæteris monachis, quia etiam communem vitam degunt separatam portionem reddituũ non habentes, neque proprium, imò paupertatis voto prout alij sunt adstricti. Quare officium Ecclesiasticum, & spirituale habent, beneficium tamen propriè loquendo, minimè.

Cap. Cum olim. Ca. Quod Dei. Clem. 2. Asor.

31 Denique præceptores Ordinum militarium prout in nostra Lusitania sunt illi, qui vulgariter appellantur, *Commendadores*, ordinis Domini nostri Iesu Christi, & Sancti Benedicti de Auis, & in Castella Sancti Iacobi de Spata, Alcantaræ, & Calatrauæ, aliorumque ordinum militarium in alijs regnis, militesque Sancti Ioannis Hierosolymitani, & templi, de quibus iure communi loquitur textus in capite *Cum deputati*, de iudic. vocans eos præceptores, & explicant ibidem Doctores communiter Asor.

Cap. Cum deputati. Asor.

d. 2. p. libro 3. cap. 26. quæſtione 8. & latiùs 1. parte, libro 13. cap. 3. cum ſequentibus, Petrus Gregorius dicto *Pe.Greg.* libr 15. cap. 34. cum ſequenti, & alij. Nam tales officium ſui ordinis ex Eccleſiæ inſtitutione dicuntur exercere dict. cap. *Cum deputati*, videlicèt militando aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes, & Religioſi, ac fratres etiã *Ca. Cum & plantare.* appellantur, eorumquè præfectus Prior, cap. *Cum & plantare*. 3. in principio, cap. *Tuarum*. 11. de priuileg. *C.Tuarũ* cap. *Dudum*, de decimis, & alibi; ra- *C.Dudũ.* tioneq; huius officij percipiunt redditus Eccleſiaſticos in titulum perpetuum perceptoriæ, ſeu commendæ. Quare cùm ſint verè beneficiarij, & huiuſmodi præceptoriæ beneficia Eccleſiaſtica regularia, vt tradũt Barbat. in Clem. *Cauſam*, de elect. & *Barbat. Garc. Cabedo. Ajor.* multis citatis, Garc. de benefic. 1. p. cap. 4. Cabed. de patrimon. Regiæ Coronæ, cap. 15. à num. 7. Aſor. ſuprà d. cap. 26. q. 9. merito etiam in officio Eccleſiaſtico ratione beneficij regularis eſſe dicentur.

32 Quibus tamen non obſtantibus contrarium verius exiſtimo, nempè hos præceptores neque ratione beneficij, neque alio modo officium Eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale obtinere, ſed magis temporale. Nam præceptoriæ huiuſmodi non dantur propter officium Eccleſiaſticum, aut ſpirituale recitandi horas Canonicas, aut ſaltem Beatæ Mariæ; neque hoc onere adſtringuntur, ſed magis propter operam temporalem militandi; ſcilicèt contra infideles. Et licet hoc ſit pro Eccleſia, & ex ipſius inſtitutione, & cum redditibus Eccleſiaſticis, non tamen ſufficit, vt officium Eccleſiaſticum ſit, cum miniſterium illud natura ſua ſit temporale; quemadmodum videre eſt in aliorum officijs, Oeconomo, Syndico, & ſimilibus, de quibus infrà agemus; qui licet Eccleſiæ inſeruiant cum certa portione redditυum Eccleſiaſticorum; quia tamen inſeruiunt in miniſterijs temporalibus, nec beneficiarij ſunt, neque officium Eccleſiaſticum habere dicuntur.

Atque ita circa has præceptorias 33 eleganter tradit Soares de Religione *P.Suar.* tom. 1. libr 4. de ſimonia, capite 27. num 6. aſſerens eſſe ſubſidia, vel ſtipendia temporalia data pro oneribus tantùm temporalibus; & eiuſdem fuiſſe ſententiæ Victor. & Aragon. *Victor. Aragon.* in locis, quos citat; & communiter omnes viros Doctos Caſtellæ, & Luſitaniæ, vbi huiuſmodi commendæ frequentiores ſunt. Similiterque non eſſe beneficia Eccleſiaſtica defendunt Mandoſ. regul. 3. Cancell. *Mandoſ.* q. 11. n. 3. Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. *Pe. Greg.* 34. nu. 2. latiſsimè ad vtramque partem diſputans Aſor. ſibi contrarius *Aſor.* Mor. p. 1. lib. 13. cap. 3. q. 4. per totam, Anton. Fabric. in praxi, ac theorica *Fabric.* rei benef. tit. de præceptorijs à n. 5. & cum eàdem reſolutione remanet tandem Cabed. d. cap. 15. à num. 15. *Cabedo.* Licet huiuſmodi præceptores, ſi non beneficiari, neque verè religioſi ſint; perſonas tamen Eccleſiaſticas eſſe verior ſit ſententia, de qua alibi dicemus opportunius.

Aduertes autem modo dicta ſolum intelligenda eſſe de militibus prędictorum ordinum, qui huiuſmodi præceptorias, ſeu commendas obtinent; non autem de clericis, qui in Collegijs, ſeu Conuentibus eorumdem

dem ordinum recipiuntur ad obeunda diuina mysteria; laudes in choro canendas, & sacrificia celebranda; tales enim si Ecclesijs ordinum præficiantur, vt solet, verè beneficiarij sunt regulares; & subindè ratione beneficij officium Ecclesiasticum obtinere dicentur, vt elegantèr aduertit idem Asor. proximè §. *Adnotandũ est*, cum duobus sequentibus. *Asor.*

Et hæc in vniuersum de illis, qui officia Ecclesiastica habent in Ecclesiæ Hierarchia ratione beneficij.

§. V.

De Officijs Ecclesiasticis ratione administrationis, siue rerum sacrarum, siue Ecclesiasticarum temporalium, siue piarum actionum, & locorum.

SVMMARIVM.

1 *Ratione officij simpliciter Ecclesiastici distinctio personarum in Ecclesia reperitur.*

2 *Sacrista ratione administrationis officium obtinet Ecclesiasticum.*

3 *Quod fuisset munus Archidiaconi, cui sacrista erat subiectus?*

4 *Vnde Thesaurarius Ecclesiæ appelletur.*

5 *De iure communi Thesaurarius solum erat officium Ecclesiasticum, ex consuetudine tamen, & statutis Ecclesiarum Cathredaliũ dignitas Ecclesiastica, & beneficium censetur.*

6 *Custos Ecclesiæ officium Ecclesiasticum habet.*

7 *Quæ sint de officio Custodis?*

8 *Munus ostiarij est claudere, & aperire ianuas, & fores Ecclesiæ.*

9 *Qui dicantur æconomi?*

A 10 *Oeconomi Ecclesijs vacantibus dabantur per ordinarios, & quid hodiè in Cathredalibus?*

11 *In quo differant Oeconomi à syndico, & procuratore?*

12 *Qui in hoc Regno vulgari sermone dicantur Iconomi.*

13 *Quale sit officium vice domini, seu Maior domus.*

24 *An Syndici, Aduocati, Procuratores, Actores, Castaldi, & Defensores Ecclesiarum officium habeant Ecclesiasticum?*

B

15 *Cellerarij, aliàs Cellarij qui dicuntur?*

16 *Operarij vnde appellantur, & quod officium habeant?*

17 *De ipsorum origine.*

18 *Quis hodie officium operarij exerceat, & quæ portio operaria vocetur?*

19 *Qui sint Obituarij?*

20 *An Rectores hospitalium, & aliorum piorum locorum præpositi habeant officium Ecclesiasticum?*

C

21 *Qui appellentur Procotrophi?*

22 *Qui Brephotrophi?*

23 *Mesomij vnde dicuntur?*

24 *Nesocomia, vbi morbo lepra percussi curantur, leprosarij appellari solent.*

25 *Gerocomij, seu Gerontocomij quales sint?*

26 *Eleemosinarij vocantur, qui deputati sunt eleemosinis faciendis, & loca, redditusq; ad id deputati eleemosinarij nuncupantur.*

27 *Obiectiones, quibus probari videtur, hæc omnia supradicta officia non esse Ecclesiastica ratione beneficij adijciuntur.* D

28 *Idem etiam respectu administrationis probari intenditur.*

29 *Resoluitur, supradicta officia, paucis exceptis vere Ecclesiastica esse ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum, & piarum actionum.*

30 *Idem dicendum est de hospitalibus, & alijs pijs locis.*

31 *Quando hospitalia loca pia recensentur.*

32 *Soluuntur obiectiones suprà posita.*

33 *An prædicta officia vendi possint absque vitio simonia.*

34 *Fundamenta negatiuæ partis soluuntur.*

35 *Quæ simonia in venditione talium officiorum committatur?*

1 Ratione quoque officij simpliciter Ecclesiastici distinctio personarum in Ecclesia inuenitur, vt iam suprà diximus; & benè asserit Petr. Greg. syntagm.2 p.lib.15.cap.39. Cum verò officium Ecclesiasticum consistat in administratione rerum sine iurisdictione, vt suprà etiam notauimus, rectè per respectum ad diuersitatem rerum, quæ administrantur, diuersa etiam officia distinguntur. *Pe.Greg.*

2 Et in primis ratione administrationis rerum sacrarum officium Ecclesiasticũ propriè habet ille, qui rebus sacris Ecclesiæ custodiendis præpositus est, qui appellatur in iure sacrista; de quo agitur in tit. de offic. sacristæ in Decretal sic dictus, quia quemadmodum locus in quo sacræ res deponuntur, & custodiuntur, etsi aliàs priuatus sit, sacrarium appellatur, l. *Sacra loca*, 9. vers. *Illud notandum*, ff. de rerũ diuisione; indèque communi nomine sacrarium per antonomasiam dicitur locus ille, in quo sacrosancta Eucharistia in Ecclesijs custoditur, iuxta decretum Conc. Gener. Lateran. relatũ in cap. 1. de Custodia Eucharistiæ, ita & præpositus rebus illis sacris custodiendis ab earũdem rerum sacrarum nomine sacrista nuncupatur, vt optimè aduertit Petr. Greg. suprà d. cap. 39. n. 3. *Tit. de offic. sacrist* *L. Sacra loca.* *Conc. Lat.* *Pe.Greg.*

A

3 Hic suberat Archidiacono, ad quẽ cura huiusmodi principaliter spectabat, iuxta text. sic intelligendum in cap. *Ea, quæ*, de offic. Archid. & sub illius solicitudine, & custodia erant vasa sacra Ecclesiæ, vestimenta Ecclesiastica, omneque thesaurum Ecclesiæ; & quæ ad fouenda lumina spectabant, siue in cera, siue in oleo, vt definit Conc. Tolet. de quo in cap. 1. de offic. sacrist. notàtque ibi Gloss. & Doctores Petr. Grego. d. cap. 39. n. 3. Asor. 2. p. lib. 3. cap. 16. q. 5. P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 29. n. 11. *C. Ea quæ* *Cõc. Tol.* *Glosa.* *Pe.Greg.* *Asor.* *P.Soar.*

B

4 Vnde à thesauro Ecclesiæ custodiendo thesaurarius alio nomine appellatur, vt per Isidor. in nostro cap. *Perlectis*, vers. *ad thesaurarium*. 25. dist. idemquè est officium, Petr. Gregor. n. 4. Asor. quæst. 4. Soar. n. 11. suprà, & Græco nomine, *Ciminiarcha*, etiam à Iustiniano dicitur in leg. vlt. §. vlt. Cod. de bon. auth. iud. possid. i. rerum pretiosarum asseruator, seu custos vulgo, *Guardajoias*. Petr. Greg. proximè, & locus, in quo asseruantur, Cimiliarchium d. §. vltim. aliàs à nostris Pontificibus Honorio, & Gregorio Ciminile, & Ciminilia, cap. *Cum inter*. 29. de verbor. signific. dict. cap. *Ea, quæ*, de offic. Archid. iuxta quam nominum differentiam hodie apud nos in Ecclesijs sæcularibus dicitur thesaurarius; in regularibus verò, seu conuentibus religiosorum sacrista appellatur. *Isidor.* *Pe.Greg.* *Asor.* *P.Soar.* *Iust. Imperator.* *Pe.Greg.* *Cap. Cum inter.* *C. Ea quæ*

C

D

De

5. De iure quidem communi neque dignitas erat Ecclesiastica, neque beneficium, sed tantum officium Ecclesiasticum; idque propter administrationem, & custodiam illarum rerum sacrarum, thesaurique Ecclesiæ. Rebuf. in prax. titul. sæculare beneficium quotuplex n. 9. Petr. Gregor. d. cap. 39. Anton. Fab. tit. de benef. cum dignitate n. 59. & multi apud Rotam 9. de præbend. in nouis prout & hodie adhùc idem videmus seruari in Ecclesijs inferioribus, in quibus thesaurarius, qua talis beneficiarius non est; & ideò ratione solius officij Ecclesiastici ad nostram Hierarchiã munus hoc pertinebat; & ob eandem rationem pertinet etiam ad materiã simoniæ, & vendi prohibetur; sicut alia spiritualia, vt ex Soto, & Hugolino, quos citat, tradit Soar. d. cap. 29. n. 11. Ex consuetudine tamen, & statutis ferè omnium Ecclesiarum Cathredalium tam apud nos, quàm alibi cõstat, dignitatem esse in Cathredali non subiectam Archidiacono, quæ vocatur *Thesoureiro mòr*, & habet sub se alium thesaurarium inferiorẽ. vt multis senatus Arestis confirmatum dicit Fabric. suprà nu. 60. iuncta addit. litera Y. & in hoc sensu intelligenda est sententia Asor. d. cap. 16. q. 6. dum simpliciter asserit dignitatem esse.

Rebuf. *Pe. Greg.* *Fabric.* *Soar.* *Fabric.* *Asor.*

6 Deinde ratione huius administrationis rerum sacrarum ex officio Ecclesiastico censetur esse Custos Ecclesiæ, iuxta rubricam, & totum titulum de officio custodis in Decretal. qui etsi in plerisque ministerijs idem videatur atque sacrista, seu thesaurarius, vt insinuat cap. 2. ad fin. vers. *In terminis*, eo tit. & Asor. dicto cap. 16. quæst. vlt. attenta tamen origine diuersa sunt officia, vt constat ex diuersitate titulorum in Decretal. Neque enim verisimile est, Gregorium nonum in earum compilatione duos, diuersosque titulos eiusdem officij vnum post alterum inutilitèr addidisse.

Rubr. de offi. Custodis. *Asor.* *Greg. 9.*

Vnde Custos videtur fuisse tanquam minister sacristę, eidemque additus; vt ex Antonio de Butrio dicit gloss. in rubrica eiusdem tituli, quam sequitur Petrus Gregor. dicto lib. 15. cap. 39. nu. 7. & partionum iuris Canonici lib. 2. tit. 9. cap. 5. nu. 10. Nam vltra munia sacristę incumbentia seruandi scilicet, & custodiendi vtensilia Ecclesiæ, quæ etiam custodi incumbunt cap. 1. eo titulo ad eius munus vltra spectat signa dare ad horas Canonicas recitandas per tintinabuli pulsationem, & luminaria Ecclesiæ accendere, & ignem vigilanter custodire, ne extinguantur dicto capite 1. (de quo munere fouendi, scilicèt ignem perpetuum in Ecclesijs in symbolum Spiritus Sancti, & in deficientis diuinitatis diuinatis, vide multa tam de ritu Iudæorum, quàm Gentilium curiosè adducta ad propositum per Petrum Gregorium dicto cap. 39. à nu. 8. vsque ad finem.) Vinum, hostias, incensum, & alia ad altaris sacrificium necessaria præparata habere; ac denique eleemosynas, & alia iussu Archidiaconi inter pauperes distribuere, vt habetur in cap. 2. eo tit. prosequitur Asor. d. cap. 16. quæst. 7. Quæ omnia sacristæ, seu thesaurario de iure non competebant. Hodiè tamen ex consuetudine hæc omnia in Ecclesijs inferioribus sacristæ, seu thesaurarij propria sunt;

7 *Butrio.* *Gloss.* *Pe. Greg.* *Pe. Greg.* *Asor.*

 &in

& in Cathredalibus thesaurarij inferioris; proindèque attenta consuetudine idem vtriusque censetur esse officium; ad quam fortassis consuetudinem quarumdam Ecclesiarum respexit tex. in d. cap. 2. in fin. eo tit. vers. *Hi tres* dum custodis appellatione sacristam comprehendere videtur.

C. de offi. Custodis.

8 Quibus adde; dictum officiũ thesaurarij videri introductum in Ecclesia tãquam coadiutorem Ostiarij, qui ordinem quidem Ecclesiasticum habet, & eius munus est, claudere, & aperire ianuas, & fores Ecclesiæ. Nam Ostiarij coadiutorem fuisse Sacellariũ ex temporali deputatione sacerdotis, & sacellario in Ecclesia Cathedrali successisse thesaurarium asserit Henric. in Sum. lib. 10. de ordine, cap. 9. §. 2. Vnde etiam vt notat Asor. proximè q. 5. alicubi Sacellarius vocabatur à paruo nimirum sacco, quem ferebat secum, vel habebat ad pecunias Ecclesiæ in eo reponendas, & asseruandas.

Henric.

Asor.

9 Ratione verò administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium alij officiarij Ecclesiastici in Ecclesia reperiuntur. Primo Oeconimi, quorum passim fit mentio tam iure ciuili, vt in l. *Iubemus*, Cod. de sacrosf. l. *Omnes*. 33. §. *Hoc nihilominus*, Cod. de Episc. & cler. Quam etiam Canonico, vt in cap. *Quia*, cum sequentibus, & per totum. 89. dist. & sæpè alibi. Et ex his alij erant, quibus sub Episcopo res, & bona temporalia Ecclesiarum, & episcopatuum gubernanda, & administranda committebantur. Cogebantur enim Episcopi ex Conc. Calcedon. cap. 26. Oeconomos habere, qui res Ecclesiasticas secundum ipsorum arbitrium, & sententiam dispensarent. Cap. *Quoniam* 16. q. 7. vbi

L. iubem. L. Omnes C Quia.

Conc. Cal ced.

A glos. verb. *Episcopum*, cap. *Cum simus*. 9. q. 3. d. cap. *Quia in quibusdã*. 89. dist. Adeo vt si negligẽtes in eo fuissent, Metropolitanus illos eligeret; & si ipsemet Archiepiscopus sibi non elegisset, eius suffraganei ei eligebant d. cap. *Cum simus*, quod constitutum fuit tum vt administratio, & conseruatio bonorum Ecclesiæ maiori sub fide fieret, neque Prælati vlla suspicione fraudis arguerentur d. cap. *Quia*, vers. *Vt non sine*. tum vt eidem prælati magis

Ca. Quoniam. Cap. Cum simus. Ca. Quia in quib. Ca. Cum simus.

C. Quia.

B diuinis incumberent, & à bonorũ temporalium, & negotiorum mere per Oeconomos leuarentur tum denique vt dum Episcopi morerentur, Oeconomi notionem haberent bonorum, ac rerum ad Ecclesiam ipsam pertinentium, & illarum, quæ Episcoporum propriæ essent, & vtrẽque in illorum potestate permanerẽt cap. *Illud quod*. 12. q. 2. iuncta ratione cap. *Manifestæ*. 12. q. 1. Vnde hi Oeconomi non solùm in Episcopatibus, sed

Ca. Illud quod. Cap. Manifestæ.

C etiam in Ecclesijs inferioribus, & monasterijs constitui præcipiebantur d. cap. *Cum simus*. 9. q. 3. cap. *Imperatorũ*. 4. de iuram. calu. glos. verb. *Episcopũ*, in d. cap. *Quoniam*. 16. q. 7. & dispensatores pauperum etiam vocabantur d. l. *Omnes*, §. *Hoc nihilominus*, Cod. de Episc. & cler. hodièque etiam videntur aliquo modo esse in vsu, & Hispanè vocantur, *Maiordomos de la Iglesia*; Lusitanè verò *Priostes*.

Cap. Cum simus. C. Imperatorum. Gloss. L. Omnes.

Alij, qui Ecclesijs vacantibus dabantur per ordinarios interim dum 10

D eis de proprio rectore non prouidebatur, vt fructus earum perciperent; & vel in Ecclesiarum vtilitatem expenderent, vel futuris personis fideliter reseruarent, cap. *Cum vos*. 4. de offic.

Cap. Cum vos.

Glossa. offic.ordin, vbi glos. verb. *Oeconomos*, & Doctores. Quod etiam hodie in Ecclesijs Cathredalibus vacantibus Trident. obseruari iubetur per Conc. Tridẽt. sess.24.de Reform.cap.16. vbi statuit capitulũ sede vacãte Oeconomũ vnũ, vel plures fideles decernere debere, qui rerum Ecclesiasticarum, & prouentuum curam gerant; quorum rationem ei, ad quem pertinebit sint Pe.Greg. redditurí; explicat agens de vtriusq; Oeconomis eleganter vltra alios Petr.Gregor. partition. iur.cano. lib.2. tit.9. c.5. in scolijs. lit.R. & syntagm. Duar. 2.p.lib.15. cap.40. nu.1. meminitque Deci. Abbas. etiam Duar. de sacris Eccl. ministr. lib.1.cap.19. in princip. Doctores in Mant. cap.2.de iudic.vbi Dec. n.9. Abb. n. Felin. Anto. etiam 9.Mantic.n.25.Felin. Anto. & P.Soar. alij, Pater Soar.de Relig.tom.1.d.lib. Glos. 4.de simon.ca.29. n.8. post glo.verb. C.Saluator. *Oeconomum*, vbi tex.in cap.*Saluator*.1. Glossa. q.1.glo. verb.*Et maiorem*, in d.capite C.Imper. *Volumus*.89.dist. glos. verb.*Oeconomũ*. Io. Andr. in d.cap.*Imperatorum*.4.de iuram.ca-Abbas. lumn. vbi Ioan. Abb. n.6.& alij.

11 Et licet illi Oeconomi à syndico, & procuratore differrent, quia dati erant principaliter non ad agendum, aut defendendum, sed ad conseruanda, & administranda bona glos.verb. C. Imperatorum. *Oeconomum*, in d.cap.*Imperatorum*; poterant tamen loco syndici, & Actoris C.2.de Capel.mon. conueniri, & agere, vt in d.cap.*Imperatorum*, de iuram.calum. & in c.2. de Capell.monach.in princ.& alibi. Notatque Pe. Greg. Petr.Greg.suprà d.cap.5.litera R. vers.*Differre itaque*.

12 Alij deniq; sunt, quos in hoc Regno vulgari sermone dicimus, *Iconimos*; qui sunt illi, quos beneficiarij simplices Ecclesiarum inferiorum annuatim constituunt ad inseruiendum in suis beneficijs cum certa portione. A Licet enim ex generali consuetudine totius ferè orbis Christiani à personali residentia sint exempti, ad quam tamen de iure tenebantur cap.fin. de Rescript.lib.6. glossa verb.*Ecclesiastica*, in Extrauag. *Execrabilis*, de præbend. Ioann.22. adstringuntur tamen Ca.fin. de Rescrip. Glossa. loco sui clericos vicarios ponere ad inseruiendum, qui dicuntur, *Iconimos*, vt habetur in Constitutionibus Egitan. omnium ferè Episcopatuum Egitanensis lib.3.tit.6. cap.16. Conimbri- Conimb. B cẽsis tit.15.constit.10.& 12. Visensis Visens. lib.3.tit.8. constit.1. & 2. Conc.Bracharens. Act. 4. cap. 28. p.1. & sæpè Cõc.Brachar. alibi.

13 Secundo his similes, & affines erãt vice domini, seu Maiores dom^s, quos Episcopi suis domibus præficere iubebantur, vt pro hospitibus recipiendis, & eleemosynis distribuendis parati essent; & generaliter prouiderent rebus omnibus, & causis, quæ domi gerendæ erant; quemadmodum alias C rebus Ecclesiarum gerendis æconomi præponebantur. Vnde vicedominum Canonistis esse Episcopaliũ rerum oeconomum benè ait Spieg. in Spieg. Lexicon iuris eodem verbo: traditq; Glossa. Glossa verb.*Episcopum*, in d.cap.*Quoniam*.16.q.7. Quod si Episcopi in eis eligendis negligentes fuissent, à clero eligebantur, vt expressè disponunt Cap.Volumus. text. D.Gregor.in cap.*Volumus*, cap. *Diaconum*.89.dist. vbi verba illa, *Cuius* C.Diaconum. *arbitrio Episcopum commisimus disponẽdum*. Officium vicedomini explicãt, D quod in gubernanda, & administranda domo Episcopi consistebat. Notat glos. verb.*Vicedominum*, in d.cap. Glos. *Volumus*, & in d.capite *Saluator*, super Cap. Saluator. eodem verbo.1.q.3.& de hoc officio

agit tex. in cap. *Consulere*. 38. ibi. *Vice dominatum*, de simonia, tradit idem Petr. Gregor. d. tit. 9. cap. 5. n. 11. & in scolijs litera R. vers. *Habebat*, & d. lib. 15. cap. 40. n. 3. P. Soar. d. n. 8. cap. 29. Vnde originem videntur sumpsisse Episcoporum, & aliorum magnatum familiares, qui hodie earumdem domuum gubernationem intendunt; & vulgari sermone nostro appellantur, *Mordomos*, quasi maiores domus, de quibus loquitur Ord. Lusitana lib. 2. tit. 23. & sentit expressè tex. in d. cap. *Volumus*, ibi, *maiores domus*. 89. dist glo. d. verb. *Vicedominum*, in d. cap. *Saluator*.

C. Consulere. Pe. Greg. Soar. Ord. Regia. Ca. Volumus. Glos.

14 Tertiò sũt Syndici, Aduocati, Procuratores, Actores, Castaldi, & Defensores Ecclesiarum, qui in iudicio causis forensibus nomine illarũ operam dant; siue in agendo, siue in defendendo, & etiam extra iudicium in negotijs peragẽdis, de quibus agitur in tit. & cap. vnico *de Syndico*, & in tit. *de postulando*, & *de procurator.* & in cap. *Si quis Episcopus*. ibi. *aut defensorẽ*. 1. q. 1. iuncto d. cap. *Saluator*, vers. *defensoris nomine*. 1. q. 3. cum alijs tradũt etiam glos. verb. *Episcopum*, in d. cap. *Quoniam in quibusdam*. 16. q. 7. Doctores in d. cap. 2. de iudic. vbi Abb. & Dec. n. 9. Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 40. n. 4. & 5. Duar. d. lib. 1. cap. 19. P. Soares d. cap. 28. n. 9. & qualiter constitui debeant, post glos. verb. *Oeconomum*, in d. cap. *Imperatorum*, de iuram. calumn. prosequitur Abb. ibidem ex n. 7. In quibus autem differant inter se Syndici, Procuratores, Aduocati, Actores, & Defensores, vt explicat glo. d. verb. *Episcopum*, Soar. proximè, latiùs idem Petr. Gregor. syntagm. 3. p. lib. 49. cap. 5. Nomine autem Aduocati Ecclesiæ non intelliges illum, de quo loquitur tex. in cap. *Prætereà*. 23. in cap. *Cum autem*. 24. de iure patro. hic enim magis patronus est Ecclesiæ, vt rectè interpretatur glos. in d. cap. *Prætereà*, & satis constat ex text. ibi. *Vnde & ius patronatus Aduocatia vocatur*, cap. *Quia Clerici*. 6. eodem tit. & ius aduocationis, d. cap. *Prætereà*, & patrocini ipsi modo aduocati, modo vicedomini, modo custodes, seu guardias habentes appellantur secundum regionum consuetudinem. Suntquè omnia hæc nomina tanquam synonima, & vt talia ponuntur in d. cap. *Prætereà*, vt declarat P. Soar. de Relig. d. lib. 4. de simonia, cap. 28. & aduertit idem Petr. Greg. Partit. lib. 2. d. tit. 9. cap. 5. in scholijs lit. T. & vide Lambert. de iure patr. art. 19. q. 7 p. 2. lib. 2. & art. 13 q. 6. p. 1. eod. lib. 2.

C. vni. de Syndico. Tit. de postulando. Titul. de procurat. C. Si quis Episcop. C. Saluator. C. Quoniã Abb. Deci. Pe. Greg. Duar. P. Soar. C. Imperatorum. Glos. Soar. Pe. Greg.

Ca. Prætereà. C. Cũ autem. Glos. Ca. Quia clerici. C. Pratereà. P. Soar. Pe. Greg. Lambert.

15 Quarto in iure fit mentio Cellerarij, aliàs Cellarij, vt in cap. *Dilecto*. 25. de præbend. meminitquè Petr. Gregor. syntagm. d. libr. 15. cap. 40. nu. 6. hic nimirum erat qui penui Ecclesiæ asseruando, & dispensando præponebatur; cuiquè tritici, & vini dispensatio commissa erat; quo sensu apud Vlpian. in l. *Quæsitum*, col. 2. ff. de instruct. vel instrũ. legat. Cellarius etiã dicitur, qui præposit' est, vt rationes saluæ fiant; & Cellarium in neutro genere locus à reponendis, promẽdisq; esculentis, & poculentis dictus, teste Spagiel. in Lexic. iuris, verb. *Cellariũ*, Callepin. eodem verbo: confirmatq; ex D. Hieronymo, & Plauto Petrus Greg. suprà d. n. 6. tradit etiã Albert. in Dictionar. verb. *Cellariũ*. Hodièq; in aliquibus Ecclesijs Cathredalibus, & inferioribus quidam ex Canonicis, vel beneficiatis Cellario præponitur,

Ca. Dilecto. Pe. Greg. L. Quæsitum. Spagiel. Callep. Pe. Greg. Albert.

nitur, qui *Celleireiro* vulgo vocatur.

16 Quintò sunt operarij, de quibus agunt etiam Doctores in d. cap. 2. de indic. vbi Decius n. 11. Abb. n. 10. & 11. Qui alio nomine dicuntur *aeditui*, quasi aedium sacrarum tutores, seu curam gerêtes, teste Calepino, verb. *aeditium*, seu aeditimi, aut aeditui à tuendis aedibus, Spegiel. in Lexicon iuris eodem verbo. Illis cura cōmissa erat operum, & fabricae Ecclesiasticae; eorumque officij apud Gentiles sub nomine aeditui meminit Aristot. lib. 6. Polytic. cap. fin. inquiens: *Alia species curationis est circa rem diuinam, seu sacerdotes, & aeditui circa templa, vt conseruentur, quae sunt, & dirigantur ruinosa aedificia, & caetera omnia, quae pertinent ad diuinum cultum, & cat.* Et Plato libr. 6. de Legibus eos vocat quaestores, & asseruatores sacrae pecuniae, vt refert, & explicat Petr. Gregor. syntagm. d. 2. p. lib. 15. cap. 31. n. 1. & 2. alibiq; vocantur Magistri operariae, Rebuf. in tract. nominationum q. 15. n. 18. asserês, in quibusdam Ecclesijs praefici vnum huic muneri, & ita etiam seruari videmus in Ecclesijs Cathredalibus, qui vulgari sermone modò dicitur *Obreiro*, modò *Fabriqueiro*.

Decius. Abbas. Calepin. Spegiel. Aristot. Plato. Pe. Greg. Rebuf.

17 Huius autem officij origo ea videtur esse quod cum in diuisione illa redditũum Ecclesiasticorum in quatuor partes, quae à D. Syluestro primùm facta fuit, quamque posteà sequentes Pontifices Simplicius, Gelasius, Gregor. 1. & alij secuti sūt, vt habetur in cap. *De redditibus*, cap. *Quatuor*, cum sequentibus 12. q. 1. fabricae Ecclesiarum vna ex quatuor partibus relicta esset, d. cap. *de redditibus*, d. capite *Quatuor* cum alijs; & deindè futuris etiam temporibus tertia oblationum, & decimarum totius dioecesis Episcopis separata extitisset, vt ex ea fabricae, & reparationi Ecclesiarũ consulerent, cap. *Placuit*, cap. *Priscis*, cap. *Vnio*. 10. q. 3. prosequitur ex alijs, quos citat Aluar. Valasc. 2. tom. consl. 179. n. 2. & 3. Sot. de iustit. lib. 10. q. 4. ar. 10. necesse quoque fuit, vt aliquis praeficeretur, qui tertiam, vel quartã partem reddituum pro fabrica fideliter asseruaret, & diligenter expenderet; rationemque omnium Episcopo redderet; vt benè insinuat tex. in d. cap. *Placuit*. Ibi, *Et singulis annis Episcopo inde ratio fiat, &c.*

Syluester Papa. Gelasius Papa. Greg. Papa. C. de Redditibus. Ca. Quatuor. Ca. Placuit. C. Priscis C. Vnio. Valasc. Sot.

18 Cum verò posteà tertiã hanc decimarum Episcopi reciperent absque vllo onere fabricae, & reparationis Ecclesiarum, prout & hodie habent; omnesque beneficiarij tenerentur ad restaurãda tecta Ecclesiae, vt in c. 1. de Eccles. aedif. D. Valasc. proximè n. 12. vbi declarãt, & de modica refectione intelligendum esse, non de maiori asserit Petr. Greg. d. cap. 31. n. 3. ad fin. iuncto n. 4. & 5. rectè in Ecclesijs saltem Cathredalibus, & Collegiatis introductum fuit, vt huius fabricae necessitati certa portio fructuum ex cōmunibus omnium deputaretur, iuxta tex. in cap. vlt. de his quae fiunt à maiori parte, cap. *Optima* l. 11. tit. 10. part. 1. vbi Gregor. Lop. Ripa respon. so 22. colum. 2. D. Valasc. suprà n. 11. eaq; per vnum ex Canonicis, seu beneficiarijs à Capitulo, & caeteris electum seruanda, & expendenda quae portio, *operaria* vocatur, vulgò *Conesia, ou beneficio da obra, ou fabrica*, & illi praefectus operarius, seu aedituus. Rebuf. d. q. 15. n. 18. Petr. Greg. n. 6. proximè.

Cap. 1. de Eccles. aedifi. Valasc. Pe. Greg. C. vlt. de his q̃ fiũt. Greg. Lo. Ripa. Valasc. Rebuf. Pe. Greg.

Sextò

9 Sextò numerari etiā possunt *Obituarij*, qui erant illi, quibus bona aliqua, seu redditus, siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem applicabantur ad rationes faciēdas pro mortuis, & obeuntibus, quæ appellabantur obitus. Vnde obituarij dicti sunt, tradit Petr. Greg. d. 2. p. syntagm. lib. 15. cap. 30. n. 2. referens hoc ad antiquam Romanorum consuetudinem, apud quos certi annui redditus sacrificulis relinquebantur, vel ad lucernas, vel ad candelabra ad memoriam obeuntium repetēdam, vt per Vuolphangum Lazium, quem citat Comment. Reip. Romanæ, cap. 11. Quales hodie apud nos possunt dici illi, quos appellamus *Mercyeiros*, & *mercearias*, qui sub certo stipēdio pro defunctis ad eorum sepulchra orationes Deo fundunt.

Pe. Greg.

Commēt. Reip. Ro.

10 Septimo, & vltimo sunt *Rectores hospitalium*, & aliorum piorum locorum Præpositi, seu, vt inquit Imperator, piarum actionum administratores; quorum diuersa nomina, & appellationes ponit text. in Clem. 2. de præbend. Clem. *Quia contingit* de relig. domib. l. *Illud*. 19. Cod. de sacros. Eccl. l. *Sancimus*. 46. à secunda, §. *Sed Deo*, C. de Episc. & cler. Auth. de alienat. & emph. §. 1. & §. *Hoc verò*, collat. 9. Auth. de Eccles. titul. §. fin. eadem coll. cap. *In qualibet*, §. *Sancimus*, & ibi gloss. verb. *Xenones*. 23. q. 7. cap. *Si quis omnem*, ad fin. 7. q. 1. gloss. verb. *Xenodochijs*, in d. Clem. 2. de præb. pēdetq; hæc nominum diuersitas ex diuersa Regionum consuetudine, vt inquit Gonsal. in reg. de mensibus, gloss. 5. §. 4. n. 11. & ex eo, quia humanæ etiā naturæ multiplex est, & plurima misera miseria, cui per illorum locorum

Clem. 2. de præb.
Cle. quia contingit
L. Illud.
L. Sanci. mus.
C. In qualibet.
C. Si quis omnem.
Glossa.
Gonsal.

A vsum succurritur, vt eleganter in proposito ait Petr. Gregor. d. 2. p. lib. 15. cap. 28. Luc. de Pen. in Rubr. Cod. de mendic. validis, libr. 11. Mariān. de Reg. lib. 3. cap. 13. in fin. & cuius pietatis officia roticum quendam beatissimæ memoriæ primum inuenisse testantur Imperatores in l. *Omnia*. 34. Cod. de Episcop. & cleric. Ex illis alij dicūtur Xenodochij, qui scilicèt præponuntur locis deputatis ad pauperes iterfacientes, & peregrinos hospitandos, quæ loca xenodochia similiter appellantur; & de illis loquuntur

Pe. Greg.
Pena.
Marian.
L. Omnia

B tex. in cap. *De Xenodochijs*, de religios. dom. d. Clem. *Quia contingit*, & alia iura supra sumptūq; est nomē à verbo Græco, est quod suscipit hospites; quod, auctore Suida, tradunt gloss. verb. *Xenones*, in d. cap. *In qualibet*, §. *Sancimus*. 23. q. 8. Petr. Greg. proximè n. 33. vbi vsque ad num. 38. multa congerit de hospitalitate seruanda. de qua etiam Doctores nostri necessarijs in locis, & in cap. 1. de emptione, & vend.

C. de Xenodochijs
Cle. Quia contingit
Glos.
Pe. Greg.
Cap. 1. de empt. & vend.

C Alij appellantur Procotrophi, qui videlicèt regunt loca illa publica, vbi mendici aluntur, & pauperes; quæ loca procotrophia dicuntur d. l. *Sancimus*, d. l. *Illud*. de alien. & emphyt. §. *Hoc illud*. & in Cau. 8. Conc. Calced. gloss. d. verb. *Xenones*, Petr. Greg. suprà à n. 7. & 8. cum sequentib. vbi aduertit, in huiusmodi locis solū recipiēdos esse mēdicos, debiles, qui labore proprio suis corporibus necessarium victum quærere non possunt, vt ait tex. 11

D in l. *Si quis ad declinandam*. 49. §. *Vbi autem*, C. de Episcop. & cler. non autem validos, qui ex proprio labore victum parare queant; contra quos lata fuit de iure communi constitutio tex.

L. Sancimus.
L. Illud.
Conc. Calced.
Glossa.
Pe. Greg.
L. Si quis

L.vni. C. de Mend. tex. in l.vnica, Cod. de Mendicant. valid.lib.11.de qua Petr.Greg.proximè ex n.12. D. Valasc.de iure emph. q.37. n.1. Quæ tamen hodie non est in vsu, quia ex Conc. Beati Gregor. pauperes omnes admittendi sunt, ne boni repellantur, vt ait Doct. Valasc. proximè. Pe.Greg. Valasc. B.Greg. Valasc.

22 Alij dicuntur *Orphanotrophi*, quibus cura demandata illorum locorũ, vbi aluntur orphani.i.parentibus orbati, suntque ipsorum pupillorum quasi tutores, & adolescentium quasi curatores; indeque locus ipse *Orphanotrophium*, etiam appellatur. l. *Orphanotrophos*, Cod. de Episc. & cler. d.Auth.de Ecclesiast.tit. §.fin.collat. 9. cum supra gloss. d. verb. *Xenones*, Petr.Greg. n.3. proximè. L.Orpha. Auth. d. Eccl. tit. Pe.Greg. Glossa.

23 Alij *Brephotrophi*, qui præponuntur domibus publicis, vbi infantes pauperes nuper nati, & expositi educantur, locaque ipsa *Brephotrophia*, similiter nuncupantur d. l. *Illud*. 19. C.de sacros. d.l.*Sancimus*, cum suprà adductis, glos.suprà. Petr.Gregor. à nu.4. cum sequentibus, vbi etiam de varijs pænis statutis aduersus exponẽtes infantes, de quibus in tit Cod. de infantibus expositis & in Decretalib. & vtrobique Doctores. L.Illud. L.Sanc. Pe.Greg. Tit. Cod. de Inf. exp.

24 Alij *Nosocomij*, qui videlicet curam habent locorum, vbi ægroti, & infirmi curantur, quæ loca appellantur etiam *Nosocomia*, vt in d. l. *Sancimus*, §.*Sed Deo nobis*, cum alijs suprà Cod.de Episcop. & cler. istorumque locorum ministri, qui ad ęgrotantium curam adhibentur, *Parabolani* in iure vocabantur. l. *Parabolani*, Cod. de Episc.& cler. tradunt Duar. lib.1. de sacris Eccl.minist.cap.19.Petr.Greg. à n.15.d.loco, & primam omnium S. L. Sancimus. L.Parab. Duar. Pe.Greg.

A Fabiolam Nosocomium instituisse, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra souerit; asserit D. Hieronymus epist. 30. cuius meminit Baron. Annal.tom.5.anno Christi.400. §. *Prima omnium*. S. Hiero. Baron.

Inter hęc *Nosocomia* quædam separatim, & specialiter deputantur in gratiam illorum, qui morbo lepræ percussi sunt; vt seorsim habitantes contagionis periculum euitetur; & appellantur *Leprosaria*; & de illis meminit tex. in d. Clem. *Quia contingit*, in princ de Relig.dom. d.Clem.2.de præben. cap.2.de Eccles.ædific. cum alijs, quod etiam apud nos seruari videmus in illis, quæ vocantur *Hospitaes dos Lazaros*. Quædam in curationem insanorum, & stultorum, quorũ etiam custodiam publicam fuisse, & ad officium Præsidis prouinciæ spectasse, quando non poterant per necessarios suos, & propinquos contineri probat tex.in l.*Congruit*, vers.*Furiosis*, ff.de offic. præsid. Quædam ad morbos Epedimetica, vt pestis. Quędam ad morbos immedicabiles, vulgo *dos incuraueis*, vt refert Petr.Greg. suprà n. 25. 25 B Cle. quia cõt. Cle. 2. de præbẽd. C. 2. de Eccles. ædif. L. Cõgr. C Pe.Greg.

26 Alij Gerocomij, seu Gerontocomij dicuntur, de quibus loquitur tex. in d. l. *Sancimus*. 46. §. *Sed Deo nobis*, C.de Episc.& cler. d.l.*Illud*.19. Cod. de sacros. qui scilicet regebant loca ad solos senes pauperes alendos destinata; quæ similiter *Gerentocomia*, dicebãtur; eaq; inter Nosocomia numerari nõ immerito ait Petr.Greg.suprà n.26. & 27. Quãdoquidẽ ipsa sola senectus morbus est. Et Pelagium Papã 2.anno Christi 590. domum suã *Gerentocomium* pauperũ senum fecisse; refert L. Sancimus. L.Illud. D Pe.Greg. Pelagius Papa.

Baron. refert ex Anast. Baron. Annal. tom. 7. sub eodem anno in princip. §. *His igitur*.

27 Alij denique *Eleemosinarij* vocantur eo quod deputati sint eleemosinis faciendis locaque & redditus ad id deputati *eleemosinaria* nuncupantur tex. in d. Clem. 2. de Præbend. & in d. Clem. *Quia contingit*. de religios. dom. Petr. Greg. suprà n. 31. aduertit gloss. eodem verb. in d. Clem. 2. de præbend. hoc etiam nomine alicubi hospitalia vocari, & alibi domus Dei. vt in cap. *Dilectis*. 55. de appellat.

Clem. 2. de preb. Cle. Quia contingit. Pe. Greg. Gloss. Ca. Dilectis.

1 In hoc autē Regno Lusitaniæ omnia loca prædicta nominibus communibus vocantur *Hospitaes*, *Albergarias*, *Gafarias*; eorumque Rectores, Prouedores. Et ita vocat Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. 40. 42. 43. 66. & sæpè ibidem aduertit Doctor Valasc. 1. to. cons. 105. in titulo, vbi de illis latissimè Cabedo de patronat. Regiæ coronæ, cap. 39. Inter quæ (ne hoc silentio prætereamus) re, & fama celebre est toto orbe Hospitale magnum omniū sanctorum Ciuitatis Vlixbonensis institutum ad omnes morbos curādos (excepta peste, & lepra, quæ separatā habet leprosariam nuncupatam Sancti Lazari) & ad infantes expositos educandos; de quo Hospitali loquitur Ord. lib. 1. tit. 16. & constructum, ac dotatum fuit per Regem Ioānem huius nominis secundum, & posteà per Regem Emmanuelem cæteris alijs hospitalibus extinctis, ex eorum reddituum summoperè auctum. Et tandem per Ioannem illius nominis tertium maximis beneficijs amplificatum, vt refert Cabed. d. cap. 39. n. 1. 2. & 3. Estque de immediata protectione Regis Cab. d. n. 3. D. Valasc. n. 62. suprà; prout similiter olim tempore Iustiniani Imperatoris in vrbe Regia Constantinopolitana celeberrimum etiam fuit hospitale quod vocabatur Sanctæ Mariæ Sanso, seu potiùs (vt Contius legendum putat) sanctæ memoriæ Sansonis; cuius meminit idem Iustinianus Nouella 131. in d. Auth. de Ecclesiast. tit. §. fin. vers. *Seruari autem iubemus*. collat. 9. Quod primum à religioso quodam viro, cui Sanson nomen extructum, & deindè incendio exustum, posteà ab ipso Iustiniano Imperatore magnificentius fuit instauratum, & structura splendiore, & mansionum multitudine, vt narrant Procop. de ædific. Iustin. Imperat. lib. Baron. Annal. tom. 7. anno Christi. 541. §. *Sed hic obiter*. Fuisseq; etiam omnium primarium, & sub eo alia constituta esse, prout nunc sunt alia sub dicto Hospitali omnium Sanctorum satis ostendunt verba text. in d. §. fin. ibi, *Seruari autem iubemus venerabili Orphanotrophio huius Regiæ vrbis, & Xenodochio, quod vocatur Sanctæ Mariæ Sanso, & sub eius gubernatione constitutis oratorijs, & xenonibus, aut venerabilibus domibus*, vt benè ex illis notat Baron. proximè.

Ord. Regia. Valasc. Cabedo. Ord. Reg. Cabedo. Valasc. Iustinianus. Procop. Barno. Baron.

Sed meritò dubitari potest, an prædicta omnia officia, quæ ratione administrationis rerum Ecclesiasticarū temporalium, seu piarum actionum inter Ecclesiastica numerauimus, verè sint officia Ecclesiastica, & aliquo modo, seu respectu ad Hierarchiam Ecclesiasticam reducantur. Nam imprimis Ecclesiastica non esse ratione beneficij ex eo constat, quia nulla ex dictis duabus Oeconomijs, quarum meminit Ius commune citatis locis, fuit vnquam beneficiū Ecclesiasticū, vt 28

vt patet; neque inter beneficia Ecclesiastica à Doctoribus numerantur, cum dispensationem tantùm habeãt, seu custodiam rerum, & fructuũ Ecclesiæ, vt suprà explicauimus. Neque etiam altera, quæ de consuetudine huius Regni frequentatur in beneficijs simplicibus, de qua etiam suprà diximus, beneficium est, cum non habeat titulum aliquem perpetuum de se recipiendi redditus Ecclesiasticos cum officio spirituali, sed tantũ operam vicariam in beneficijs exhibeat, vt suprà. Neque similiter vicedominus beneficium Ecclesiasticum obtinere dicitur, cum solùm præponatur administrationi domus, & rerum Episcopi, vt suprà. Multòq; minus syndicus, Actor, Procurator, & Defensor Ecclesiæ, vtpotè qui negotijs tẽporalibus, & litibus tantum incumbunt. Cellerarius etiam de se, & sui natura beneficiarius non est, quia solùm præficitur dispensationi, penus, tritici, vini, olei, & similium; licet alias ratione personæ beneficiarius dici, & esse posit, quando videlicet, vnus ex Canonicis, seu beneficiarijs huic muneri præficitur; in quo sensu procedit tex. dum mentionem facit Cellerarij Canonici in d. cap. *Dilecto*. 25. de præbẽd. Operarius quoque, seu æditiuus sacer nequaquam venit nomine beneficiarij; neque operaria beneficiũ Ecclesiasticum censetur; tum quia est munus annuum, seu aliàs temporale, beneficium verò perpetuum; tũ quia laico committi potest, in quem beneficium non cadit; vt in specie resoluunt Cardin. in Clement. 2. de iudic. Rebuf. de nomin. q. 15. nu. 18. & 19. Petr. Greg. syntag. p. 2. d. lib. 15. c. 31. n. 6. Nec minus obituarij beneficiarij

Ca. Dilecto.

Cardin.
Rebuf.
Pe. Greg.

sunt ex traditis per eundẽ Petr. Gregor. proximè cap. 30. n. 2. Nec tandẽ A Rectores hospitalium, & omniũ aliarum piarum administrationũ, seu domuum, de quibus suprà diximus, beneficiarij censentur, aut dici valent; quamuis alias hospitales Ecclesias, & Capellas habeant; cum etiam laici ad illorum administrationem deputentur d. Clem. *Quia contingit*, §. *Vt autẽ*, de relig. domib. & sint ad instar tutorum, vel curatorum d. §. *Vt autem*, l. *Orphanotrophos*, C. de Episcop. & cler. B Vnde hospitalia non venire in mandatis de prouidendo super beneficijs probat tex. in Clem. 2. de præbend. Et proindè beneficia Ecclesiastica nõ esse resoluunt communiter Doctores Abb. in cap. *De xenodochijs*, n. 4 de relig. dom. Rebuf. de nominat. d. q. 15. n. 12. & 15. Selua de benefic. 1. p. q. 3. nu. 9. Quintagduenh. Ecclesiasticon. lib. 1. cap. 3. nu. 13. Hercul. Marescot. variar. lib. 2. cap. 3. à n. 12. Petrus Gregor. syntagm. d. 2. p. lib. 15. cap. 28. n. C 39. & 40. Anton. Fabric. in praxi, ac theorica rei benefic. tit. de Xenodoch. & alijs locis pijs à princ. Garc. & plures ab eo relati de benef. 1. p. c. 3. n. 1. Gõsal. in reg. de mẽsib. glo. 5. §. 4. à n. 7. Asor. Mor. tom. 2. lib. 3. c. 3. q. 5. Card. Tusc. Pract. iur. conclus. tom. 4. lit. H. cõclus. 166. n. 8. & per totã benè aduertẽtes hoc non procedere, quãdo in illorũ fundatione aliter sit constitutũ, vt scilicet dentur in titulũ, vel per electionẽ fit de Rectore locis huiusmodi prouidẽdũ; tũc enim benefi- D cia Ecclesiastica cẽsenda erũt, & Rectores eorũ officiũ Ecclesiasticũ habere dicẽtur ratione beneficij; iuxta tex. in d. Clem. *Quia cõtingit*, §. *Vt autẽ* vers. *Nisi*, prout rectè declarant ijdẽ Rebuf.

Cle. Quia contingit.
L. Orphanotroph.
Cle. 2. de præbend.
C. de Xenodoch.
Rebuf.
Selua.
Maresc.
Pe. Greg.
Fabric.
Garc.
Gonsal.
Asor.
Tusc.
Cle. Quia contingit

Rebuf. Pe. Greg. Gonsal. Fabric. Maresc. 29

Rebuf. & Petr. Greg. à n. 4. Gonsal. n. 14. & 15. Fabric. à num. 16. Marescot. n. 18. proximè, cum quibus videbis.

Deindè neque alio respectu administrationis, scilicèt rerum Ecclesiasticarum, seu piarum actionũ prædicta officia inter Ecclesiastica numerari posse ex eo ostenditur, quia versantur solummodò circa res, & bona temporalia Ecclesiarum, vt patet, ideoq; laicis committi posse tradunt Doctores in d. cap. 2. de iudic. vt per Abb. ibi n. 9. & 10. vbi n. 11. in fin. asserit, hanc esse consuetudinem totius ferè orbis, quod ad prædicta officia laici deputantur; notantq; etiam Rebuf. loquens de hospitalarijs, & operarijs denominat. d. q. 15. n. 12. & 19. Garc. agens de oeconomis, & operarijs de benef. 5. p. cap. 1. n. 598. Petr. Grego. syntagm. d. 2. p. lib. cap. 40. n. 2. tractans de oeconomis: & generaliter de omnibus ferè Duar. lib. 1. de sacris Eccles. minist. cap. 19. Vnde ex hac ratione ius patronatus competẽs operarijs, seu oeconomis Ecclesiæ, non esse Ecclesiasticũ, sed laicale tenet Felin. in tract. Quando literæ Apostolicæ lim. 4. extendens etiam ad hospitalarios, Selua de benefic. 3. p. q. 11. n. 23. Cou. Pract. cap. 36. n. 8. refert Garc. proximè. Et eodem fundamento absque vitio simoniæ officia hæc vendi posse, & pretio comparari dicit expresse glossa verb. *Et iudicem*, ad fin. in cap. *Saluator*. 1. q. 3. Et videtur esse communis sententia ex Præpos. ibidem n. 7. quam probat Archidia. in cap. 1. eàdem q. Innoc. & alij in cap. 1. & 2. ne prælati vices suas, Paul. Borgas in tract. de irregularitate, tit. de simonia n. 68. D. Anton. sibi contrarius 3. p. tit. 11. c. 2. §. vlt. Syl-

Abb. Rebuf. Garc. Pe. Greg. Duar. Felin. Selua. Cour. Garc. Glossa. C. Saluator. Archid. Innoc. Borgas. D. Anto. Syluest.

uest. verb. *simonia*. q. 9. Sot. de iustit. lib. 3. q. 6. art. 4. col. 5. Et quando consueuerũt dari laicis sequitur Vgolin. de simon. tab. 1. c. 48. §. 7. n. 3. Quod tamen nullo modo procedere posset, si Ecclesiastica censerentur, iuxta decisionem tex. in cap. *Consulere*. 38. ibi vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationẽ, cap. *Ad nostram*. 21. ibi pro ministerio Ecclesiastico exercẽdo de simonia, c. *Si quis Episcop*. 1. q. 1.

A — Soto. Vgolin. C. Consulere. C. Ad nostram. C. Siquis Episcop. 30

Sed his non obstantibus resoluendum est omnia prædicta officia, paucis exceptis verè Ecclesiastica esse ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum, & piarum actionum, quã exercent: & proindè ad Hierarchiam Ecclesiasticam suo modo spectare. Quæ omnia percurrendo facilius veritas hæc demonstrari potest. Imprimis enim œconomi officia habẽt Ecclesiastica ratione administrationis rerum Ecclesiasticarum, probat Vrban. in dict. cap. *Saluator*. 1. q. 3. & Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. Itẽ vicedomini, seu maiores domus, vt expresit disponit tex. in cap. *Volumus*. 89. dist. Item Syndici, Aduocati, Procuratores, Actores, Castaldi, & defensores Ecclesiarũ, qui in iudicio nomine illarũ suũ exercent munus, siue in agendo, siue in tuendo, vt constat ex d. tit. & cap. vnico de syndico, & ex tit. de postulãdo, & de procuratorib. probat idẽ Vrban. in d. cap. *Saluator*, 1. q. 3. Item Cellerarij, seu Cellarij, de quibus cap. *Dilecto*. 25. de præbend. Gloss. in Clem. 1. §. *Ad hæc*, vers. *officijs*. de stat. monach. Item operarij, de quibus cap. 2. de iudic. cap. 1. & vlt. de pecul. cleric. cap. *Nemo*, de consecrat. dist. 1. glo. in cap. *Præsenti*. de offic. ordin. lib. 6. Ex quibus tamen omnibus solum

B C D — Vrban. Trident. Cap. Volumus. Titul. de syndico. Tit. de postulando. Titul. de procuratoribus. C. Nemo Glos.

solum Obituarij excipiuntur, tanquã nullum administrationis munus exercentes; prout in reliquis si nõ proprio nomine, nomine tamen Ecclesiæ reperitur, quo pacto laici officia hæc exercere dicuntur.

31 Tandem Rectores hospitalium, & aliorum piorum locorum, de quibus iam suprà egimus n.20.21.22. cum sequentibus ratione administrationis piarum actionũ inter gradus Ecclesiasticos numerãtur; & ita suo modo, seu respectu ad Hierarchiam Ecclesiasticam reducuntur. Et pro cognitione terminorũ scire oportet, quod hospitalia vel esse possunt loca religiosa, vel beneficia Ecclesiastica; vel tandem loca pia. Et primò distinguẽdum est, an prælati auctoritate, vel sine ea constructa sint? Nam si prælati auctoritate fuerint constructa, certũ est, vt suprà diximus, loca esse religiosa, non ita absque ea, vt planè probat text. in cap. *Ad hæc*, de relig. domib. expressit Ord. nostra lib. 1. titul. 62. §. 39. post Host. Ioan. Andr. Imol. & alios antiquiores receptũ testatur Valasc. cõs. 105. à n. 6. & ante eũ Gam. decis. vlt. n. 6. & post vtrumq; Cabed. 1. p. decis. 204. Marta de iurisdictione 4. p. cent. 2. casu 113 à n. 23. Asor. d. c. 3. q. 2. P. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2 lib. 3. c. 9. n. 3. & Aluisius Rictius decis. 3. p. collect. 648. ad plures effectus latè discurrens. Ad secundũ membrũ vtrum hospitalia verè sint beneficia Ecclesiastica recurrere oportet ad nostrã principalẽ resolutionẽ, & prędicti beneficij Ecclesiastici definitionẽ. Nã si hospitale fundatũ fuerit priuata auctoritate, planũ est, nõ esse Ecclesiastica beneficia, nec subindè in materia pœnali, & fauorabili venire appellatione beneficij. Quidquid contrariũ intẽdant deducere Doctores ex glo. verb. *Beneficium*. in Clem. 2. de iudic. imò clarè voluit glo. magistr. huiusmodi hospitalia beneficia nõ esse, quatenùs cõcludit, ideò cõprehendi in generali dispositione illius clausulæ, nõ quia materia erat fauorabilis, vt Doctores communiter ex ea deducunt. Sed quia tex. vtitur non solùm particula beneficij, sed etiam addidit, officijsque hospitalibus etiam conuenit.

Vltimò tandem, an hospitalia sint loca pia plures ex pręcitatis ad eandẽ recurrũt distinctionẽ, quòd pia sunt, quando prælati auctoritate non ita, quando absque ea sunt constructa, vt patet ex infinitis, quos refert Gabr. cõmun. tit. de pia causa cõcl. 2. à principio resoluunt Marta, Baptista, Costa, Fabric. dictis locis, atque etiam resol. in praxi Episcop. num. 1. Alij verò contendunt, indistinctè pia loca esse censenda siue prelati auctoritate, siue absque ea sint constructa, quod probabilius existimo; quia vt pia censeãtur, sufficit, quod instituta sint ad pia opera exercenda, vt latè comprobat Tiraq. in tract. de pia causa in præfat. & de hospitalibus agens à n. 4. cum sequentibus. Et post eum receptum fatetur P. Soar. d. cap. 27. n. 11. notarunt etiam Card. Tusc. d. lit. H. concl. 163. Menoch. libr. 4. præsumpt. 115. nu. 4. Stephan. Grac. discept. forens. tom. 1. cap. 34. nu. 1. & post alios Valasc. d. consult. 205. n. 2. 32

Vnde infertur primò Rectores hospitalium aliquando ratione beneficij; aliquando respectu administrationis piarũ actionũ ad Hierarchiã pertinere: ratione beneficij, quãdo hospitalia prælati auctoritate constructa sunt, & 33

Margin notes: C. Adhæc. Ord. Reg. Valasc. Gãma. Cabedo. Marta. Asor. Soar. Rictius. Closs. Clem. 2. Gabr. Marta. Baptista. Costa. Fabric. Tiraq. Soar. Tusc. Menoch. Garc. Valasc.

Rectoribus in perpetuum, vel ad eorum vitam in titulum conferuntur, A vt satis expressit tex. in d. Clement. *Quia contingit*, §. *Vt autem*, ibi, *Nisi in* Cle. Quia contingit. *illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de rectore locis huiusmodi prouidendum.* Cuius tex. auctoritate ita se explicant, & prædictã Regulam negatiuam in effectu limitant ijdem Doctores communiter, vt ex Felino, Rebuf. & alijs resoluunt Felin. Rebuf. Garc. Gonsal. Maresc. Garc. à n. 4. Gonsal. n. 14. Marescot. à n. 18. supracitatis locis. Et in hunc sensum rectè illustrissimi Cardinales B hospitalia, quæ non fuerint data in titulum ad contributionem seminarij non teneri refert Cabed. d. 1. p. decis. 204. & habetur in declarationibus, quæ vulgò circunferuntur. Cabedo.

Infertur secundò, quod si hospitalia fuerint loca religiosa, vel pia, Rectores eorũdem ratione administrationis piarum actionum gradum in Ecclesiastica Hierarchia aliquo modo constituere.

33 Ex quibus sic breuitèr expensis, & C alijs suprà positis, non obstant fundamenta, quibus probari intendebatur hæc omnia supradicta officia ad Hierarchiam Ecclesiasticam nullo modo spectare. Nam ad primum fundamẽtum dicendum est, quod licet ratione beneficij ad Hierarchicum ordinẽ reduci non possint; interim tamẽ respectu administrationis rerum Ecclesiasticarum temporalium, & piarum actionum aliquo modo pertinent, vt ex natura cuiuslibet muneris desumi potest. Nec obstat, quod hæc omnia D officia laicis committi possint, vt Ecclesiastica non censeantur; quia licet officia Ecclesiastica non debeãt Laicis de iure cõmitti, iuxta cap. *Indicatum est* C. Indicatum est. cũ alijs 89. dist. si interdum tamen cõmittantur Laicis siue per iniuriam, siue per occasionem necessariam, aut consuetudinem toleratam, aut priuilegium non mutant naturã officij, nec hoc non impedit, quod habeant administrationem rerum Ecclesiasticarum temporalium ministerialiter, vt laicus etiam in spiritualibus procurator constituitur ad vnũ, vel etiam plura negotia siue in iudicio, cap. 2. de procurator. in 6. vbi Cap. 2. de procurat. Gloss. cap. 2. de Syndico. Vel extra Gloss. iudicium velut ad resignandum, acceptandum, seu permutandum beneficium Gloss. verbo, *Procuratorem*, Cap. 2. de Syndico. Glos. in Clement. 1. de renuntiat. vbi Doctores Ioann. Andr. Abb. & communis in capite *Accedens*, de præbend. C. Accedens. post alios Tiraquel. de iure mar. glos. 5. num. 178. Felin. in cap. *Apostolica*, C. Apost. Tiraq. Felin. num. 5. & 6. de except. quæ administratio sufficiens est, vt ad Ecclesiasticam Hierarchiam pertineat.

Secũdum fundamentum Doctorũ, 34 qui probant, absque vitio simoniæ officia hæc vendi posse, & pretio cõparari, illam petit quæstionem, an omnis venditio Ecclesiæ rei etiam temporalis sit simoniaca? prout affirmatiuè videtur decidere tex. in cap. *Saluator* 1. q. 3. In qua tamẽ supracitati C. Saluator. DD. acriter affirmãt hoc nõ esse contra verã naturam simoniæ. Quare ad illius text. intellectũ aduertunt, quod in crimine simoniæ duo reperiuntur; alterum auaritia, & cupiditas, quæ est radix huius criminis; alterum spiritualium æstimatio, & vtrumque simoniacũ à *Simone* rectè dicitur, quia vtrumque Simon habet, non tamen vtrumque simoniæ crimen, prout suam habet distinctam speciem ab alijs

lijs dici poteſt, niſi ſpiritualia ſupernaturalia pretio æſtimentur. Hoc ſuppoſito dicunt, (*Vrbanus Papa.*) Vrbanum in hoc tex. ſimoniacam appellare omnem vēditionem cuiuſque rei Eccleſiæ temporalis ſi propter proprium vendentis commodum facta ſit. Vel quia ſpiritualia prætio æſtimentur, ſcilicèt quia execrabilis auaritia eſt, & pecuniæ cupiditas circa res Eccleſiæ cōmiſſa. Nec hic eſt vera natura ſimoniæ, ſed deteſtabilis eius radix, quæ Simonem in illud crimē intulit. Colligunt ex hoc tex. ibi, *Sed ambitionem quæſtus, & auaritiam*. Et paulò poſt, *ſola pecuniæ cauſa, auaritia, videlicèt*, & illa verba, *Ad propria lucra* indicare videntur, non cōmitti culpam aliquā, ſi res Eccleſiæ ad ipſius commodum, vt debent, diſtrahantur; ſed tum demum cum in proprium prælati lucrū id fit, quia tunc auaritia eſt. Ad auctoritates verò in contrarium adductæ reſpondent, quod latius à Pontifice accipiuntur in deteſtationem criminis, & hoc videtur ſentire (*Rebuſ.*) Rebuſ. in tract. de rebus Eccleſiæ non alien. n.114. & ſuprà citati Doctores.

35 Verius tamen dicēdum eſt, ſimoniam cōmitti, & probatur per tex. in (*C. Conſulere. C. Si quis Epiſcop. C. Saluator.*) cap. *Conſulere*, ibi, *Vicedominatum*, de ſimonia, cap. *Si quis Epiſcopus*, ibi, *Defenſorem*. 1. q. 1. iuncto cap. *Saluator*, verſ. *Nomine*. 1. q. 3. quibus contrariæ ſententiæ ſequaces non ſatisfaciunt. Sed pro vera huius rei intelligentia ſciēdū eſt dupliciter poſſe cōſiderari ſimoniā. Vel à lege diuina prohibitā, vel lege canonica incurſam, & licet officia hęc de ſe, & ex natura ſua nō ſint materia ſimoniæ, vt docent cōmuniter Theologi, & ratione oſtenditur, quia hæc munia, vel officia nō habēt

A in ſe aliquid ſpiritualitatis neque ordinantur ad ſpirituales actiones, ſed tantùm ad tēporales, vt ſunt cuſtodire, vel adminiſtrare res Eccleſiæ, & ſimilia, vt in ſingulorum numero iam ſuprà demōſtrauimus. Nō eſt tamen dubiū, quin ſint valdè coniuncta ſpiritualibus; nam per illa res ſacræ ſi nō immediatè, propinque tamen cōtrectātur, vel Eccleſiaſtica bona per illa adminiſtrātur; & licet non habeāt de ſe ſpiritualitatē, vel cōnexionem ſufficientem natura ſua ad materiā ſimo- B niæ; poteſt tamen per legē poſitiuam impleri faciēdo annexationē, vt probat Soar. de Relig. tom.1. de ſimon. (*Soar.*) lib.4. cap.29. n.3. cū ſequētibus; quicquid aliter dicat Selua de benef. 2.p. (*Selua.*) q.11. n.14. Gam. deciſ. vlt. n.6. & alij (*Gama.*) ſuprà relati. Et probatur primò ex æquiparatione inter materiā, & cōtractum, nam lex Eccleſiaſtica poteſt facere per prohibitionē, vt pactū ſit ſimoniacū, quod aliàs non erat. Secūdò ſic probat Victor. quia cōſecratio (*Victor.*) C Calicis nō facit materiā inuendibilē omnino, & tamē ſi lex Eccleſię prohiberet intuitu religionis, ne vendatur calix etiā quoad materiale vas, eſſet ſimonia illud vendere; ergo ſimiliter poteſt hoc facere in his officijs; quod alijs rationibus cōfirmat P. Soar. d.c. (*Soar.*) 29. per tot. Et hęc prohibitio extat in Conc. Calced. relato in c. *Si quis Epiſcopus*. 1. q. 1. Refertur etiā in c. *Saluator* 1. q. 3. & fit mētio in cap. *Conſulere*, de ſimon. quibus iuris capitibus probatur, in vēditione horū officiorū ſimo- (*Cōc. Calc. C. Si quis. C. Saluat. C. Conſulere.*) D niā cōmitti lege canonica prohibitā ex reg. cap. *Saluator*, cum ſequentibus quatenùs officia omnia Eccleſiaſtica vēdi prohibent ſub ratione ſimoniæ concludit idem P. Soar. d. tom.1. de (*Soar.*)

Relig. tract. 3. de ſimon. lib. 4. cap. 27. & cap. 29. cum ſequentibus.

Ex quibus omnibus ſupradictis iā apparet, in Eccleſiaſtica Hierarchia plures, diuerſoſque reperiri gradus ratione conſecrationis; iuriſdictionis, beneficij, & adminiſtrationis diſtinctos, quibus ad exemplum Triumphantis noſtra Eccleſia militans cōponitur, & ordinata conſpicitur.

Quæſtio III. proœmialis.

Vtrùm octo ordines ſuprà numerati Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius propriè tantum ſint ordines Eccleſiaſtici?

QVanuis in duabus præcedētibus quæſtionibus ſola cū impijs hæreticis, nulla verò cum Orthodoxijs, & Catholicis Doctoribus contentio reperiatur; in duobus tamen, quod attinet ad propoſitum inter ipſos etiam Catholicos duæ arduæ vertuntur quæſtiones. Prima de qua in preſenti ſermo erit, illa eſt, vtrùm octo illi ordines à nobis ſuprà enumerati nempè Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius propriè tantùm ſint ordines Eccleſiaſtici; ita vt nec plures, nec pauciores debeant numerari, & ſi non omnes, qui nam ſaltem ex illis.

Secunda verò, de qua in ſequenti dicemus, petit, vtrùm omnes illi verè ſint ſacramentum? Quæ quidem dubia opportunum duxi hìc explicare antequam ad peculiarem ſingulorum graduum accedamus explicationem; vt ſic illorum veritate ſuppoſita clariùs procedatur, neque poſteà neceſſarium ſit, ea ſingulo quoque ordine repetere.

A

§. I.

Vtrùm octo ordines ſuprà numerati ſint verè ordines Eccleſiaſtici?

SVMMARIVM.

1 *Opinio illorum, qui dicunt, ab initio naſcentis Eccleſiæ fuiſſe tantum ſeptem ordines Eccleſiaſticos, refertur.*

B

2 *Iuris profeſſorum ſententia affirmātium, ordines eſſe nouem, expenditur.*

3 *Octo eſſe ordines connumerando primam tonſuram aliqui affirmant.*

4 *Opinio, quæ aſſerit, octo eſſe ordines detrahendo primam tonſuram, & connumerando Epiſcopatum probabilior videtur.*

5 *Quare in Eccleſia ſeptem tantùm ordines communiter nuncupentur?*

6 *An Epiſcopatus verè ſit ordo Eccleſiaſticus?*

C

7 *Primam tonſuram non eſſe ordinem Eccleſiaſticum, reſoluitur.*

8 *Supradictæ ſententiæ conſiliantur.*

IN hac ergo quæſtione, quę petit, An octo ordines ſuprà numerati ſint tantùm ordines Eccleſiaſtici? alij dicunt, ab initio naſcētis Eccleſiæ fuiſſe tantùm ſeptem ordines Eccleſiaſticos, ſcilicèt Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorum, Exorciſtarum, Lectorum, Oſtiariorum. Et hanc concluſionem deducūt ex Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. dum ſolum ſeptem ordines enumerat; ita ſentit D. Thom. in ſupplemētis q. 32. art. 2. quem communiter ſequuntur Docto- 1

D

Trident.

D. Tho.

Vasq. Ochog. Capreol. Estius. Asor. Comitol. Bellarm.

Doctores tam antiqui, quàm recentiores, vt constat ex Vasq. 3. tom. in 3.p.disp.236. Ochoga.tract. vnico de sacram.ord.q.2.n.4.& 5. Capreol.in 4.dist.24.q.vnica artic.1. Estius in 4. dist.24.§.1. Asor. instit.Mor.2.p.lib. 3.cap.27.q.3. Paul.Comitol.respons. moral.lib.1.q.48.n.11. Bellarm.tom. 2.de effectu sacram.cap.25.

2 Alex.Pa. Nau. Glos. Abb.66. Host.

Alij verò, vt sunt nostri Canonistę communiter ex Alex. in nostro cap. *Cleros*.n.4.ex Nauar. in Man. cap.22. n.18.cum glos. ibidem, verb. *Psalmistam*. Gloss.magna ad verbum, *Episcopus*, in proœmio Sexti, Abb.post Hostiens.in cap. *Cum contingat*, de ætat.& qualit.idem Host in Rubr.de ordinãdis ab Episcopo, §.1.cum quibus etiã ex Theologis assentiunt Maior in 4. dist.24.q.1. Echius in Homil. de ordinibus; multique alij relati ab Henric.d.lib.10.cap.2.§.3. lit.V. opinantur, ordines esse nouem addentes scilicèt illis octo à nobis numeratis primam tonsuram, seu psalmistatum. Quam sententiam multis confirmant fundamentis. Primò ex text. in præsenti vers. *Quorum gradus*, & in cap. *Perlectis*, vers. *Hi sunt ordines*. 25. dist. vbi totidem ab Isidoro numerantur. Deindè exemplo cœlestis Hierarchię ad cuius similitudinem nostra Ecclesia dicitur esse formata, vt suprà probauimus, quæ nouem etiam ordinibus constat, & vltra supra dicta probant tex.in cap.vlt.vers. *nouem*, de pęnit.dist.2. Quod fundamentum optimum reputat Michael de Aninion in tract.de vnitate ouilis, & pastor. cap. 6.nu.7. Tandemque quoad primam tonsuram putant expressè probari ex tex. in cap. *Cum contingat*, de ætat. & qualit.ibi, *Per primam tonsuram*, iuxta

Maior. Echius. Henric. C.Perlec. Cap.vlt. Auinior. C.cũ cõti.

A formam Ecclesiæ datam à talibus clericalis ordo confertur.

3 Alij denique octo tantùm esse ordines existimant detrahentes Episcopatum (quem cum omnibus ferè Theologis asserunt, non constituere diuersum ordinem à presbytero) cõnumerando primam tonsuram, sicut notauit Syluest.in Summ.eodem tit. q.1. ex scholasticis eandem sententiã cum Angel.in Sum.verb. *Ordo*.1.n 1. sequuntur Maior in 4. dist. 24. q. 1. col.2. & Ioan.Echius in Hom.de ordinibus. B

Siluest. Angel. Maior. Echius.

4 Inter quas opiniones alij tandem mediam sectantur viam asserentes, ordines esse octo cõnumerando scilicèt Episcopatum, & detrahendo primam tonsuram; quam sententiã tanquam propriam tenuit Nauar.in Manual.d cap.22.n.18. & ante eum Durand. in 4.dist.24.q.6. & ibi Palud. q. 7. Viuald.tom.2.de sacram. cap 116. Gofred.Pictou. 4.p.summæ cap. 1.& ibidem Altisid. cap.1. de sacram.ord. Petr.Soto de instit. sacerdot. lect. 1. C & 4. de sacram.ord. Aial. detra. 3.p. Valent d.q.1.puncto 2.multique alij, quos refert, & sequitur Viuald. vbi proximè n.10. Cui quidem opinioni inter omnes alias tanquam veriori liberiùs assentior; pro ea enim, imprimis quoad Episcopatum (in quo solùm est dubitatio) stat expressus Cõcilij Trid.locus, cui se non scire, nec bona fide posse respondere asserit Nauar.vbi suprà, sess.23.cap.4. de sacram.ordin.ibi. Proindè sacrosancta D Synodus declarat, *Præter cæteros Ecclesiasticos gradus Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, &c.* Quæ quidem verba adeò sunt

Nauar. Durand. Palud. Viuald. Pitou. Alt sid. Soto. Aiald. Valenc. Viuald. Triden. Nauar.

clara, vt nulla indigeant inductione. Suffragatur etiam expressè text. in
C. *Illud.* cap. *Illud.* 77. dist. vbi tex. præscribens regulam, ne quis, nisi per gradus sigillatim ordinetur inter Ecclesiasticos ordines manifestè numerat episcopatum in illis verbis ibi, *Vt omnes ad Ecclesiasticos ordines sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur. i. si quis Episcopus esse meretur, sit primum ostiarius, &c.* Cuius tex. meminit Baron.
Baron. Cap. 1. tom. 2. anno 296. §. *Quod verò*, text. etiam in cap. 1. 32. dist. ibi, *Quod si in*
Glos. *hoc ordine qui quartus extat à capite, & cat.* Vbi glos. verbo *à capite*, infert, Episcopatum esse ordinem. Quod probatur ratione, quia ordo nihil aliud est, quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispẽsandis; sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, sicut confirmationem, & ordinem; ergo Episcopatus est ordo.

5 Neque Theologorum fundamenta, qui secundum communem totius Ecclesiæ vsum septem tantùm ordines communiter enumerant, vt probat tex. in cap. *à Subdiacono.* 93. dist.
C. à Subdiacono. propter quem vsum speciem esse temeritatis contrarium asserere dicit
Soto. Sot. in 4. dist. 24 q. 2. art. 1. ad fin. obstant contra suprapositam resolutionem. Primum enim ex communi vsu tollitur, si dicamus, quod cum communiter septem tantùm ordines numerantur, non omnes omnino ordines tunc numerari; sed illos dũtaxat, qui communiter eidem homini conferri; & ab eodem suscipi solent in Ecclesia, postquam conferri cœperunt; quasi id videlicèt pertineat ad quandam ordinariam perfectionem. Episcopatus autem cum non ordinariè multis, sed paucis cum singulari quodam delectu; & vocatione con-
A feratur; ideò ita communiter inter ordines numerari non solet.

Ad secundum fundamentũ Theologorum, dum asserũt, Episcopatum non esse verè ordinem; quia cum ordo Ecclesiasticus necessariò postulet, vt per illum aliqua tradatur potestas in ordine ad sacratissimam Eucharistiam, vt patet ex definitione ordinis, de qua suprà diximus in secũdo supposito; & cum tamen per Episcopatum; in quo licet spiritualis potestas 6
B suscipiatur, non tamen in ordine ad Eucharistiam, sed potiùs in ordine ad Ecclesiam, cum actiones, ad quas Episcopus deputatur super sacerdotem, nempe consecrare, benedicere, & alia similia, de quibus in cap. *Perlectis*, vers. *Ad Episcopum*. 25. dist. non ad sacrificium Eucharistiæ, sed ad Ecclesiam ordinentur, dicendum est: quod Episcopi multo magis, quã alij, quidam ministri deputantur in ordine ad sacerdotium, & celebrationem Eucharistiæ; ipsi enim & sacerdotiũ *C. Perlectis.*
C conferunt, & altaria, atque templa ad vsum ipsius consecrant, multaq; alia faciunt, quæ quidem magis ad vsum Eucharistiæ referuntur, quam quædã alia ministeria præsertim ordinũ minorum, vt in Theologis etiam deprehenditur; & in proposito prædicta argumenta ita soluit Valent. d. pũcto 2. vbi proximè: quamuis autem illa secundum modo dicta pro Episcopatu nihil vrgeant. *Valent.*

Prima tamen tonsura, quam ordi- 7
D num numero cum eisdem Theologis reijciendam putamus, fortiter euincunt, cum prima tonsura tantùm designatio quædam sit ad ordines, neque in ea vlla ad sacrificium missæ, seu

seu ministeriũ altaris conferatur potestas, vt ferè omnes agnoscũt Vasq. in 3.p.tom.3.disp.236.cap.1. à princ. Estius in 4. dist. 24. §. 4. Asor. instit. moral.2.p.lib.3.cap.27.q.3. Paul. Comitul.responsf.moral.lib.1.q.48.n.11. Cou.1.var.cap.10. nu.15. Vnde dum tex.in nostro cap. *Cleros*.21. dist. & in d.cap. *Perlectis*.25.dist. Ex quibus primum Canonistarum fundamentum pro prima tonsura desumitur, Psalmistam inter cæteros ordines numerant, non ita propriè videntur vocabulum, ordinis vsurpare, sed latiùs prout importat tantum quandam designationem, seu gradum ad cæteros ordines. Similitudo autem cœlestis Hierarchiæ nouem gradibus constãtis, quæ secundùm erat argumentũ; non euincit, vt contra manifesta principia tonsuram in ordinum numero collocemus. Textum autem in d.cap. *Cum contingat*, de ætat. & qual. in quo maior dubitatio est; vltra tamen intellectum Soti d.q.2. art.1. in fin. mihi præter alios ita videtur posse explicari textum, si dicamus, illum non asserere, per primam tonsuram conferri ordinem Ecclesiasticum, in quo aliqua in ordine ad Eucharistiam cõferatur spiritualis potestas; de quo tantùm nostra est dubitatio; sed tantùm conferri ordinem clericalẽ, hoc est, gradum inter clericos, & de hoc tantùm fuit Põtifex interrogatus ibi, *Requisisti, an clericatus ordo in tonsuram huiusmodi conferatur*, quod quidem diuersum est, solumque importat, per primam tonsuram fieri, quem simpliciter clericum, iuxta tex. in cap. *Duo sunt*, ibi, *Et hoc designat*.12.q.2. capacẽ iurisdictionis Ecclesiasticæ, & beneficiorum, ac tandem dispositum ad

Vasq. Estius. Asor. Comitul. Cour. C. Cleros. C. Perlectis. Ca. Cum contingat Sotus. Cap Duo sunt.

A ordines Ecclesiasticos suscipiendos, vt manifestè videtur insinuare Trid. d.sess.23.cap.2.ibi, *Vt in Ecclesia ordinatissima dispositione, plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, ita destributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent per minores ad maiores ascenderent, &c.* Quæ quidem vltima verba satis demonstrant, tonsuram distinctam esse à reliquis minoribus ordinibus; per illam tamen quem clericum fieri, & ad illos suscipiendos dispositum ita

B intelligit Asor. Paul. Comit. Estius, & Vasq supra citatis locis. Neque contra id, quod diximus quicquam habet momenti, quod Sixtus V. in motu proprio edito anno 1588. Non. Ianuarij contra malè promotos ad ordines primam tonsuram appellet characterem clericalem; nam charactere accipit pro destinatione ad statum illum clericalem; non quod putaret, per tonsuram imprimi qualitatẽ characteris sicut per sacramentum ordinis; ita eleganter explicat Vasq. in 3.

C p.tom.3.disp.236.& ita in d.cap *Cum contingat*, asserit, ordinem vsurpari ab Innoc. pro gradu eminenti, non quidem in Ecclesia, hoc est in templo inter ministros illius; sed in Ecclesia, hoc est in tota congregatione fidelium; nam omnes insigniti prima tõsura dicuntur esse in gradu eminenti super cæteros fideles laicos, ita Alcoinus lib. de diuinis offic. cap.35.in 3.tom. Bibliotecæ sacræ, & Vasq. supracitato loco.

D 8 Addo tamen, quod quanuis hæc in rigore ita procedant; prædictas tamen sententias, quanuis inter se diuersas facilè componi posse, vt nulla in re, sed tantùm in verbis sit dissentio,

Trident. Asor. Comit. Estius. Vasq. Sixtus V. Vasq. Innoc. Papa. Alcoin. Vasq.

tio, si dicamus, primam Canonistarũ
sententiam, dum tonsuram ordinem A
censet, nomen, *Ordinis*, impropriè sumere pro qualibet designatione ad aliquod in Ecclesia; nos verò, & Theologos ordinem strictius vsurpare.

Quæstio IIII. procemialis.

Vtrùm omnes illi octo Ordines, aut qui nam ex illis verè sint sacramentum?

IN hac quæstione quæ petit, vtrùm omnes illi ordines suprà numerati, seu potiùs ordinationes (hic enim accipitur ordo pro ea actione, qua ordo datur) aut saltem qui nam ex illis verè sint sacramentum? vt certa ab incertis separemus, de quatuor minoribus ordinibus (relictis tamen Hæreticorum erroribus circa hoc sacramentum Ordinis, quos iam suprà in 1. & 2. quæstione reiecimus) primo loco agendum erit. B

§. I.

Vtrùm quatuor minores Ordines verè sint sacramentum?

SVMMARIVM.

1 *Opinio Durandi, qui tenuit; præter ordinem sacerdotalem nullum ex illis esse verum sacramentum, refertur.*
2 *Fundamenta, quibus probari videtur, quatuor minores ordines non esse verè sacramenta assignantur.*
3 *Lectores, Cantores, & Ianitores promiscuè in Ecclesia nuncupantur.*
4 *Ex eo istam non fuisse ordinem Ecclesiasticum prope tempora Apostolorum contendit Vasq.*
5 *Quatuor minores Ordines esse verè sacramentum resoluitur.*
6 *Primum fundamentum huius sententiæ expenditur.*
7 *Secundum ex loco Concilij Florentini annectitur.*
8 *Vltimò probatur hæc assertio ex materia, & forma, quam prædicti ordines habent.*
9 *Ad primum fundamentum contrariæ sententiæ respondetur.*
10 *Secundi fundamenti solutio.*
11 *Tertium reijcitur.*
12 *Vtrùm sit peccatum mortale aliquod minorum ordinum officium immortali exercere?*
13 *Quid de ministerio Diaconi, & Subdiaconi in mortali.*
14 *Fundamentum Vasq. ex sanctis Patribus desumptum reijcitur.*
15 *Prima tonsura cum non sit ordo ecclesiasticus sacramentum dici non potest.*

C IN hac nostra quæstione; in primis Durãd. in 4. dist. 24. q. 2. quẽ sequuntur Victor. q. 226. de sacramentis Caiet. tom. 1. tract. 11. de modo tradendi, & suscipiendi ordinis, tenuit, præter ordinem sacerdotalem nullum ex illis esse verè sacramentum, quẽ etiã Vasq. sequitur, quoad quatuor minores ordines in 3. p. tom. 3. disp. 237. cap. 2. Qui omnes asserunt, quatuor minores ordines non esse sacramenta à Christo Domino instituta; sed D ex sola Ecclesiæ constitutione dimanasse. In quem sensum afferunt Magistrũ in 4. dist. 24. cap. *Septimus ordo*, Gracian. quoque in suo decreto dist. 21. Nauar. in Summa cap. 22. n. 18. 1 *Durand.* *Victor.* *Caiet.* *Vasq.* *Magist.* *Gracian.* *Nauar.*

2 Quæ opinio probatur deindè ratione; primum, quia hi ordines minores non habent annexam obligationem recitandi vllum diuinum officium. Secundum, quia non habent votum castitatis perpetuæ annexum. Tertium quod actus minorum ordinum fiunt etiam licitè à non ordinatis; imò etiã actus diaconatus potest exerceri, saltem validè à non diacono. Neque videntur eiusmodi ordinum actus habere aliquid supernaturale, vel spirituale; quod sine sacramẽto præstari nequeat. Atqui hoc argumentum maximè vrget Durand. vt probet, non modo ordines minores sacramentum non esse, sed nec subdiaconatum quidem, & diaconatum, sed tantum sacerdotium, quod est ad actum supernaturalem consecrationis. Postremò, quia si sacramẽta essent, gratiam conferrent ad ministerium, ac proindè peccatum mortale esset, aliquod eorum officium in mortali exercere. Vasq. tamẽ his omnibus, & alijs reiectis sola optima cõiectura ex auctoritate Patrum rectè deducta hanc sententiam confirmat. Primum quidem, quia ea, quę sunt de iure diuino, & ea, quæ habent rationem sacramenti, cum sint bases, & fundamenta Ecclesiæ, debent esse firma, & fixa, inuariata, & perpetua in eadem Ecclesia; sed ordines minores neque semper fuerunt à principio in Ecclesia; neque postquam cæperunt, semper perseuerarunt; ergo neque sunt sacramenta, neque de iure diuino. Nam secundum vsum Ecclesiæ antiquum non semper eosdem in Ecclesia Dei ordines minores extitisse; sed aliquam in hac re fuisse varietatẽ probatur. Nam laboratores, quos alij fossarios appellant, multi Patres inter alios minores ordines memorãt. Ignatius in epist. ad Antioch. Epiphanius in Compend. vera doctrina, quę est post hæres. 86. Hos autem laboratores fuisse quondam in aliquo ordine constitutos constat ex Auctore epist. ad Rusticum, Narbon. apud Hieron. tom. 9. q. 13. cap. 1. Deindè in Ecclesia Dei antiquitùs Cantores fuisse in aliquo Ecclesiastico ordine, & gradu constitutos sibi persuadet Vasq. & affert Isidor. lib. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 12.

3 Prętereà inquiunt pro sua opinione Doctores suprà citati duos alios ordines minores nunc in Ecclesia reperiri; quos post tempora etiam Apostolorum multo tempore non fuisse distinctos, manifestè probatur; ex quo deducunt, eos non fuisse à Christo, sed ab Ecclesia institutos. Nam post tempora Cypriani, & Cornelij, qui 250. annos post Christum floruerunt, aliorum mentionem apud Patres factam inuenimus. Clemens Romanus lib. 3. constit. cap. 11. Ignatius in citata epist. tantùm memorant Lectores, Cantores, & Ianitores; & promiscuè hi ordines ab illis nuncupantur.

4 Tandem Exorcistã non fuisse ordinem Ecclesiasticum propè tempora Apostolorum deducit Vasq. dicta disp. 237. n. 24. ex Clem. Rom. lib. 8. Constit. nam postquã de ordine Subdiaconorum, & Lectorum agit. Deindè cap. 23. aliàs 29. inquit, non fieri ordinatione exorcistas (nempe Ecclesiastica, & ab Episcopo) Quocirca Turrian. in eum locum notat, hoc genus exorcistæ non esse ex numero ordinum, sed pendere ex gratia Dei; & ita

Durand. Vasq. Ignat. Epiphan. Auctor. Vasq. Isidor. Clemens. Ignatius. Vasq. Turrian.

& ita in antiqua Ecclesia cũ hæc gratia sanitatis fidelibus conferebatur, non fuisse hunc ordinem Exorcistarum; posteà verò cum hoc donum cessaret, successisse officium, & ordinem exorcistarum, sicut cessante dono linguarum ex infusione Spiritus Sancti, successit in Ecclesia peritia linguarum ex studio. Idem etiã Turrianus loco citato officium ostiarij ab initio pertinuisse ad subdiaconum, & in Latina fuisse diuersum ordinẽ asserit. Ex quo deducitur pro hac opinione, ex sola institutione Ecclesiastica hunc ordinem in Ecclesia fuisse introductum, & institutum; ac proindè non esse sacramentum.

Medin. Quibus ita præiactis Mich. Med. lib. 1. de continentia cap. 46. Dominic. Sot. in 4. dist. 24. q. 1. artic. 4. *Soto.* conclus. 7. Martin. de Ala libr. de tradit. *Ala.* Apostol. p. 2. cap. de ordine, §. *Synodus*, D. Syluest. Vasq. & alij supracitati *D. Sylu.* *Vasq.* existimant, hos quatuor minores ordines non esse sacramenta; cum autẽ hoc ex sola Dei voluntate pendeat, & nullum detur firmum fundamentum ad contrarium asserendũ.

5 Contraria tamen sententia probabilior mihi videtur. Et præter nostros iuris professores, eam quidem dum asserit, quatuor minores ordines suprà numeratos esse sacramenta à Christo instituta ex schola Theologorum plerique sequũtur. *D. Thom.* D. Tho. in 4. dist 24. q. 2. art. 1. q. 3. D. Bonau. *D. Bonau* art. 2. q. 1. in corp. Richard. art. 4. q. 1. *Richard.* In prædicta quoque sententia conueniunt Scot. dist. 24. q. vnica, §. *De* *Scot.* *tertio* in fin. Tho. de Argent. q. vnica, *Argent.* art. 2. §. *Ad primum dicendum*, Palud. *Palud.* in 4. dist. 1. art. 2. in princip. Capreol. *Capreol.* q. vnica art. 1. conclus. 1. & 2. Maior. *Maior.*

A q. 1. §. *His paucis*, Almain. q. 1. art. 3. §. *Almain.* *Consequenter quæritur*. Petr. Sot. lib. de *Soto.* instit. sacerd. lect. 4. circa med. Syl- *Syluest.* uest. in Sum. verb. *Ordo*. 1. q. 1. in fin. *Angel.* & q. 2. in princ. & Angel. in Sum. eodem tit. n. 2. Bellarm. tom. 2. lib. 1. de *Bellarm.* sacram. ord. cap. 6. vbi proximè. Va- *Valent.* lent. d. disp. 9. generali, q. 1. punct. 4. in princ. Ochog. q. vnica de sacram. *Ochogau.* ord. tract. vnico q. 3. Scribon. in theo *Scribon.* simia de ord. disp. 7. quest. 3. Aegidius *Ægid.* de sacramento ord. disp. 20. dub. 6. n. 47.

B Quæ sentẽtia confirmatur primò, 6 quia perantiqua est in Ecclesia mentio horum ordinum, vt patet ex Dionysio cap. 3. de Ecclesiastica Hierar- *Dionys.* chia p. 2. & Ignatio proximè tempo- *Ignat.* ribus Apostolorũ epist. ad Antioch. q. 9. aliàs 12. Anaclet. epist. 3. & alijs, *Anaclet.* quos citat Vasq. d. disp. 237. n. 5. ergo *Vasq.* signum est, hos ordines à Christo dimanasse, quare & sacramenta esse.

Secundò probatur ex Concilio 7 *Cõc. Flor.* Florent. in literis Eugenij 4. vbi sic dicitur: *Sextum sacramentum est ordi-* C *nis; cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut præsbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ campane porrectionem; Diaconatus verò per libri Euangeliorum dictionem: Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua suprapositа traditionem. Et similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem.* Vbi dũ definis ordinationem in genere esse sacramentũ, & posteà enumerat omnes ordinationes; videtur insinuare, D omnibus ordinibus conuenire rationem sacramenti. Imò Conc. Tridẽt. *Cõc. Trid.* sess. 23. idem demonstrat. Nam cum cap. 2. enumerasset omnes ordines etiam minores; posteà cap. 3. definit, ordinem

ordinem esse sacramentum, vbi omnes ordines vocat etiam sacram ordinationem, quia sunt sacraméta. Et in eo cap. 3. sic ait; *Ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque vniuscuiusque eorum propria ministeria; subdiaconi scilicèt, Acolyti, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarij in vsu fuisse cognoscuntur*. Nam subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & sacris Concilijs refertur; in quibus, & de alijs inferioribus frequentissimè legimus. Denique Conc. Trident. eadem sess. cum Canone 2. definit, esse in Ecclesia ordines maiores, & minores; & sine vlla distinctione Can. 3. ordinem esse propriè sacramentum. Ex quibus omnibus manifestè cócluditur, quod indistinctè sentit idem Conciliú omnem ordinem, etiã minoré esse sacramentum; aliàs confusam, & diminutam doctrinam tradere.

Côc. Trident.

8 Vltimò confirmatur hæc sententia, quia si hi ordines minores essent ab Ecclesia instituti, neque haberent materiam, neque formam, nec imprimerent characterem; vnde repeti possent; quæ tamen omnia falsa sunt; & probatur manifestè, nam materiam, & formam eorum notauit Côcilium Florentinum, & characterem Concil. Trident. session. 23. Canon. 4. dum absolutè de omni ordine, quem sacrum vocat, quia est sacramentum, dicit imprimere characterem. Ex quibus opposita sententia vix mihi probabilis videtur; & ad eius fundamenta facillimo negotio responderi potest.

Conc. Florent. Trident.

9 Primum enim fundamentum dum asserit quoad hoc, vt ordo aliquis sit sacramentum debet habere obligationem annexam recitandi diuinum officium; facillimè tollitur, si dicamus A huiusmodi obligationé non esse de ratione sacramenti; quia inpensio hæc recitandi de iure humano tantum positiuo sacris ordinibus annexa fuit; & ita non impedit, quod absque ea quatuor minores ordines sint verè, & propriè sacramentum, vt resoluunt Doctores pro hac sententia suprà citati.

Ad secundum fundamétum, quatenùs inquit, votum castitatis perpetuæ, seu continentiæ esse de ratione B sacramenti ordinis, ita vt absque eo dari non possit hoc sacramentum, eodem modo etiam responderi potest; nam supponimus communiter cum Doctoribus, continentiæ obligationem esse coniunctam cum ordinibus sacris, qui numerantur à Subdiaconatu vsque ad Episcopatú secundum præsentem vsum Ecclesiæ Latinæ approbatum iam per Apostolos, & per Summos Pontifices, vt constat, & expressè traditur ab Innocent. 2. relato in capite *Vt lex*. 27. C quæst. 1. & alibì sæpè. Quicquid aliter sentiat Maior in 4. dist. 24. q. 2. Vuald. lib. 2. de sacrament. cap. 128. Michael Med. lib. 2. de continentia, cap. 7. Vndè cú hæc obligatio ab vsu tantùm Ecclesiæ, seu à traditione Apostolorum per Pôtifices approbata deueniat; benè sequitur, votum continétiæ quatenùs à iure humano impositum non esse ratione sacramenti. 10.

Innoc. 2. Maior.

Vuald. Medin.

Neque indè obstat tertium fundamentum, dum asserit, actus minorum D ordinum fieri etiam licitè à non ordinatis, ac proindè videbatur huiusmodi ordinum actus non habere aliquid supernaturale. Nam si huiusmodi ratio valeret, consequenter 11.

H possest

posset probari, Durandum, qui eam affert, nec subdiaconatum quidem esse sacramentum. Quod auctores contrariæ sententiæ dicere non ausi fuerunt; & id patet. Nam etiam epistolā potest, & solet legere quandoq; in Ecclesia, qui subdiaconus non est. Dico igitur non esse essentiale omni sacramento ordinis, vt sit ad actum supernaturalem, qui nequeat licitè, vel validè sine proprio ordine exercere; sed satis est, si ad sit institutus, vt quidam actus Ecclesiastici, seu sacri sanctiùs, & religiosiùs fiat; qui tamen aliàs sine huiusmodi ordinibus poterant exerceri, vt patet exemplo sacramenti Confirmationis, quod cōfertur ad actum tuendi, & confitendi fidem, quam tamen aliqui Cathecumeni sine hoc sacramento interdum optimè profitentur, quanuis illud sit institutum, vt hæc professio certius, & melius fiat. Vnde non est verū vniuersaliter dicere, vt aliqui volūt characterem dari ad simpliciter agendū; sed etiam ad dignè agendum; quemadmodum hæc omnia eleganter cōsiderat Sot. d. ar. 4. Bellarm. cap. 6. vbi proximè, Valent. de sacram. ordin. d. punct. 4. ad med. Capreol. & Vasq. suprà citatis locis.

Soto. Bellarm. Valent. Capreol. Vasq.

12 Ad quartū fundamētū vbi dicitur, quod si hi ordines essent sacramenta, gratiā conferrent ad ministerium; ac proindè peccatum mortale esse aliquod eorum officiū in mortali exercere dicendum est cum Vasq. 2. tom. disp. 136. c. 2. & Soar. de sacram. disp. 16. sect. 3. ministros quatuor ordinibus insignitos probabili, ac ferè certū esse nō cōmittere peccatū mortale actus illorū ordinū in peccato mortali exercēdo. Probatur primò, quia illa materia, circa quā ministrāt, leuis est;

Vasq. Soar.

A licet enim illi actus sint suo modo sacri; tamē suntvaldè remoti à proprio, ac perfecto actu sacrificandi, vel ministrandi sacramenta, ad quem finem ordinātur. Secūdò, quia non satis cōstat (quāuis sit magis probabilis opinio) omnes illos ordines esse vera sacramenta; quod dubiū sufficit, vt eos à culpa veniali excuset. Vnde ex eo, quod aliquis ordo sit sacramentū, & ad ministerium, & officium suum gratiam conferat, non rectè infertur, administrationē illius in peccato mortali mortale esse; quia hoc intelligendum est cū respectu ad actiones, circa quas versatur administratio. Nam si spectet ad sacramenta; tunc sanè dicendum est, peccatum esse mortale, illa in mortali exercere, non verò si remotè ab actu ministrandi sacramēta dirigantur, prout in his quatuor minoribus ordinibus inuenitur.

B

13 De alijs verò duobus ministerijs Diaconi, & Subdiaconi maior est dubitatio. Nam multi existimant, hos peccare mortaliter canendo Epistolā vel Euangeliū solemnitèr in peccato mortali. Fundamentum est, quia illud ministerium est graue, & proximè accedit ad sacrificium, & ad illud dignè exercendum datur speciali gratia per sacramentum; & huic sententiæ fauere videtur cap. vlt. de tempor. ordin. vbi generalitèr prohibentur clerici iniqui in susceptis ordinibus ministrare; quod maximè intelligēdum est de clericis in sacris ordinatis, vt colligi potest ex Grego. lib. 2. Epist. c. 83. relato in cap. vlt. 33. dist. Cōtrariā tamē sententiā tenet Sot. in 4. dist. 1. q. 5. ar. 6. & dist. 24. q. 1. ar. 4. circa fin. Ratio est, quoniā illa actio, quę in hoc ministe-

C

C. vlt. de tēp. ord.

D

Greg. Papa. Sot.

miniſterio exercetur, nõ eſt illo ſpeciali modo cõſecrata, quo ſunt actiones ſacramentorum. Et hanc ſententiam *P. Soar.* aſſerit P. Soar. de ſacram. diſp. 16. ſect. 3. practicè probabilẽ eſſe, atque in rigore veram: quia vbi non conſtat de pręcepto, nõ eſt facile imponẽda obligatio peccato mortali; hic autem non cõſtat de pręcepo poſitiuo. Cap. *Enim* vlt. de tẽpor. ordin. non cõcedit circa hoc nouam legem poſitiuam, ſed tãtùm explicat naturalem, dum ait, monendos eſſe huiuſmodi malos ſacerdotes, & ſub interminatione diuini iudicij obteſtãdos, vt in ſuſceptis ordinibus non miniſtrent. Quãta verò, & quam grauis ſit hæc trãſgreſſio, ibi non explicatur; ſed ex obiecto, & materia deiudicanda relinquitur. At verò hæc materia, de qua agimus, non videtur eſſe adeò grauis, vt ex natura rei cenſenda ſit iniuria, vel ſacrilegium graue huiuſmodi actionem in peccato mortali exequi.

Et ex his conſtat, quid dicendum ſit de Præsbytero, vel Epiſcopo ſacramenta, vel ſacramentalia exercendo in peccato mortali. Nam præhabita diſtinctione ſuprà poſita, iam apparet, quando, & in quibus caſibus mortale committant peccatum, quos non licet hic percurrere.

14 Vltimò tandem reijcitur fundamentum Vaſq. deſumptũ ex Sanctorum Patrum documentis, qui variè, & diuerſimodè hos quatuor ordines enumerant: nam omnes ordines minores, qui nunc ſunt in Eccleſia, ab initio naſcentis Eccleſiæ ſemper, & ſine vlla varietate in illa extitiſſe, manifeſtè inſinuat Conc. Trid. *Trident.* locis ſuprà citatis. Neque huic ſolutioni obſtat, quod olim fuerunt foſſores, & Pſalmicantores, qui modo non ſunt. A Reſpondetur enim, eos ordines nunquam fuiſſe de genere eorũ ordinum Eccleſiaſticorum, quos modò habemus, & qui ſunt ſacramenta Eccleſię, & gratiã conferũt, ſed eſſe alios ritus Eccleſię, quibus homines ad peculiaria munera deſtinabantur, qui modo non ſunt in vſu; quanuis Pſalmorum decantatio ad ipſos Lectores deduci poſſit. Neque obſtat, aliquos Patres non meminiſſe Acolytorum. Nam argumentum ab auctoritate negatiua B non habet vim. Vnde cum Clemens Romanus, & alij Patres indicãt inferiorees aliquos ordines minores antiquitùs non fuiſſe in Eccleſia, ſed poſteà fuiſſe inſtitutos ſolum denotant, de curſu temporis fuiſſe per Eccleſiam diſtributos hos ordines in diuerſas perſonas, cum anteà per paucitatem miniſtrorum plura officia horum ordinum ab vna, eàdemque perſona exercerentur; ita reſpondent Syluester verb. *Diaconus*, Henric. in C Summa lib. 10. cap. 2. num. 2. in fine, & Ochogãu. de ſacram. ord. q. 3. n. 7. *Syluest. Henric. Ochog.* Neque indè contrariam ſententiam probari libet, quod horum ordinum miniſterium non ſpectet ad Euchariſtiæ ſacramentum; ſed pertinet ad populum diſponendum. Nam omnes ſunt pro miniſterio, & ſeruitio altaris, licet non proximè, ſed remotè; probari eſſe ad rationem ſacramenti ordinis, vt ad conſecrationem Euchariſtiæ proximè pertineat, nullo modo conuinci poteſt.

D De prima tonſura nihil diſputandum duxi in hac quæſtione; quia vt 15 patet ex præcedenti, non eſt ordo Eccleſiaſticus; ergo non eſt ſacramẽtum. Probatur, quia tantùm in genere or-

re ordinis constituitur sacramentum id, quod est ordo Ecclesiasticus. Et de eo tantùm loquitur Concil. Trident. d. sess. 23. cap. 4. Cum ergo prima tonsura non sit ordo, non erit sacramentum.

Cōc. Trid

§. II.

An ordines Diaconatus, & Subdiaconatus sint verè sacramenta à Christo Domino instituta?

SVMMARIVM.

1 *Sententia illorum, qui dicunt Subdiaconatum, & Diaconatum non fuisse à Christo institutos, neque esse sacramenta, proponitur, & primum fundamentum illius adijcitur.*
2 *Secundum fundamentum huius opinionis annectitur.*
3 *Tertium fundamentum.*
4 *Obiectio cōtra ordinem Diaconatus.*
5 *Opponitur aduersus ordinem Subdiaconatus.*
6 *Obiectio contra vtrumque ordinem refertur.*
7 *Secunda sententia, quæ asserit, Diaconatum, & Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè sacramenta verissima est.*
8 *Ad primum fundamētum partis negatiuæ respondetur.*
9 *Solutio secundi.*
10 *Tertia obiectio deliditur.*
11 *Soluitur quarta obiectio.*
12 *Responsio ad quintam difficultatem.*
13 *Tollitur sexta difficultas.*
14 *Respondetur ad septimam.*
15 *Vltimi fundamenti partis negatiuæ solutio.*
16 *Explicatur testimonium Anacleti.*
17 *Licet hi singuli ordines per se sint sacramenta, numerantur tamen tanquam vnum solum sacramentum ordinis propter respectum, quem habet ad sacerdotium.*

A

IN hac quæstione quæ petit, vtrùm ordinationes Diaconatus, & Subdiaconatus sint verè sacramēta à Christo instituta? Prima sententia est eorum, qui dicunt, Subdiaconatum, & Diaconatum non fuisse à Christo institutos, neque esse sacramenta. Quā sententiam sequuntur Durand. in 4. dist. 24. q. 2. n. 6. Caiet. tom. 1. opusc. tract. 11. art. vnico, & alij plures relati à Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 238. cap. 1. & ab Ochogau. de sacram. tract. vnico de sacram. ord. q. 4. Hæc sententia probatur primò generaliter quātum ad vtrumque ordinem ratione Durādi, dum inquit, quod quando plures actiones dicunt ordinem ad vnam actionem, quæ sola operatur effectū spiritualem, ea tantùm est sacramentum à Christo institutum, ad quam cæteræ ordinantur; & adducit exemplum Baptismi, in quo licet reperiantur cathecismus, & exorcismus, in illis tamen non consistit sacramentum Baptismi; quia illi tantùm disponūt ad ablutionem; quæ quia sola causat gratiam in anima, in ea sola baptismus cō sistit, sed ordinationes Subdiaconatus, & Diaconatus sunt propter conficiendam Eucharistiam, quam sacerdotalis ordinatio sola conficit, & aliæ ordinationes tantùm disponunt; igitur sola ordinatio sacerdotalis est sacramentum. 1

Durand. Caiet. Vasq. Ochogau.

B C D

Secundò probatur: Potestas enim sacramenti ordinis tendit ad sacramētum conficiendum, sicut etiam potestas collata in Baptismo tendit ad accipien- 2

cipiendum; sed in Subdiaconatu, & Diaconatu non datur potestas conficiendi sacramentum; ergo isti ordines non sunt sacramenta.

3 Tertiò probatur, quia sacramentũ ordinis videtur institutum ad aliquid operandum, seu conficiendum, sine quo illud nequaquàm posset confici validè, vt patet in sacerdotio, quod semper necessarium est, vt conficiatur Eucharistia. Planè omnia, quæ fiunt à Diacono, possunt valide fieri à laicis; ergo isti ordines non continēt potestatem sacramentalem.

4 *Cyprian.* Quartò de Diacono probat Cyprianus in cap. *Dominus*, ad fin. 93. dist. Deindè probatur, Diaconatum non esse sacramentum; quia quodlibet sacramentum debet habere materiam, & formam certam. Diaconatus autē non habet materiam, neque formam certam. Nam in Concil. Carthag. 4. *Conc. Carthag.* assignari videtur pro materia impositio manuum. Ab Eugenio verò 4. post sess. vlt. *Conc. Florent.* Concilium Florent. in Decreto fidei, §. *Sextum sacramentum* designatur pro materia liber Euãgeliorũ. Denique in sacra scriptura nulla reperitur mentio huius ordinationis Diaconi, licet mentio fiat Diaconorum, quia mensis pauperũ præerãt.

5 *Vrbanus.* Quintò de Subdiacono probat Vrbanus in cap. vlt. 60. dist. Eundemq; ordinē inter ordines sacros in initio Ecclesiæ non numerari. probat etiam *Innocent.* Innocent. in cap. *A multis*, de ætate, & qualit. & in cap. *Miramur*, de seru. nō ordin. constat etiam ex Decreto Vrbani secundi, quod refertur Canon. *C. Nullus ad Episc.* *Nullus ad Episcopatum*. 60. dist. Deindè, quia si subdiaconatus esset sacramentum ordinis, non posset conferri ab alio, quam ab Episcopo; sed conferri potest à Corepiscopis, scilicet co-

A adiutoribus Episcoporum, vt docet Isidor. lib. 2. de Eccles. offic. cap. *De Corepiscopis*. Denique quia Eugenius 4. loco citato, & Conc. Carthag. 4. cap. 5. assignant pro materia huius ordinationis traditionem calicis vacui cum patena; nullam assignãt verborum formam, neque in illorum porrectione datur; atqui omne sacramentum verbis debet constare pro forma, excepto sacramento matrimonij. *Isidorus. Eugenius Conc. Carthag.*

B Tandem contra vtrumque ordinem sic obijci potest, quia tantùm Ecclesia nobis tradit septem sacramenta. Si autem isti ordines essent sacramenta, plura alia essent, quàm septem. Sed Anacletus in epist. 13. cap. 1. in fin. vbi postquam enumerauit ordinem Sacerdotum, & Episcoporum, sic asserit. *Amplius quam isti duo ordines sacerdotum neque nobis à Deo collati sunt, neque Apostoli docuerunt.* Quod idem tradit Damascenus epist. 4. col. 4. sub fin. 6 *Anaclet. Damasc.*

C His tamen non obstantibus secũda sententia quatenus asserit, Diaconatum, & Subdiaconatum à Christo fuisse institutos, & esse verè, & propriè sacramenta, probabilior est. Ita sentiunt Hugo de sancto Victor. Magist. Gracian. & alij relati à Vasq. in 3. p. tom. 3. d. disp. 237. Ochogau. d. q. 4. de sacram. ord. Estius in 4. d. dist. 24. §. 6. Capreol. d. dist. 24. art. 2. Asor Instit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 27. q. 1. Va- lent. d. punct. 4. vbi proximè. Henr. D libr. 10. de sacram. ord. cap. 3. Paul. Comit. responsionum moral. lib. 1. q. 49. nu. 1. cum sequentibus, Aegidius de sacram ord. disp. 20. dub. 7. n. 46. Scribon. in theosi. de ord. disp. 7. q. 3. 7 *Hugo. Magist. Vasq. Ochogau. Estius. Capreol. Asor. Valent. Henric. Comit. Ægid. Scribon.*

Pro eaq; ſententia primum ſtat Cõcil. *Florent.* Florent. vbi poſtquam dixit, ordinem eſſe ſacramentum, illiusque materiam, & formam explicauit, continuò ponit exempla in ordine ſacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus. *Trident.* Deindè Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. ſingulorũ ordinũ nomina expreſſè enumerat; & ſtatim in cap. 3. abſolutè definit, ordinem eſſe ſacramentum, nulla facta exceptione; & in canone 6. vbi ſic definitur: *Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Præsbyteris, & miniſtris, anathema ſit.* Vbi per miniſtros ſine dubio intelliguntur Diaconi; nam de nullis alijs æquè certum eſt, ac de Diaconis eſſe à Chriſto inſtitutos. Si ergo ordo Diaconatus eſt à Chriſto inſtitutus, ſine dubio eſt ſacramentum. Vnde oppoſitam ſententiam nullo modo puto probabilem. Facit tandem, quia ſinguli iſtorum ordinum, vt probat Henric. lib. 10. de ſacram. ordin. cap. 3. in princip. à Chriſto in vltima *Henric. Luc. 22.* cœna Luc. 22. immediatè fuerunt inſtituti, qui per poteſtatẽ excellentiæ, quam habebat ſimul vno verbo omnium ordinum poteſtatem Apoſtolis contulit. Vnde dicendũ eſt illos omnes eſſe ſacramentum; aliàs enim prędicta ordinum inſtitutio minimè foret conueniens, niſi ſub ratione ſacramenti fieret; per quod miniſtri ſic ordinati ad dignè adminiſtrandum gratia fruerentur, prout oportet, iuxta illud Iſai. *Iſaias. C. Batiſmus.* *Si mundamini qui fortis vaſa Domini*, text. in cap. *Baptiſmus*, ibi, *Iuſtos oportet eſſe*, de conſecrat. diſt. 4. Facit etiam quia omnes prædicti ordines non ſunt iterabiles; ac proindè characterem imprimunt, iuxta doctrinam Gloſſæ ab omnibus receptã *Gloſſa.* A in cap. 2. de Apoſta. vt etiam aduerſarij fatentur. Igitur neceſſariò dicendum eſt, quod ſint ſacramentum, cũ iuxta ſententiam S. Auguſtini omnis ordo, qui iterari non poteſt ſit ſacramentum. *Auguſt.*

Poſtremò faciunt multa, quæ in confirmationem eorumdem ordinũ adducunt Bellarm. Capreol. Eſtius, Vaſq. Aegid. Aſor. & Ochogau. vbi ſuprà, quæ in præſenti longum eſſet recenſere. *Bellarm. Capreol. Eſtius. Vaſq. Ægid. Aſor. Ochog.*

8. B Solùm reſtat explicare aliqua fortiora aduerſariorum fundaměta, quæ contra noſtram veritatem inſurgere videntur. Ad argumentum primo loco poſitum contra Diaconatum, & Subdiaconatum dicimus: omnem actionem, quæ non attingit effectum principalem gratiæ in anima non eſſe ſacramentum. At verò ordinationes Diaconi, & Subdiaconi eſſe ſacramẽta; quia licet non attingant conſecrationem Euchariſtiæ; attingunt tamen C gratiam quam in anima ordinati producunt, in ordine ad quam ſecundum doctrinam ſacramentorum ratio ſacramenti conſiſtit.

9 Secunda difficultas facillimè etiã tollitur, ſi dicamus, non eſſe neceſſarium, poteſtatem ſacramenti ordinis vbique ordinari ad efficiendum ſacramentum; ſicut poteſtas Baptiſmi ordinatur ad recipiendum ſacramentum; ſufficit enim, ſi ad id ordinetur in præsbytero.

10 Ad tertium fundamentũ dicimus, D vt ordinatio ſit ſacramentum, non eſſe neceſſe, vt ordinetur ad aliquid efficiendum, quod non poſsit validè effici ſine illo. Nam ſacramentum Cõfirmationis eſt verum ſacramentum.

Et

Et tamen protestatio fidei, ad quam id sacramentum ordinatur potest fieri sine eo sacramẽto. De multis enim credendum est esse passos pro Christi fide protestanda, qui non fuerunt confirmati.

11 *Cap. Dominus.* Quartum fundamentum deductũ ex auctoritate Cypriani in d. capite *Dominus*, ad fin. 93 dist. etiã reijcitur. Nam Cyprianus ibi solũ dicit, Christum non ordinasse Diaconos, sicut Præsbyteros, & Episcopos ordinauit: sed tamen non indè sequitur illũ non instituisse hunc ordinem; nam etiam nullum confirmauit, & tamen sacramentum Confirmationis instituit, vt eleganter ita interpretatur *Bellarm.* *Vasq.* Bellarm. cap. 6. vbi proximè Vasq. d. disp. cap. 3.

12 *Cap. vlt.* Ad quintam difficultatem deductam ex auctoritate Vrbani in capite vlt. 60. dist. respondetur, text. illum vel posse intelligi, vt tantum dicat, Subdiaconatum non semper fuisse in Ecclesia habitum tanquam ordinem sacrum, prout ordo sacer ille dicitur, cui votum continentię annexum est; *C. A multis.* *C. Miramur.* quo pacto etiam procedunt text. in d. cap. *A multis*; & in d. cap. *Miramur*; Non autem vt ordo denominatur sacer à gratia, quam confert, & consecrationis cæremonia, qua datur; hoc enim respectu omnes ordines sacri appellantur. Vel solum dicere de subdiacono in primitiua Ecclesia nõ legi, quia nulla de eo in scriptura expressa mẽtio reperitur; vt rectè quoque intelligit *Valent.* *Vasq.* *Ochog.* Valent. d. puncto 4. ad med. Vasq. Ochogau. suprà citatis locis.

13 *Con. Antioch.* Sexta difficultas etiam facillimè tollitur, si rectè considerentur verba Concilij Antioch. can. 10. Et sic Vasquio satis probabile esse videtur, Corepiscopos fuisse veros Episcopos; & licet non fuerint veri Episcopi, sed tantùm Præsbyteri; potuit tamen illis collatio subdiaconatus ex commissione Episcoporum concedi. Nam probabilis opinio est, simplicẽ sacerdotem esse posse ministrum ex commissione nõ tantùm ordinis, sed etiam ordinationis, quæ est sacramẽtum; in cuius rei confirmationẽ plura affert Vasq. d. disp. cap. vlt. & latiùs *Vasq.* etiã de sacram. ordinis disp. 243. c. 4.

Septimum fundamentum ex varietate materiæ, & formæ huiusmodi sacramentorum non obstat in præs. 14 Nam Christus D. instituit in particulari materiam huius ordinationis Diaconi per traditionem libri Euangeliorum, vt patet ex eodem Eugen. *Eugen. 4.* 4. iam suprà citato. Alias si hoc reliquisset ordinationi Ecclesiæ, posset Ecclesia alterius rei traditionem pro materia instituere; quod omnino est falsum, & contra Eugenij definitionem; tum etiam quia omnis materię, & formæ substantialis assignatio est à Christo facta, quia Christus sacramentum instituit, ad quod necessaria est materia, & forma. Probat Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. Deindè, quia ordinatio *Trident.* cuiuscumque ministri in actu eius principali cõsistit, vt in materia. Quia autẽ principalior actus in subdiacono est, ministare in altari, ideò eius materiam esse traditionem calicis vacui cum patena vacua videtur, per quod illud ministerium significatur. Quę traditio non potuit esse materia Diaconatus, quia cum Præsbyteratus suam habeat materiam cõstitutã in traditione calicis vacui (vt latiùs infrà de vnoquoque munere di-

cemus) Nullo modo restat via distin-
cta, & media, qua posſit eſſe calicis
traditio materia Diaconatus. Verba
autem, quibus illis materia traditur
ſunt forma. Vnde friuolum eſt huiuſ-
modi argumentum, vt pleniùs in diſ-
put. de Diacono, & Subdiacono de-
monſtrabimus.

15 Ad octauum, & vltimum funda-
mentum de numero ſacramentorum
D.Thom. inquit D.Thom. in 4. diſt. 24. q. 2. art.
D.Bonau. 1. ad 2. Bonauent. Capreol. Syluest.
Capreol. quos refert Vaſq. ſuprà, ordinem di-
Syluest. uidi in plures ordines non tanquam
Vasq. totum, quod vocant integrale in par-
tes, ſicut Euchariſtia diuiditur in cor-
pus, & ſanguinem Chriſti, neque tã-
quam totum vniuerſale, ſicut genus
in ſpecies, ſed tanquàm totum pote-
ſtatiuum, ad quod omnes ordines re-
feruntur. Mihi tamen placet cum So-
Soto. to, & Vaſq. aſſerere, ſacramentum or-
Vasq. dinis vnum eſſe non vnitate ſpeciei,
ſed generis; ſicut dicuntur quatuor
virtutes morales, cum tamen ſub ſe
plures alias ſpecies aliquæ illarũ con-
tineant, vt manifeſtum eſt. Vnde fa-
cilè ſoluitur argumentum Durandi.
Neque enim incommodum aliquod
eſſe putamus eſſe plura, quam ſeptẽ
ſacramenta in ſpecie infima, quanuis
in genere non ſint plura. Conſtat
etiam ex dictis, quid ex teſtimonio
D.Tho. D.Thomę, quod Durandus adducit,
Durand. ipſe probare poſſit.

16 Ad teſtimonium Anacleti reſpon-
Anaclet. detur, ipſum non loqui de omnibus
ordinibus, quos ab Apoſtolis accepi-
mus; ſed de ordinibus solùm ſacer-
dotij, & Epiſcopatus; ita reſpondet
Medina Michael Medina lib. 1. de Continen-
tia cap. 43. & rectè quadrat verbis
Anacleti, dum ibi ait, *Sacerdotum, fra-*
A *tres, Ordo bipartitus eſt, & ſicut Dominus*
illum conſtituit, à nullo debet perturbari.
Id autem confirmat, quia Dominus
ſolùm elegit duodecim Apoſtolos, in
quorum locum Epiſcopi ſucceſſerũt,
& ſeptuaginta diſcipulos, quibus ſa-
cerdotes reſpondent. Concludit de-
indè verbis citatis pro contraria ſen-
tentia in hunc modum: Amplius, quã
iſti ordines ſacerdotum, nec à Deo
collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.
Et in hunc etiã ſenſum loquitur Da- Damasc.
maſc. in citata epiſt. 4. quo loci vt re-
B primeret arrogãtiam Coreſpiſcopo-
rum, qui erant Epiſcopi Villarum, oſ-
tendit, non eſſe excogitandum quaſi
alium ordinem ſacerdotum, in quo
ſint maiores Epiſcopis, aut ſacerdo-
tibus, cum duo tamen ſint ordines
ſacerdotales. Et fortaſſe id etiam do-
cuiſſe contra Epiſcopos Anacletum,
& Damaſum indubitandũ dicit Vaſ- Vasq.
quez d. cap. 3.

Addo tamẽ ad calcem huius quæ- 17
ſtionis, quod quãuis ſinguli ordines,
C de quibus ſuprà egimus per ſe ſint ſa-
cramenta; numerari tamen, & conſi-
derari tanquam vnum ſolum ſacra-
mentum ordinis propter reſpectum,
& ordinem, quem habet ad ſacerdo-
tium, in quo ſacramentum hoc in to-
ta ſua perfectione exiſtit, iuxta illud Axioma
Philoſophicum axioma, *Quod quando* philosop.
vnum eſt propter alterum ibi eſt vnum
tantum. Quod ita eleganter declarant
Dom. Sot. d. art. 4. Petr. Sot. lect. 4. de D. Soto.
ſacram. ord. Valent. d. punct. 4. Bel- Petr. Sot.
larmin. cap. 6. vbi proximè, Capreol. Valent.
D diſt. 24. artic. 2. Eſtius d. diſt. 24. §. 5. Bellarm.
Aſor. Inſtit. Moral. d. 2. p. lib. 3. cap. 27. Capreol.
q. 5. Viuald. in Candelabr. Eccleſ. tit. Estius.
de ſacram. ord. n. 13. Vuald. tom. 2. de Asor.
ſacram. cap. 117. Vaſq. d. diſp. 237. c. 4. Viuald.
Ochogau. Vuald.
Vasq.

Ochogau. Ochogau. de sacram. ord. d.q.4. Ae-
Ægid. gid. de Conin. de sacram. ordin. disp. A
Scribon. 20. dub. 4. Scribon. in theosim. seu de sacram. disp. 7. de ordine q. 2. Insignis
Cour. præsul Couas. 1. var. cap. 11. num. 15.
Nauar. Nauar. in Man. d. cap. 22. n. 19. Castr.
Castro. aduersus hæreses, verb. *Ordo*, n. 5.

§. III.

Vtrùm Sacerdotium, & Episcopatus sint verè sacramenta?

SVMMARIVM.

1 *Ordo sacerdotalis verum & propriũ nouæ legis sacramentum dicitur.*
2 *Hæretici, qui negant Episcopum à Presbytero, seu sacerdote distingui, & illorum fundamenta recitantur.*
3 *Huius erroris fundamẽta eliduntur.*
4 *Auctoritas D. Hieronymi, quæ etiam Catholici affirmant, inter Episcopos, & sacerdotes iure tantùm humano, & non diuino discrimen esse, explicatur.*
5 *Opinio illorum, qui dicunt Episcopatum à Christo fuisse institutum, nihilominus neque esse ordinem, neque sacramentum refertur.*
6 *Primum fundamentum huius opinionis.*
7 *Secundum fundamentum.*
8 *Tertium.*
9 *Quartum.*
10 *Quintum.*
12 *Tertia sententia, quæ asserit, Episcopatum esse verè sacramentũ à Christo institutum, efficax, & magis probabilis est.*
12 *Episcopatum non esse specie diuersum à sacerdotio asseritur.*
13 *Primum fundamentum oppositæ sententiæ reijcitur.*
14 *Respondetur ad secundum.*
15 *Soluitur tertia obiectio.*
16 *Quarta difficultas deliditur.*
17 *Solutio quinta obiectionis.*
18 *Vltimum fundamentum distruitur.*
19 *Episcopatum non solum esse sacramẽtum, sed characterem separatum imprimere, probatur.*
20 *Obiectiones contra huiusmodi sententiam eliduntur.*
21 *Confirmatur sententia affirmatiua.*

B IN hac quæstione, quæ petit, Vtrùm ordo sacerdotalis, & ordo Episcopatus sint verè sacramenta? vt clarius procedamus inter Catholicos Doctores (licet id negetur ab Hæreticis) extra omnem est controuersiam, saltem ordinem sacerdotalem esse verum, & proprium nouæ legis sacramentum. Id quod videtur decreuisse Concil. Florent. in institutione Armeniorum sub Eugenio 4. Trid. sess. 23. primum ex Canone 1. Cuius hæc C sunt verba: *Si quis dixerit, non esse in nouo testamento sacerdotium visibile, & externum, vel non esse potestatem aliquã consecrandi, vel offerendi corpus verum, & sanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi; anathema sit, &c.* Constat etiam ex Canon. 3. eiusdem sessionis in hæc verba: *Si quis dixerit, ordinem, seu sacram ordinationem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo Domino institutum, anathema sit.* Multisq; alijs ostenditur rationibus, & Sanctorum testimonijs, quæ in id D referunt Bellarm. tom. 2. lib. 1. de sacram. ord. ex cap. 2. Valent. tom. 4. d. disp. 9. generali, q. 1. puncto 4. in princip. Vasq. d. tom. 3. in 3. p. disput. 239. cap. 1. Capreol. in 4. dist. 24. quæst. 1. Estius 1

Conc. Florent. *Trident.* *Bellarm.* *Valent.* *Vasq.* *Capreol.*

Estius. Estius in 4. dist. 24. §. 1. Aegidius de
Ægid. sacrament. disp. 20. de ordine, dub. 1.
Scribon. Scribon. in theosim, siue de sacram.
Philliuci. disp. 7. de ordine q. 4. Vincent. Philliuc. Moral. quæst. tract. 9. de sacram.
Ochogau. ord. cap. 1. q. 6. & 7. Ochoga. in tract.
Baron. vnico de ordine q. 5. nu. 1. Card. Baron. Annal. tom. 1. anno Christi 44.
Pe. Greg. Petr. Greg. syntagm. iuris vniuersi p. 2. libr. 16. cap. 1. cum sequentibus,
Germon. Anastas. Germ. de sacrorum immunit. cap. 4. & cap. 3. à n. 31. vsque ad n.
Sarag. 66. nouissimè D. Michael Sarag. Episcopus Theauēsis de sacerdotalis dignitatis excellentia cap. 2. & 3. cum sequentibus.

2 Controuersia ergo solùm remanet circa Episcopatum. In qua quæstione primò inquirendum est, vtrùm consecratio Episcopi sit sacramentū à Christo institutum ad conferendā gratiam, an solo iure humano à sacerdotis ordine differat? Secundò, vtrū Episcopatus sit ordo à sacerdotio distinctus, an non? Tertiò, an Episcopatus sit sacramētum imprimens nouum characterem à sacerdotio distinctum? Quæ sacramenta longè diuersa sunt, vt ex dictis apparebit; quanuis alijs fortasse idem omnino esse videantur. In prima huius quæstionis parte, an sit sacramentum à iure diuino, & à sacerdotis ordinatione differat sciendum est, perantiquam in Ecclesia Dei fuisse hæresim, Episcopum à præsbytero, seu sacerdote nulla differentia discerni; quæ hæresis tribui-
Epiphan. tur Aerij, vt docet Epiphanius hæres.
August. 75. August. lib. de hæresib. cap. 53. Et posteà hunc errorem secutos fuisse
Castro. Vualens. & testatur Alphons. de Castro aduersus hæreses, verb. *Episcopus*,
Areti. & nouissimè Balthernard. Aret. in expūctionibus de Papatu Romano cap.
A 2. ex punct. 4. qui plures huius erroris sectatores refert, vt etiam videri possunt apud Vasq. tom. 3. in 3. p. disput. Vasq. Scribon.
240. cap. 1. per totū. Scribon. in theosim. de ordine disp. 7. q. 4. Hi verò, vt colligitur ex Vuicleffo, suam sententiam testimonio Hieronymi confirmabant in comment. epistol. Pauli ad Tit. in sexto tomo, explicando illud cap. 1. *Huius rei gratia reliquite, &c.* vbi ita scribit. *Idem est ergo Præsbyter, qui & Episcopus, &c.* Secundò, quia tem-
B pore Apostolorum inter Episcopos, & sacerdotes nullum discrimen agnoscebatur, quod posteà iure humano introductum fuit, vt idē Vuicleffus addit. Et ad hæc reducuntur ferè omnia Hæreticorum argumenta.

Sed inspecta veritate rei huiusmodi errores facilè elidi possunt. Nam attento iure diuino, Episcopatum super sacerdotio fuisse à Christo institutum, manifestè deprehenditur. Primò ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 3. & Trident. 3
C Can. ibi: *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, præsbyteris, & ministris, anathema sit.* Et Can. 7. damnat asserētes, Episcopos non esse præsbyteris superiores. Secundo quidem ex scriptura, nam cum Catholici omnes contra Hæreticos nostri temporis, & alios probent, ordinationem in vniuersum esse sacramentum per visibile, & sensibile signum gratiam conferens ex illo 1. ad Timoth. 4. ibi: *Noli negligere* 1. Timot. 4.
D *gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbyteri.* Qui locus de ordinatione Timothei in Episcopum à Patribus intelligitur, vt latè explicat Vasq. d. tom. 3. disp. 235. Vasq.
cap.

cap. 3. Manifestè igitur consequitur, Episcopi ordinationem sacramẽtum esse, ac proindè de iure diuino supra ordinationem præsbyteri, & sacerdotis institutam. Nam si Episcopus superior non esset sacerdote, ex diuino iure, sed humano, eius ordinatio sacramentum non esset; planè autem hunc locum à Patribus intelligi de ordinatione Timothei in Episcopũ, iam suprà probauimus. Tertiò ex sanctorum Patrum traditione: nam Anacletus Papa & martyr. 4. à Beato Petro epistola tertia, cap. 1. id ita manifestè docuit; inquit enim: *Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est; & sicut Dominus illum constituit à nullo debet perturbari.* Posteà verò ait, Episcoporum ordinem sub Apostolis traditum fuisse, & institutum; sacerdotum autẽ sub septuaginta duobus discipulis; & in fine. *Amplius, quam isti duo ordines sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, neque Apostoli docuerunt.* Neq; obstat, quod cap. 3. diuidat ordinem Episcoporum in Primates, & Patriarchas; inquit enim: *Episcoporum ordo vnus est licet sint Primates illi, &c.* Ac si dicat, iure diuino vnus est ordo Episcoporum; sicut præmissum, alter sacerdotum; licet posteà iure Ecclesiastico hic ordo Episcoporum in plures diuisus fuerit. Quarto ex ratione euidenti; nam aliqua sacramenta ab Episcopo solo ministrari possunt non solùm vt benè, sed etiam vt verè fiant; quæ tamen à sacerdote ministrata irrita sunt, & inania; quale est sacramẽtum Ordinis, & Confirmationis, quę pertinent ad essentiam sacramenti; qualia sunt minister, materia, & forma illius, ita esse iure diuino statuta, & definita, vt dispositioni iuris humani, & Ecclesiastici nullo modo subdita sint, vera, & indubitabilis sententia est. Sicut enim sacramentum non nisi diuina institutione constat; ita etiam minister eius eodem iure designatus esse debet. Porrò autem duo illa sacramenta à solis Episcopis ministrata, vera esse indubitatum est etiam, In Ecclesia. Nam pro ministro necessario assignatur Episcopus ab Eugenio 4. in Conc. Florent. in Decreto fidei post vltimam sessionem. Et à Tridẽt. sess. 7. Can. 3. de cõfirm. Deindè, quia Episcopi in locum Apostolorum successerunt, tanquam peculiariter instituti ad regẽdam Ecclesiam Dei Luc. 16. ibi, *Posuit vos Deus in Ecclesia regere Ecclesiam Dei.* Ex quibus omnibus manifestè conficitur, ordinationem Episcoporum à præsbyteris esse iure diuino diuersam, & distinctam tanquam superiorem, & eminentiorem, vt ex infra dicendis latiùs apparebit.

Anaclet. Papa. — Conc. Florent. — Trident. — Luc. 16.

Ad secundum fundamentũ ex auctoritate D. Hieronymi super epist. Pauli ad Timoth. qua etiam Catholici non pauci affirmarunt, inter Episcopos, & sacerdotes iure tantum humano, & non diuino discrimen esse. Imprimis enim respondet Marianus Victor. schol. 4. in epist. ad Euagr. 85. Hieronymum eo loci existimasse, Episcopos in excelsiori gradu collocatos fuisse iure diuino; ex eo, quod dixerit, Episcopum in excelsiori gradu collocatum fuisse. Vasq. enim d. disp. 40. cap. 2. inquit, Hieronymum existimasse, graduin excelsiorem Episcopi non à iure diuino, sed ex humana electione, & lege institutũ fuisse; & ita respondet non rectè dixisse Hieronymũ in Dialogo aduersus Luciferianos non ad legis necessitatem, sed

4 D. Hier. — Victor. — Vasq.

sed ad honorē sacerdotij potiùs pertinere discrimen inter ordinationem A Episcopi, & præsbyteri; quod rectè colligitur ex diuersitate muneris ordinis, & iurisdictionis. Fallitur enim Hieron. Hieronymus in d.epist.85. n.6. dum intendit probare Episcopum, & sacerdotem ex sui institutione nō differre, sed ex electione tantùm Ecclesiæ, dum inquit ibi, *Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod præsbyter nō facit.* Putauit enim ex eo, quod nullum esset discrimen ministeriorum, nullum etiam fore inter B eos discrimen. Verum illis satis esse debuerat ad colligendum discrimen, iure diuino inter sacerdotem, & Episcopum, quod Episcopus ordinare posset, sacerdos autem non ita; nisi existimaret, ministerium ordinandi ascriptum fuisse Episcopis non iure diuino, sed humano; quod tamen ratione dici potest, cum in hac ordinatione sacramenti sit minister, qui de iure humano nunquam procedi potest, vt iam suprà probauimus. C

Hinc non solùm reijcitur Hæreticorum opinio, qui existimarunt nullam dari differentiam inter Episcopos, & sacerdotes; sed etiam eliditur aliquorum sententia Catholicorum, qui dixerunt, inter Episcopos, & sacerdotes iure tantùm humano, & nō diuino discrimen esse, vt latiùs dicemus in propria disputatione de Episcopis.

5 Secunda opinio in hac quæstione est, Episcopatum à Christo fuisse institutum; nihilominùs neque esse or- D dinem, neque sacramentum. Hanc sententiam sic explicatam in primis Soto. defendit Domin. Sot. in 4. dist. 24. Turrecr. Ioan. à Turrecrem. cap. 1. disp. 21. & in nostro cap. *Cleros.* §. *Ad quintum.* n. 16. vbi cum D. Thom. & alijs asserit, D. Thom. Episcopatum non esse ordinem, nec sacramentum; in quem sensum etiam adduci potest Cou. lib. 1. var. cap. 10. n. 15. dum inquit, Episcopatum non Cou. esse ordinem distinctum ab alijs, quatenùs ordo est sacramentum, & characterem imprimit; sed quatenùs ordo est officium quoddā, & potestas, vt in nostra prima quæstione exposuimus. Sequuntur Capreol. dist. 25. Capreol. q. 1. concl. 2. Thom. de Argent. q. vnica art. 2. ad 5. Syluest. in Summa verbo *Episcopus*, q. 1. Carrer. 1. tom. q. 3. art. 9. quæsito 2. à nu. 18. Estius in 4. dist. 24. §. 28. Argent. Syluest. Carrer. Estius.

Probatur primò hæc sententia, quia si Episcopatus esset ordo, profectò esset distinctus à sacerdotio, ac proindè diuersum characterē imprimeret; hoc autem est falsum, quia alioquin sequeretur fore, vt is, qui consecraretur Episcopus antequam esset sacerdos, characterem Episcopalē reciperet; sicut omnes aliæ ordinationes valent, licet illicitæ sint, iuxta titul. *De Clerico* per saltum promoto, quia non dependet vna essentialitèr ab alia. Sed hoc negant communitèr Doctores cum Glossa 1. in cap. 1. de cleric. per saltum prom. & in cap. *Ex literis*, de excessib. prælat. 6 Titul. de Cleri. per salt. prom. Glossa. Cap. Ex literis.

Secundò, quia est communis Doctorum, & Ecclesiæ sententia, septem tantùm esse ordines, si autē Episcopatus esset ordo, octo ordines constitui deberent, quia septem supra enumeratis, Episcopatus addēdus esset. Ne tamen communi sententiæ aduersemur, satius est asserere, Episcopatum ordinem non esse, ac proindè neque sacramentum, nam si ordo 7

do

do esset, anè sacramentum esse deberet, cum sit à Deo institutus.

8 Tertiò, quia si Episcopatus esset ordo, & characterem imprimeret, character ille esset superior, & sacerdotalem, vtpotè inferiorem includeret; sicut sacerdotalis includit characterem Diaconatus, & Subdiaconatus; ac proindè opus non fuisset charactere sacerdotali, quod est absurdum.

9. Quartò, Ordines Ecclesiastici solùm constituuntur per respectum ad Eucharistiæ sacramentum, & per eũ distinguuntur. Sed Episcopatus prout à sacerdotio distinguitur nullum habet respectum ad Eucharistiam cõficiendam, neque aliam habet potestatem ad consecrandum distinctam à sacerdotio, sed eandem omnino cum illo capite 1. de summa Trinit. & fid. Cathol. ergo per se non est ordo. *Cap. 1. de sum. Trinit.*

10 Quintò sacramentum ordinis secundum Ecclesiæ normam in sabbatis quatuor temporum confertur; Episcopatus verò tantùm in Dominicis; ergo Episcopatus non est ordo, cum regulam cæterorum non sequatur. Vltimò probatur, quia in consecratione Episcopi nulla apparet materia, & forma sacramenti, siue consideres vnctiones, siue traditionem baculi, siue impositionem mitræ, siue alia omnia. Igitur neque est ordo, neque sacramentum, quia quilibet ordo etiam non sacramẽtum materiam suam, & formam peculiarem habet.

11 Tertia verò, & contraria sententia, quatenùs inquit, Episcopatum esse verè sacramentum à Christo institutum efficax, & magis probabilis est. Eam tenent nostri iuris professores; & ex Theologis Antisiod. lib. 4. Sum. A 8. q. 1. Durand. in 4. dist. 24. quæst. 5. n. 9. Maior in 4. dist. 24. q. 1. col. 2. & §. *Sequenti*. Petr. Sot. lib. de instit. sacerd. lect. 4. de sacram. ordin. §. *Ex his igitur*. Michael de Medina lib. 1. de sacrorum hominum continentia, cap. 3. & 4. Valent. tom. 4. disp. 9. punct. 4. Bellarm. libr. 1. de Ord. cap. 5. Vasq. tom. 3. disp. 40. cap. 4. Aegidius de sacramento ord. disp. 20. dub. 6. n. 44. *Antisiod. Durand. Maior. Soto. Medina. Valens. Bellarm. Vasq. Aegidius*

12 Probatur primò ex Concil. Trid. sess. 23. cap. 3. & d. Canon. 6. Probatur secundò ex dicta auctoritate D. B Pauli 1. ad Corinth. 4. Tertiò etiam ex sanctorum Patrũ auctoritatibus, & documentis, quibus hæc veritas iam suprà num. 3. manet adeò confirmata, vt illis denuo resulsiri non oporteat, & ita dilucidè apparet ordinis potestate Episcopatum superiorem esse sacerdotio, pluresque actus posse exercere, & sacramenta quædã ministrare, quæ non potest simplex sacerdos; ac potestas hæc per ordinẽ Episcopalem confertur; ergo necesC sario dicendum est, quod sit per se sacramentum. *Conc. Trident. 1. ad Cor. 4.*

13 Quare retenta prædicta sententia non obstant fundamenta suprà in contrarium allegata; Ad primum enim dicendum est, Episcopatum non esse specie diuersum sacramentum à sacerdotio, sed tantùm in indiuiduo ad eum modum, quo Eucharistia in specie panis differt ab Eucharistia in specie vini, & cæteri etiam ordines minores inter se differunt iuxta proD babiliorem sententiã, vt notauit Durand. in 4. distinct. 24. quæst. 6. Vnde quamuis per se considerati sint sacramenta per se Episcopatus, & sacerdotium; tamen vtrumque simul vnum *Durand.*

I solum

ſolum ſacramentum ordinis comple-
tum efficiũt, quemadmodum accidit
in dictis ſpeciebus Euchariſtiæ. Nam
ſi conſideremus Epiſcopatum, & ſa-
cerdotium habent rationem vnius
ſacramenti ordinis completi; ordina-
tur enim ad vnum quendam actum
præſtantiſsimum, nempè ordinatio-
nem ſacerdotum, & inſimul conſe-
crandi poteſtatem retinet; ſicut etiã
vtraque ſpecies panis, & vini, quate-
nùs habent completam ſignificatio-
nem refectionis ſpiritualis, vnicum
etiam eſt ſacramentum. Si verò con-
ſideremus vtrumque ordinem per ſe,
etiam per ſe, & ſeorſim quilibet eſt
ſacramentum prout ordinatur ad ſuũ
actum, ſacerdotium videlicèt, quate-
nùs per ſe ordinatur ad conſecran-
dũ, Epiſcopatus verò, quatenùs etiã
per ſe deſtinatur ad ordinandos mi-
niſtros etiam inferiores ſacerdote; &
alia ſacramẽta adminiſtranda; quem-
admodum quoque quælibet ſpecies
Euchariſtiæ per ſe habent, vtcùm-
que illam eandem ſignificationem:
licet autem in ſacerdotio per ſe con-
ſiderato videatur ſacramentum com-
pletè, & ſecundum totam ſuam per-
fectionem conſiſtere, id ſolum eſt in-
tenſiuè, quia habet præſtantiorem
effectum, nempè conſecrandi, ad
quem omnes alij ordinantur; ideóq;
præſtantius eſt ſacramentum, non ta-
men extenſiuè, cum deſit poteſtas
ordinandi miniſtros pro celebratio-
ne eiuſdem; ac proindè ſolum cum
hæc concurrit per Epiſcopatum, ſa-
cramentum completum reperitur; vt
Valent. etiam elegantèr hæc omnia tradit
Bellarm. Valentia vbi proximè; addit etiam
Bellarmin. vbi ſuprà Epiſcopatum
eſſentialitèr includere ſacerdotium,
ideòque vnum ſine alio dari non poſ-
A ſe; ſecus in alijs ordinibus, qui eſſen-
tialitèr in alijs non includuntur; ali-
ter reſpondet Vaſquez exiſtimando *Vaſq.*
eſſe ſacramentum; non tamen Inij-
cere nouum, & diſtinctum chara-
cterem à ſacerdotio; ſed contrarium
ſentio, vt ſtatim referam.

Ad ſecundum fundamentum op- 14
poſitæ ſententiæ deſumptum ex nu-
mero ordinum ad probandum Epiſ-
copatum non eſſe ordinem, dico
Epiſcopatum eſſe ordinem diſtin-
B ctum à ſacerdotio, vt in præcedenti
numero demonſtrauimus, ita vt, ſi
conſideremus vtrumque per ſe, etiã
per ſe quilibet eſt ſacramentum, pro-
vt terminatur ad ſuum munus. Li-
cet autem in ſacerdotio per ſe ſumpto,
& conſiderato videatur ſacra-
mentum completè, & ſecundum to-
tam ſuam perfectionem, ſecun-
dum quam ex communi vſu loquen-
di ſeptem tantùm ordines in Eccle-
ſia dicuntur; vel quia hi ſeptem
paſsim conferri ſolent hominibus,
C vt in Epiſcopatus ordine non repe-
ritur.

Tertium fundamentum reijcitur, 15
ſi dicamus poteſtatem Epiſcopalem,
ſi ſecundum ſe prout diſtincta à ſa-
cerdotali comparetur cum illa non
eſſe præſtantiorem, hoc eſt, ad præ-
ſtantiorem effectum non referri.
Nulla enim poteſtas præſtantiorem
effectum habere poteſt conſecratio-
ne, circa quam eſt prior poteſtas
ſacerdotalis. Sed quia Epiſcopus ſi-
D mul cum poteſtate Epiſcopali habet
etiam vtramque ſacerdotalem, me-
ritò quidem per Epiſcopalem dici-
tur in eminentiori gradu ſupra ſa-
cerdotes conſtitutos, tanquam emi-
nentior

C. *Cū sit.* C. *Praeci-pimus.* *Cap. Si ha bes.*

nentior sacerdos, vt probat text. in capite *Cum sit*, de ætate, & qualitat. & in capite *Præcipimus*. 11. quæst. 1. & in capite *Si habes*. 24. quæstione 3. qui non tantùm potest quicquid alij sacerdotes possunt; sed etiam ordinare alios sacerdotes ad idem ministerium, & de illis omnibus per claues soluendi, & ligandi iudicare. Ex eo verò quod ordinatio Episcopi characterem imprimeret perfectiorem, minimè sequeretur id, quod Soto in hoc tertio fundamento contendit; nimirum fore vt in se includeret characterem sacerdotalem; ac proindè sacerdotalis distinctus ab Episcopali superuacaneus esset. Nam neque character sacerdotalis in se includit characteres Diaconi, & Subdiaconi; sicut falsò contendit idem Sotus in eàdem ratione, cū tamen sit superior, & præstantior; sed eos tanquam præuios iure requirit; neque ob id superuacanei sunt, vt respondet Valentia, & Vasquez vbi suprà.

Soto. *Sot.* *Valent.* *Vasq.*

16 Ad quartum fundamentum dicit Vasq. Doctores oppositæ sententiæ absque vllo fundamento definisse ordinem sacramentum, vt per respectum tantùm ministerij ad consecrationem Ecclesiæ constitui debeat. Sufficit enim per respectum ad consecrandos, & ordinandos sacerdotes ministros Eucharistiæ, posit ordo constitui, qualis est Episcopatus. Vnde dico Episcopatum per se importare peculiarem aliquem respectum ad Eucharistiam, v. g. illam potestatem creandi ministros pro illius celebratione consecrandi altaria, vasa, vestes, & similia; quæ omnia directè ad illam ordinantur. Et quā-

A uis respectus hic non sit præstantior, aut maior, quam ille, qui continetur in sacerdotio, nempè consecrandi; hoc tamen non efficit, quod Episcopatus non sit per se sacramentum; sed solum, quod non sit præstantius sacerdotio; nam aliàs respectus, qui continetur in Subdiaconatu in ordine ad Eucharistiam non est præstantior illo, qui continetur in Diaconatu: & tamen ob id non desinet esse sacramentum. Ex illo tamen respectu efficitur, quod dignitas Episcopalis sit maior intensiuè, quam sacerdotalis, quia eam includit, & aliquid aliud.

B Deindè dico, diuersam rationem reperiri in Episcopatu, quam in alijs ordinationibus inferioribus. Nam Episcopus secundum legem Dei ordinariam ordinatur, & characterem recipit, vt posit etiam creare, & ordinare sacerdotes. Simplex verò sacerdos, aut alij non ita ordinantur, vt possint alios creare. Quare Episcopus

C necesse habet, vt sacerdotalem ordinem habeat, alias enim illum conferre nullo modo poterat argumento cap. *Gratia*. 1. quæstione prima. & cap. *Daibertum*. 1. quæstione septima; & insimul aliquid aliud, quo sit superior sacerdote. Alij verò hanc necessitatem non habent; cum autem huiusmodi ordo, & potestas sacerdotalis non possit eminenter includi in alio ordine qui sit intensiuè præstantior (nullus enim, vt modò diximus talis est) quemadmodum

D aliæ ordinationes inferiores includuntur eminenter in superioribus, quæ sunt præstantiores, necessarium, vt talem ordinem recipiat formaliter, & secundum se,

C. *Gratia.* C. *Daibertum.*

& non aliam potestatem superiorem, iuxta supradicta. Indéque prouenit, quod Episcopatus necessariò supponit iam sacerdotium, neque ex lege Dei ordinaria potest validè Episcopus, qui anteà non sit sacerdos ordinari, vt notatur in capite 1. de clerico per saltum prom. Vnde quanuis concedi posit, quod per potentiam Dei absolutam valeat Episcopus ordinari per saltum, & accipere solum potestatem illam peculiarem, quæ in Episcopali ordine confertur, cum sit per se distincta, nihilominùs tamen secundum legem ordinariam id nullo modo fieri posse dicendum est, propter rationem illam, qua Episcopus ideò ordinatur ad hoc, vt alios sacerdotes ordinare posit. Ex quo consequitur, quod ordinatio sacerdotum fit ab Episcopo per Episcopalem, & in simul sacerdotalem potestatem, quia per vtramque simul est superior; alios verò actus, etiã ordinis, per solum characterem Episcopalem exercere valet, vt infrà latiùs explicabimus; & faciunt quæ notat Couas dicto capite decimo in fine.

Cap.1. *Cou.*

17. Quintum fundamentum valdè friuolum est, nam quod sacerdotium, & Episcopatus diuersis diebus conferantur, non satis est, vt proindè dicamus esse duos ordines omninò diuersos. Voluit autem Ecclesia, vt in Dominica die, quæ dignior est Episcopus ordinaretur; sacerdos autem in sabbato, eo quod Episcopus, in altiori Ecclesiæ gradu esset constituendus.

18 *Vasq.* Ad vltimum fundamentum de materia, & forma huius ordinis, inquit Vasquez, nihil apud scholasticos præter quam apud Maiorem, & Armillum inuenire potuisse. Et manifestè ex cæremonijs, & verbis, quæ in consecratione Episcopi adhibentur, deprehenditur materia, & forma huius ordinis sacramenti: & cum Maiori in 4. & cum Armill. verb. *Ordo*, numer. 11. & Vasq. dicta disputatione 240. cap. 5. relictis alijs modis assignandi formam huius sacramenti, dico, materiam proximam huius ordinationis esse impositionem manuum; verba autem illa, *Accipe Spiritum Sanctum*, quæ simul à tribus Episcopis dicuntur esse formam. Vnde in proposito parum obest prædictum fundamentum. Et de materia, & forma huius sacramenti in disputatione de Episcopo latius dicemus.

Maior. *Armill.* *Vasq.*

Vlteriùs inquirendum est, an Episcopatus sit sacramentum nouum characterem inijciens? Et in hac quæstione dico, Episcopatum non esse tantum per se sacramentum, vt fatentur supradicti Theologi à sacerdotio, & alijs distinctum; sed characterem separatum inijcere; ita tenent communiter nostri Iurisperiti ex Felino in capite *Sicut* tertio de simonia, ex Nauarro, & alijs quamplurimis. Probatur primò, quia attenta ordinis potestate, Episcopatum superiorem esse sacerdotio ex dictis manifestè constat. Nam Episcopus plures actus potest exercere, & sacramenta quædam ministrare, quæ non potest simplex sacerdos. Planè potestas hæc per ordinem Episcopalem confertur; ergo necessariò dicendum est, quod sit per se sacramentum, & characterem distinctum inijciat. 19

Felin. *Nauar.*

Neque

20 *Soto. Durand. Palud. Vasq.* Neque tollitur hoc fundamentum asserendo cum Soto, Durando, Paludano, & Vasq. solum ad prædictos actus extendi characterem sacerdotalem, qui anteà ligatus erat, nam hoc frustra dicitur, cum constet, in ordine Episcopatus dari aliquam distinctam, & peculiarem potestatem à potestate sacerdotij, vt probat text. in cap. *Quamuis.* 68. dist. & infrà dicemus. (C. *Quamuis.*) Quæ quidem potestas nouum characterem, & proindè sacramentum requirit. Neque etiam tollitur hæc nostra sententia dicendo, characterem sacerdotij extendi ad huiusmodi sacramentum. Nam aut prędicta extensio fit realitèr, & idem est quod nouus character: Si autem solum in significatione etiam additio illa significationis realis est, seu potiùs nouus character. Ergo prædicta extensio nullo modo sustineri potest, vt latiùs conuincit Bellarmin. d. cap. 5. vers. *Dicent.* (*Bellarm.*)

21 Deindè probo hanc nostram opinionem, A quia ad omnia, quæ Episcopus dispensat ex vi ordinis Episcopalis, altiori gratia, & sanctitate indiget, cum sine gratia non dignè ministrentur; ergo fatendum est, tunc conferri, vt comprobant multi, de quibus Henric. libr. 10. cap. 7. §. 2. liter. E. (*Henric.*) constatque ex cæremonijs, quæ hoc significant Paul. 1. ad Timoth. 4. ibi, *Noli negligere gratiam, quæ in te est per impositionem manuum Præsbyteri. i. Episcopatus, &c.* (*1. ad Timot. 4.*) Imò ferè B omnes auctoritates, quæ probant, ordinationem sacerdotalem esse sacramentum, de Episcopali etiam intelliguntur. Tandèmque quia apud Sanctos, & scripturas ordo Episcopalis reputatur magis sacer, quàm sacerdotium; ergo signum est, quod non solùm sit sacramentum, sed quod nouum inijciat characterem à sacerdotio distinctum.

C

PRIMA PARS
HVIVS RELECTIONIS
De Ecclesiastica Hierarchia.

EXPLICAVIMVS hisce quatuor procemialibus quæstionibus præcedentibus sacri nostri principatus, seu Ecclesiasticę Hierarchiæ originem, seriem, & rationem; quædam veluti in illis iacientes fundamenta, quibus præsentis relectionis structura firmata firmior insurgeret, & elegantior. Nunc ergo, vt eiusdem perfectior euadat cognitio, operæpretium erit tribus distinctis, & separatis partibus (quibus tota hæc relectio ad gloriam omnipotentis Dei absoluetur) singulos, quibus idem sacer principatus, distinguitur gradus, singulis quoque circa vnumquemq; institutis disputationibus explicare, quamuis illos percurrere magis, quã asserere (ne in immensum crescat volumen) scribendi ratio postulet. Licet autem Isidorus in præsenti, & in cap. *Perlectis*. 25. distin. in explicandis his gradibus, & illorum officijs diuersum seruauerit ordinem, quam præsens desiderat institutum; nos tamen ab ipso Summo incipientes Hierarcha, nempe Romano Pontifice, qui supremum in hoc sacro principatu obtinet gradum, sequentes aliquãdo dig- *Isidor.*

A nitatis, aliquando ordinis ratione seruata, sigillatim explanabimus, vt sic tandem contra impios nostrę fidei, & religionis nouatores appareat, Ecclesiæ Hierarchiam tot ministrorum gradibus mirabiliter distinctam quasi reginam circumdata varietate à dextris Christi Domini sedere, quemadmodum in eius laudem Psal. 44. Regius Propheta cecinit. *Psal.* 44.

DISPVTATIO I.

De Romano Pontifice, seu summo Hierarcha.

B

PRimum igitur, seu supremũ gradũ in Ecclesiastica Hierarchia, siue ordinis, siue iurisdictionis potestatem, & dignitatem Ecclesiasticã spectemus; obtinet, vt iam suprà tetigimus summus, idemq; Romanus Pontifex; qui ex eo summus Hierarcha rectè poterit denominari. Cum enim vniuersalis totius Ecclesię principatus à Christo D. in Petro quasi in petra fundatus est Matth. 16. & Ioann. 21. & aliàs inquit Pontifex in cap. *Fundamenta*, de elect. lib. 6. non eidem personaliter *Mat.* 16. *Ioan.* 21. *C. Fundamenta.*

tantùm fuerit concessus; sed potiùs vt apud eiusdem successores in Ecclesia vsque ad consummationem sæculi permaneret, Matth. 28. *Ecce vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi*, cap. *Solita*, de maiorit. & obed. Extrauagans *Vnam sanctam*. eo titulo, & in §. sequenti apertiùs videbimus.

Mat.28. *C.Solita.* *Extrau. Vnam sanctam.*

§. I.

Vtrùm Romanus Pontifex sit Ecclesiasticæ Hierarchiæ caput?

SVMMARIVM.

1 *Diuisio præsentis quæstionis assignatur.*

2 *Sacra Euangelij monimenta Concilia, Pontifices, & Sanctorum Patrũ auctoritates, quibus probatur, Petrũ fuisse a Christo institutum totius Ecclesiæ principem, ac supremum pastorem gregis sui, referuntur.*

3 *Locus Matth. 16. expenditur, & illustratur.*

4 *Quid in hac promissione, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meã, & tibi dabo claues Regni cœlorum, &c. contineatur?*

5 *Locus Ioannis 21. Pasce oues meas, explicatur.*

6 *Principatus D. Petri 28. prærogatiuis confirmatur, & ibi expenduntur.*

7 *Regimen D. Petri monarchicum esse ostenditur.*

8 *Obiectiones ponuntur, & ibi soluuntur.*

9 *Vtrùm primatus concessus Petro in vniuersos Christi fideles fuerit personalis, & quasi vitalitius, an certè perpetuò in Ecclesia per eiusdem Petri successores duraturus.*

10 *Fundamenta, quibus probatur primatum Petri in Ecclesia esse perpetuò duraturum, annectuntur, & cauillationibus hæreticorũ respondetur.*

11 *Quo pacto, & iure Pontifex Romanus in Petri primatum succedat, expenditur.*

12 *An Petri successores in totius Ecclesiæ vniuersali primatu sint Episcopi Romani.*

13 *Patres Græci partem affirmatiuam confirmantes referuntur.*

14 *Auctoritates Pontificum quibus eadẽ veritas stabilitur, recensentur.*

15 *Nullum alium præter Romanũ Episcopum esse verum Petri successorem in supremo Ecclesiæ primatu, demonstratur.*

16 *Vtrùm Summus Pontifex, & Romanus Episcopatus sint diuino nexu cõiuncti?*

17 *Quando, & quo casu summus Pontifex potest Romani Episcopi titulum deponere?*

Quæuis præcipuus huius quæstionis scopus, & intentio sit inuestigare, an Romanus Pontifex sit summus Hierarcha, seu supremum Ecclesiæ caput; quia tamen probari non potest, caput esse Ecclesiæ, nisi per legitimã successionem id acceperit ab aliquo quem Christus Dominus vniuersalẽ ouium suarum pastorem instituerit. Primò inquirendum est, vtrùm S. Petrus fuerit à Christo institutus totius Ecclesiæ princeps, ac supremus pastor gregis sui. Secundò, vtrum ea potestas fuerit quasi personalis, & vitalitia, ac cum ipso Petro expiratura; vel potiùs perpetuò in eius successoribus duratura? Tertiò, an Petri successores in sede Romana in totius etiam 1

etiam vniuerſali primatu pariter ſuccedant?

2 Quod ad primum attinet, id expreſsè docuerunt ſacra Euãgelij monimenta Matth. 16. & Ioann. 21. inſinuarunt tamen ſæpiſsimè Matth. 16. Marc. 16. Luc. 22. Ioan. 1. & 13. & 20. Act. 2. & 3. & ad Galat. 1. Concilia definierunt Calcedon. Act. 3. Nycen. 2. Can. 4. & Nycen. 1. Canon. 39. de quibus fit mentio in cap. *Concilia.* 17. diſt. tenuerunt Pontifices in cap. *Solitæ* de maior. & obed. & in Extrauag. *Vnam ſanctam*, eodem tit. inter communes, & in cap. *Per venerabilem*, qui fil. ſint legit. Et ſemper prædicarunt omnes Patres tam Græci, quàm Latini, Clemens Romanus epiſtol. 1. ad Iacobum. Dionyſ. Areop. de diuinis nominib. cap. 3. Theoph. Antiochen. lib. 2. Allegor. in Euang. Marci. Hippol. in orat de conſumatione mundi, Orig. hom. 5. in Exod. & in Pſal. 1. & hom. 17. in Lucam, & in cap. 6. ad Roman. Euſeb. Alexan. ſerm. de pœnit. Euſeb. Cæſ. Eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 13. & 14. Athan. epiſt. ad Telium Doroth. Tyrius in ſynopſi. Baſil. ad cap. 2. Iſai. & in procemio de iudicio Dei in orat. 3. de peccato libr. 2. contra Eunomium, & in procemio præcept. Cyrill. Hieroſol. cath. 2. & 11. & 17. Ephrem Syrus in panoplia; & de varijs tormentis inferni, in ſermone de Transfigurat. Domini, Gregor. Naz. orat. 7. & 26. Epiphan. hæreſ. 51. & in Anchorato, Chryſoſt. orat. 5. in Iudæos, orat. encomiaſtica in Petrum, & Paul. Homil. in Petrum Apoſt. & Eliam hom. 33. in Matth. & 83. in eũdem 87. in Ioan. 80. ad pop. Antioch. 9. de pœnit. & in Pſal. 50. Philo Carpath. in Cant. Nilus in epiſt. ad Euſeb. & in epiſt. ad Magnam, Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 12, & libr. 4. cap. 28. lib. 10. cap. 41. lib. 12. cap. 64. & lib. 14. Theſauri, cap. 2. Item ex eiſdem Græcis Caſsian. Maximus Cõſtãtin. Paul. Emiſſen. Baſil. Diaconus, Iſidor. Peluſiota, Sozomen. Theodor. Baſil. Seleucius, Victor. Antioch. Iuuenalis Epiſcopus Hieroſ. Andr. Cæſar. Procop. Garc. Andr. Cret. Euagrius Topſiomius, Ioan. Damaſcen. Theophylact. Pſellus Reumeni9, Euthym. & alij, quorum loca vide per otium citata in locis ſuprà. E Latinis verò pauciores referam, quia affectu erga Romanam ſedem, magis ſuſpecti fortaſſe poterũt haberi. Antiquiſſimus eſt Tertull. de præſcript. heret. cap. 22. de Monogamia, cap. 8. de pudicitia cap. 21. Cyprian. epiſt. 40. & 55. 69. 70. 71. 73. de vnitate Eccl. Cathol. in exhortat. ad martyr. cap. 11. Zenoueronen ſerm. de Circunciſione, Hilar. in Pſal. 131. in Matth. Can. 16. Ambroſ. ſerm. 11. de mirabil. ſermon. 47. ſerm. 68. & in cap. 24. Luc. in cap. 1. & 2. ad Galat. in 12. iucundæ ad Corinth. Hieronym. in Pſal. 13. in 16. Matth. in 2. ad Galat. lib. 1. aduerſus Iouin. lib. dialog. contra Pelagianos, cap. 4. epiſtol. 54. ad Marcellam epiſtol. 89. ad Auguſt. cap. 2. Auguſt. quæſt. vet. & noui teſtam. q. 75. tract. 56. in Ioan. & 124. de Baptiſmo contra Donatiſtas lib. 2. cap. 1. ſerm. 5. in feſto Petri, & Pauli libr. retract. cap. 22. Paulin. Max. Chryſolog. Arnob. Eucher. Leo, Proſper. Caſsiodor. Hildephonſ. Aloſelm. Beda Eulogius, Petr. Damian. Anſelm. Rupert. Bernard. Laurent. Iuſtin. & alij videri poſſunt apud eundem Coccium, Bellarmin. & Soar. ſuprà.

Mat. 16. Ioan. 21. Mat. 10. Marc. 16 Luc. 22. Ioann. 1. & 3. Ad Gal. 1 Cõc. Calc. Cõc. Nyſ. C. Concilia. C. Solitæ. Extrau. Vnã sãct. C. Perve. Cle. Papa Dionyſ. Theoph. Hippol. Origen. Alexan. Cæsarien. Athan. Doroth. Baſil. Cyrill. Syrus. Naz. Epiph. Carpath. Nilus.

Alex. Caſsian. Conſtant. Emiſſen. Baſil. Iſidor. Peluſiot. Sozome. Theodor. Baſil. Seleucius Victor. Cæſar. Procop. And. Cre. Garc. Euagrius Damaſc. Theophy. Reumen. Euthym. Tertull. Cyprian. Hilar. Ambroſ. Hieron. Auguſt. Paulin. Max. Chryſol. Arnob. Eucher. Leo. Proſper. Caſsiod. Hildeph. Aloſelm. Beda. Pe. Dam. Anſelm. Rupert. Bernar. Lau Iuſt. Bellarm. Soar.

Tanto

3. Tanto auctoritatis pondere veritas ista, quæ de fide est, fulcitur; sed quia ex duobus præsertim scripturæ testimonijs euidentèr elicitur, vtrũque breuiter expendemus, & illustrabimus. Primum est Matth. 16. cum Christus rogauit discipulos suos; *Quem dicunt homines esse filium hominis, &c.* Et respondenti Petro, *Tu es Christus filius Dei viui*, Dominus reddidit, *Beatus es Simon Barjona, quia caro, & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis. Et quodcunque solueris super terrã, erit solutum, & in cælis.* Quem locum omnes Patres, & Ecclesiæ Doctores intellexere de totius Ecclesię principatu à Christo Domino ob egregiã fidei confessionem Petro promisso. Sed Christi hoc testimonium, quia celebre in hac materia adhùc minutiùs concidamus. Interrogauerat Dominus vniuersim à discipulis, quænã esset apud homines de illo existimatio? Illis verò longè à veritatis scopo aberrantibus, aut Heliam, aut Ieremiam, aut Ioannem Baptistam, aut similem alium Prophetam Christum esse opinantibus; tandèm à discipulis suum hac de re requirit iudicium: *Vos autem, quem me esse dicitis?* Tunc vnus Petrus instar omnium, seu tanquam os omnium Apostolorum (vt ait Chrysost.) quæstioni pro omnibus satisfacit, *Tu es Christus filius Dei viui.* Quibus verbis altissima fidei cõfessio, & professio continetur. Confitetur enim Apostolus Christum D. non purum hominem, sed Deum simul, & hominem esse; vtramq; enim naturam in eàdem persona subsistentem nomen, Christus, & vt secũdam personam Trinitatis magis exprimeret, insuper Dei filium illum appellat. Plurimum fecit Christus hanc Petri confessionem; tum quia primam omnium, quam in Euangelio legimus de hac materia; tum quia publicam, vtpotè in communi cœtu, & collegio Apostolorum, tum quia de abditissimis mysterijs Trinitatis, & Incarnationis; tum denique, quia cęteris hallucinãtibus, solus Petrus scopum attigerat veritatis, & alios suo exemplo ad credendum docuit. Hanc ergo Petri confessionem, vt Christus cõdigno præmio afficeret, non solùm reddidit ei laudem pro laude, *Beatus es Simon Barjona, &c.* sed insuper amplissima præmij promissione remunerauit; *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & tibi dabo claues Regni cælorũ, &c.*

Mat. 16. — Chrysost.

Si verò inquiras, quid in hac promissione contineatur? Respondeo cõtineri, & polliceri Petro summum Põtificatum Ecclesiæ Christi, & verbis adeò perspicuis, vt mirum sit inueniri homines Christianos, qui in re adeò manifesta hallucinentur. Ad illorum verò confutationem sola verborum Christi ponderatio sufficit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* vbi Chrysostomus, *Quemadmodum*, inquit, *Pater tibi dedit, vt me cognosceres, sic ego tibi dabo claues regni cælorum.* Et D. Leo serm. 3. assumptione sua ad pontificatum: *Sicut*, inquit, *meus Pater tibi manifestauit diuinitatem meam; ita ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: hoc est, cum ego sim inuiolabilis petra,* 4

Chrysost. — D. Leo.

ego

ego lapis angularis, ego fundamentum, tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Super hanc petram. Quid vero nomine petræ hoc loco sit intelligẽdum, ambigitur. Vera tamen, & communis expositio Patrum est; petram hic significare ipsum Petrum; in quo tanquàm in firmissimo saxo, & fundamẽto, fundauit Ecclesiam, hoc est, vt ab illo sustentaretur, & gubernaretur. Hanc enim emphasim continent verba illa Christi: *Tu es Petrus, &c.* hoc est, super te, tanquàm super petram Ecclesiæ erigam ædificium; ad hunc enim modum Angelus Lucæ 1. nominis IESVS, rationem reddidit; *vocabis nomen eius IESVS, ipse enim saluũ faciet populum suum*: & D. Ambros. loquens de Petro: *Rectè*, inquit, *meretur consortium nominis petræ, qui meretur, & operis*; Theophylactus, *Remunerat*, inquit, *Dominus Petrum dans illi magnam mercedem; quod supra eum suam ædificabit Ecclesiam.* Tandèm, vt plures alios omittam Patres, quos latissimè noster Soarius in defensione fidei cõtra regem Angliæ lib. 3. c. 10. & tract. de fide disput. 10. sect. 1. n. 13. refert, vnum tantum refero Athanasium in epistola ad Felicem Papam; *Tu es*, inquit, *Petrus, & super fundamẽtum tuum Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi sunt firmatæ.* Hæc de primo testimonio supremæ potestatis promissionem cõtinens.

Luc. 1. D. Ambr. Theoph. Soar. Athan.

5\. *Ioan. 21.* Secundum habetur Ioan. 21. quãdo Christus Dominus ascensurus ad Patrem, promissionem suam Petro factã, in prædicto Matthæi loco post trinum amoris erga se examen adimpleuit, dicens semel, atque iterum: *Pasce agnos meos*: & tertio, *Pasce oues meas*: A verbum enim, *pascere*, in scriptura sacra, sæpissimè vsurpatur in ea metaphorica significatione, vt idem valeat, quod regere, gubernare, omniaq; pastoris, & rectoris munia obire, vt patet ex prima Petr. 5. *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deũ.* 2. Regum. 5. *Tu pasces populum meum Israel*, & in huius metaphoræ explicationem illicò, subiungitur. *Tu eris dux super Israel.* Et cap. 7. dicitur, simili B quoque modo; *Nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel*: & paulo post in declarationem subijcitur. *Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populũ Israel*, quibus apprimè concinnit Psalm. 77. *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eũ de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam*: De Christo etiam Domino dictum est Isaiæ 40. *Sicut pastor gregem suum pascet*; locum ita intellexit Cyrillus lib. 11. in Ioan. C cap. 64. *In singulis*, inquit, *confessionibus variatis parum verbis, audiuit rationaliũ ouium curam sibi esse habendam.* Augustin. similiter serm. 62. de verbis Domini exponens illa verba, *Pasce oues meas.* Curæ pastorũ in pascendo oues opponit obedientiam ouium prestãdam ipsis pastoribus; *Pertineat*, inquit, *ad nos cura, ad vos obedientia, ad nos vigilantia pastoralis, ad vos humilitas gregis.* Ambros. quoque in eandem conspirauit sententiam lib. 10. in Lucam D cap. 24. ad finem. *Iam nos agnos*, inquit, *vt primò, nec ouiculas, vt secundo, sed oues pascere iubetur perfectiores, vt perfectior gubernaret.* Et Euthym. ad eũdem locum Ioannis idem cẽsuit: elegantissi-

1. Petr. 5. 2. Reg. 5. Regum 5. Psal. 77. Isaia. 40. Cyrill. August. Ambros. Euthym.

Bernar. gantissimè tamen, & luculenter Bernardus id exponit 2. de Considerat. ad Eugenium cap. 8. *Non modo ouium, inquit, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor*; vnde id probem, quæris? ex verbo Domini, cui enim, non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorũ, sic absolutè, & indiscretè totæ commissæ sunt oues: *Si me amas Petre pasce oues meas*, quas? illius, vel illius populos, ciuitatis, aut regionis, aut certi regni: *Oues meas*, inquit, *cui nõ planũ nõ designasse aliquas, sed assignasse omnes?* Nihil excipitur vbi distinguitur nihil. Et fortè præsentes cæteri condiscipuli erant, cum committens vnitatẽ omnibus commendaret in vno grege, & vno pastore, &c. Idem fuit semper reliquorum Patrum de prædictis verbis iudicium, & sensus, vt videre est apud Doctores citatos, ac in proprijs ipsorum locis, & commentarijs.

6 Confirmatur eadẽ veritas ex 28. prærogatiuis S. Petro assignatis per sacras literas, & Ecclesiæ Doctores. Prima, mutatio nominis. Secũda, primus locus inter Apostolos cum ab Euãgelistis nominantur. Tertia, ambulatio super aquas. Quarta, prima reuelatio de Trinitate. Quinta, stabilitas dignitatis suæ. Sexta, solutio tributi vna cum Christo. Septima, miracula à Christo edita in Petri piscatione. Octaua, peculiaris Christi oratio pro eius fide. Nona, prima Christi resurgentis apparitio illi facta. Decima, primo loco pedes eius Christus lauat in cœna. Vndecima, soli Petro Christus mortem prædixit. Duodecima, proponit electionem Matthiæ in locum Iudę. Decimatertia, primus Euãgelium promulgat. Decimaquarta, primum miraculum in confirmationem fidei patrat. Decima quinta, tanquam supremus iudex Ananiam, & Saphiram verbo suo morti adiudicat, & addicit. Decima sexta, solicitudo eius super omnes fideles. Decima septima, primus euangelizat gẽtibus. Decima octaua, oratio totius Ecclesiæ pro eo carcerato. Decima nona, primus loquitur, & sententiam dicit in Concilio. Vigesima à sancto Paulo aditur, vt maior. Vigesima prima, solus à Christo baptizatus. Vigesima secunda, solus à Christo Episcopus ordinatus. Vigesima tertia, primum Heresiarcham detexit, damnauit, extinxit. Vigesima quarta, solus Romæ sedem collocauit. Vigesima quinta, Christus illi apparens dixit; *Venio iterum Romã crucifigi*, ac si in Petro vicario suo ipse foret crucifigendus. Vigesima sexta, quas fundauit Ecclesias eas solùm antiquitas habuit primas, & patriarchales. Vigesima septima, festum Cathedræ Petri. Vigesima octaua, in literis formatis, seu canonicis, post Trinitatem Petri nomen iussum est apponi ab antiquis Patribus Cõcilij Chalcedon. Harum omnium prærogatiuarum probationem lege in Bellarm. citato à cap. 17. *Bellarm.*

7 Cæterũ quia politici (quo mõstrorum genere nostra sæcula scaturiunt) ægrè ferunt, quòd vnus in toto terrarum orbe, per quem diffusa est Ecclesia dominetur; prædictam veritatem secundo confirmo ostendens regimẽ Monarchicum optimum esse, ac omnium præstantissimum, proindèque à Christo Domino, qui summa sapientia est, & probè nouit omnia fortiter, ac suauiter disponere in Ecclesia sua relictum. Et in hac veritate non solùm Catholici, sed etiam fidei omnino

Homer. Herodot. Euripid. Isocrat. Plato. Demosth. Aristot. Sirinus. Seneca. Lucan. Plutarc. Dionys. Iust. mar. Cæsariēs. Athanas. Chrysost. Theodor. Euthym. Cyprian. Hieron.

nino expertes conueniunt. Homerus ergo Iliados 2. Herodotus lib. 3. Euripid. in Andromache act. 2. Isocrates in Nicoche; Plato in Politicis, Demosthenes Olymp. 2. de Philip. Arist. 8. Ethic. c. 10. in 3. Politic. c. 5. & 12. Metaph. in fine; Sirinus apud Stobęū serm. de Monarchia; Seneca lib. 2. de benef. c. 20. Lucan. lib. 1. Plutarch. de tribus generibus reip. Dionysius Cassius lib. 44. Roman. historiæ, Iustinus Martyr orat. ad gentes, Euseb. Cæsariens. de laudib. Constātini, Athanas. oratione contra Idola: Chrysost. homil. 34. in 1. ad Cor. Theodoret. lib. 3. de Angelis, Euthymius in panoplia tit. 1. Cypria. lib. 1. de idolorū vanitate; Hierony. epist. 4. c. 6. quæ habetur in cap. *In apibus*. 7. q. 1. S. Thom. 1. p.

S. Thom. q. 53. ar. 5. & q. 103. art. 3. plura videri possunt apud Ioannem Bodinū lib. 6.

Sander. Bellarm. Soar. c. 4. & Nicolaum Sanderū de visibili Monarchia Ecclesd. lib. 3. c. 3. & Bellarm. & Soarez citatis locis. Naturalis quoq; ratio id ostēdit, quia virtus vnita fortiùs agit: vnde maior estpotētla, vbi vnus tātùm gubernat. Propterea cōstat monarchiasdiuturniores sēper fuisse Democratijs, & Aristocratijs, quæ in summis periculis, extremisq; Reip. temporibus, quasi inMonarchiā coalescebant, vt se faciliùs tuerentur vnum principē, ad quem rerū summa spectaret eligentes, quē Romani appellarunt *dictatorem*. Deindè totius vniuersi regimen est monarchicum, nempè vnius omnipotentis Dei prouidentia administratum. Inter Angelos, præter Deum, semper vnus fuit princeps, & caput cæterorum, in Ecclesia triumphante, quæ ex Angelis, & beatis hominibus constat, vnus est Christus Monarcha supremus: in militante quandiù apud idem Christus

A egit, Monarchiam habuit: vndè cum eadem perseueret hodiè Ecclesia, idē in ea regēdi modus perennabit, cum præsertim constet ex sacris literis, etiam in Synagoga vnum in sacris summum Pontificem, & supremum principem fuisse, quæ tamen figura tantùm fuit, & Christiana Ecclesia multò imperfectior, *Exodi*. 18. & *Numer*. 17. & habetur in cap. *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi. Neque inconuenientia, quæ aliqui nouatores solent opponere alicuius momēti existimanda sunt. *Exod. 18. Num. 17. C. Per venerabilē.*

B Quia si dicant vnum hominem non posse sufficienter prouidere toti orbi terrarum, dicimus per se immediatè non posse sicut nullus Monarcha sæcularis per se administrat omnes imperij sui regiones; posse tamen per alios immediatè, per se vero mediatè, sicut Moyses à senioribus, & idoneis ministris adiutus Exodi. 18. Si verò replicabūt, blacterantes nunquam fuisse, neque *Exod. 18.*

C nostris temporibus esse vnum pro toto orbe terrarum Monarcham temporalem: imprimis mendacij eos cōuincimus, si de Adami ætate loquantur; deinceps facilè concedemus id non expedire in dominio temporali, cum sit adeò naturale hominibus vario legum, morum, institutorumquè ritu viuere, quæ ab vno, eodemquè Principe difficile possent approbari, & difficilius quidem, vt eos secūdum consuetudines, legesque regeret, etiam per Palatinos, Curialesquè

D suos ministros comprehendi; non ita tamen in spirituali regimine, vbi sicut est vnus Deus, ita vna fides, vnum baptisma; & omnes idem sapiunt, & dicunt. Hæc nos hac de re

K obiter

obiter attigimus; loculentissimè tamen tractatā vide, & propugnatam apud Bellarm. lib. 1. de Pōtifice Romano, Soarium de fide disputatione 9. sect. 6. & lib. 3. contra Anglicanos errores à cap. 10. nec non apud Coccium tomo 1. Thesaur. cathol. lib. 7.

Bellarm. Soar. Coccium.

8. His non obstantibus opponet aliquis, primò, Petrū non fuisse iurisdictione, dignitate, aut potestate superiorem cæteris Apostolis, sed ætate, & vocatione, ac ordine principē. Respondeo tamē probabile esse ex Epiphanio Andreā fuisse maiorem natu, eundēq; prius vocatū, vt sumitur ex Ioānis 1. concedo quidē ordine Principem fuisse, nō tamē ordine sedēdi, aut numerādi; Christus enim, qui Petrū ordine principē inter reliquos cō stituit huiusmodi præeminētias politicas non instituit, sed regimē, & subordinationē inter Ecclesiæ suæ membra in perpetuum fundauit. Secundò verba illa, *Pasce oues meas*, iuxta plurimorū Patrū doctrinā omnibus Apostolis, & Ecclesię pastorib⁹ dicta fuisse; & illa, *quodcunq; ligaueris, &c.* aliàs prolata fuisse à Christo in numer. plurali, ad omnesq; Apostolos directa: ergo indè nō benè colligitur Petri suprema potestas, & prīcipat⁹ Respōdeo PP. qui ita exponūt priora verba solum asserere, quod reliquis cōueniāt, per quandā proportionē; Petro verò, vt exemplari, vniuersalis enim pastor non excludit particulares pastores, quorū singulis nōnullæ oues cōmendātur, vt in 1. Petri. 5. habemus; *Pascite, qui in vobis est gregē Dei*; Non enim dixit, nisi cum restrictione, *qui in vobis est*, Petro tamen absolutè, & indiscretè, totæ commissæ sunt oues, vt suprà Bernard. aiebat. De potestate ligādi,

Epiphan. Ioan. 1.

1. Petr. 5

Bernard.

A atque soluendi, etiam constat eodem modo datam esse reliquis dependēter à Petro, vt Leo Papa epist. 89. c. 1. & Anselm. in 16. Matth. cum alijs Patribus exponunt. Tertiò verba illa, *super hanc petrā*; nō designare Petrū, sed Christū, vt exposuit Aug. ergo malè indè colligimus fuisse Petrū Ecclesię fundamentū, quod est solus Christus Iesus, vt Apostolus dixit 1. ad Cor. 3. Respōdeo August. lib. 1. retract. c. 21. non aliam afferre rationem suę expositionis, nisi istā: *Non enim dictū est illi: tu est petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus*: vnde totā expositionē fundauit indifferentia vocis, quæ tamen nulla est in Hebręa, & Syriaca, & ideò in vtroq; loco est *Cephas*, proptereà Augustinū hebraicè nesciētē in hoc loco debemus excusare, præsertim, quod ipse subiūgit. *Harū autem duarum sententiarum, quæ sit probabilior eligas lector.* Igitur nos optione data à tanto Doctore, eligamus eiusdē quidem sententiam, sed priorem, & meliorem, in qua sapuit cum multis, pręcipuè cum magistro suo Ambrosio, vt ibidem ipse confessus est.

Leo Papa

Anselm.

August.

1. ad Corinth. 3.

B

C *Ambros.*

9 Secundū quod proposuimus inuegandū est, vtrū iste primatus cōcessus Petro in vniuersos Christi fideles fuerit personalis, & quasi vitalitius, an certè perpetuò in Ecclesia per eiusdē Petri successores duraturus? Ratio tamē quæ probat debuisse à Christo institui in Ecclesia sua primatū, vnūq; visibile caput, probat etiam huiusmodi primatū esse debere perpetuū per legitimos successores primi pastoris, ne in Ecclesia mortuo Petro maneret perpetuò à Cephala, & decapitata, aut mōstruosa, si plura capita recognosceret. Deindè mod⁹ ipse institutio-

D

tutionis à Christo seruatus ostendit eius intentionem circa perpetuitatē A istius primatus vniuersalis, postquam dixit Petro, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meā*; illicò subiecit: *Et portæ inferi non prævalebūt aduersus eā*. Pollicitus collatę dignitatis perpetuitatem, nam frigidè connecteret cum fundatione supra Petrum, ipsius Ecclesię in abstracto, vt ita dicam, immobilitatē, nihil enim ad Petrum talis immobilitas attinebat, sed ea, quæ foret coniuncta cum ipso per se, vel per suos successores sustentāte, & regente Ecclesiam. Id quoque insinuāt euidenter verba. *Pasce oues meas*; officium enim pastoris est ordinarium, & perpetuum, quādiù manet ouile; præsertim cum Dominus oues suas in discriminatim Petro commēdauit, nulla temporis, aut loci adhibita limitatione; vnde Chrysostom. homil. 55. in Matthæi in rem nostram, ita verba Domini interpretatur, *Apertè*, inquit, *hic prædixit magna eorum, qui credituri, & erant, & sunt, multitudinem fore, & sublimiora sapere ipsum facit, & Ecclesiæ pastorem cōstituit*. Hoc ipsum docet in lib. 2. de sacerdotio desertis, imò aureis verbis: *Quam*, inquit, *de causa ille sanguinem effudit suum? certe, vt pecudes eas acquireret, quarū curā, tum Petro, tū Petri successoribus cōmittebat*. Non poterat quidē verbis clarioribus huius principatus explicare perpetuitatem: sed elegātissimus Latinorū Leo sermon. 2. de anniuersario assumption. suæ loculētius id expressit: *Manet*, inquit, *dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseuerans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit, perseuerat videlicet Petrus, & viuit in successoribus suis.*

Chrysost.

Leo.

Verum vniuersalis totius Ecclesię 10
A principat⁹ à Christo D. in Petro, quasi in petra fūdat⁹ est Matt. 16. & Ioan. 21. vt aliàs inquit Pōtif. in c. *Fundamenta* de elect. in 6. non eidē personaliter fuisset tātū cōcessus, sed potius apud eiusdē successores in Ecclesia vsq; ad consumationem sæculi permaneret, quia, vt ostēdimus, hoc imprimis colligitur ex fine, & natura ipsius principatus, qui non magis erat necessarius Ecclesiæ, viuente Petro, quā mortuo illo. Secūdo ex auctoritate illa Christi B Matt. 28. *Ecce vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsumationē sæculi*. Probatq; tandē Pōtif. in cap. *Solita*, de maiorit. & obed. ad finē, & in Extrauag. *Vnam sanctā* eod. tit. inter cōmunes. Et facit auctoritas Leuitici, quā explicat tex. in cap. *Per venerabilē*, qui filij sint leg. cū multis alijs, de quibus Cano de locis theolog. lib. 6. c. 3. Bellarm. & Soar. citatis locis; & pluribus fundamentis, tum à ratione, tū à iuris auctoritatib. tum ab antiquitate desumptis, idē cō- C probat Boetius antiq. Eccl. syntag. 7. de Hierarch. Frācisc. Leon in suo thesauro fori ecclesiast. de potesta. Papæ c. 1. Aretin. de præexcellētia, & iurib⁹ Papatus Romani animadu. 1. Gierrerus in specul. iuris Pōtif. & Cæsarei, de potestate Pōtif. c. 1. Neq; inter alia quæ hæretici huic veritati obijciunt obstāt; quod si Romanus Pontif. primū ecclesiasticæ Hierarchiæ locū haberet, Petroq; legitimè succederet, vniuersalis Pontif. seu Episcopus rectè posset appellari, quod tamē prohibet D Cōc. Africanum in c. *Prima sedes*. 99. dist. ibi. *Vniuersalis autem, nec etiam Romanus appelletur*. Eundemque titulum Gregorius primus respuit, & prohibuit appellari in capite vltimo eadē

Matt. 16. *Ioan. 21.* *C. Fundamenta.* *Mat. 28* *C. Solita.* *Extrau. Vnam sanctam.* *C. Per venerab.* *Cano.* *Bellarm.* *Soar.* *Boetius.* *Leon.* *Aretin.* *Giarrer.* *Cōc. African.* *Gregor. 1.*

dist. Respondeo verba illa dicti capitis *Primæ* non esse Cõcilij, à quo textus fuit desumptus, quia ibi non reperiuntur, sed Graciani Compilatoris, qui ea apposuit propter duo capita sequentia. Vel verius dici potest ideò Summum Pontificē vniuersalem pastorem dici non posse, quod singulis Ecclesijs vt proprius cuiusque rector non præsit, in alio autem sensu meritò talem appellari posse, imò, & alijs varijs titulis, vt ex multis comprobat Bellarmin. d.lib.2. c.vltimo, quamuis enim D. Gregorius illum titulū respueret, vt suprà diximus, id tamen nō fecit ex ratione, quam tex. ibidem reddit, & explicat Felin. in cap.1. col. 2. de Constitutionib. vt scilicet Ioannem Constantinopolitanum, qui se vniuersalem præsulem Ecclesiæ appellabat, humilitatis exemplo ad deponendū similem titulū promoueret.

C. Primæ. Bellarm. D. Greg. Felinus.

11 Cæterùm quærunt in proposito Doctores ad maiorē huius veritatis explicationē, quo pacto, & iure Pontifex Romanus in Petri primatum, & primū Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradū succedat? in quo aliqua ex multis, quæ illi inuoluunt, distinctè à nobis sunt obseruanda. Primū est Petri successorē absolutè loquendo de iure diuino, & ab ipso Christo immediatè principatū accipere. Nam cum suprà ostensum fuerit principatū nō personaliter in Petro fuisse institutū, sed vt in successoribus eius vsque ad consūmationē sæculi perduraret; euidēter cōsequitur talē successorē ex ipso iure diuino primatū habere: vnde si Romanū Pontificē accipiamus, quatenus successor Petri est, & ab Ecclesia, tāquā talis receptus (non disputādo interim, quo iure talis sit) veritas est catholica illū de iure diuino esse caput; & pastorem totius Ecclesiæ, ab ipso Christo immediatè primatū accepisse, vt loquendo de Ecclesia Romana probat tex. in cap. *Sacrosancta*. 22. dist. cap. *Rogamus*. 24. q. 1. c. *Damnamus*, de summa Trinit. cū multis alijs, quibus aduersus impios nostri tēporis hæreticos, id latè cōprobat Pigh. de Ecclesiast. Hierar. lib. 3. c. 12. Ruffus in apologia contra Molinam à principio, & per totū, Bellarm. d. cap. 12. Soar. de fide disp. 10. sect. 1. n. 15. plures relati à Senedo collect. 11. à n. 4.

C. Sacrosf. C. Rogamus. C. Damn. Pigh. Ruffus. Bellarm. Soar. Senedo.

22 Tertiò denique à nobis inuestigādum est. Vtrū Petri successores in totius Ecclesiæ vniuersalis primatu sint Episcopi Romani? patet iam ex dictis vnum debere esse in Ecclesia visibile caput, cū ea perpetuo duraturū, eāq; Petro collatā primò à Christo Domino potestatē, vt in eius successoribus perennaret, modò probare contendimus Petri successores in eadē potestate esse Romanos Episcopos. Cōcilia generalia id expresse definiunt, Nicænum 1. canon. 39. Arabico: *Ille*, inquit, *qui tenet sedem Romæ caput est, & princeps omnium patriarcharum, quādoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit vicarius Christi Domini nostri super cūctos populos, & vniuersam Ecclesiā Christianam, quicunque contradixerit à Synodo excommunicatur.* Secūdū est Cōstantinopol. in epist. apud Theodoret. lib. 5. hist. c. 9. vbi dicit, *se Cōstātinopoli congregatū ex mandato literarū Pōtificis, faterurq; Romanā Ecclesiā caput esse; se verò mēbra.* Tertiū apud Euagriū lib. 1. histor. c. 4. dicit, *se deponere Nestoriū ex mandato Cælestini Romani Pontificis;* in

Conc. Nican. Conc. Cōstant. Cōc. apud Euagr.

in epistola ad eundem Pontificē scribit, causam Ioānis Patriarchæ Antiocheni, eo quod esset magis perplexa ipsius Cęlestini iudicio fuisse à Cōcilio reseruatā. Quartū, quod est Chalcedonense act. 1. 2. & 3. sæpè vocat Leonem vniuersalis Ecclesiæ Pontificem. Quintum in causa Authimi Cōstantinopolitani congregatum fatetur se obedire, & communicare Apostolicæ Romanę sedi. Sextum est septima synodus generalis, quæ actione 2. recipit, & probat epistolam Adriani Papæ ad Tharasium, in qua sedem Romanam obtinere primatum per totum terrarū orbem, esseq; Ecclesiarū omniū Dei caput, affirmat. Septimū est Lateranense sub Innocentio 3. in quo Græci, & Latini vnanimitèr c. 5. *Romana*, inquiunt, *Ecclesia disponente Domino, super omnes alias ordinaria potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra.* Octauū est Lugdunense sub Gregorio X. vt habetur in cap. *Vbi periculum* de electione in 6. in quo similiter Greci, & Latini concorditer vocant, *Romanum Episcopum Vicarium Christi, successorem Petri, & rectorem vniuersalis Ecclesiæ.* Nonum denique à Græcis quoque, & Latinis cōflatum Florentiæ. *Definimus*, inquit, *sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatū, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq́. Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiā à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, &c.* Nil potuit dici melius, nil clarius, locus tergiuersādi, & Gręcis, & Latinis hæreticis adēptus est, si modo quidquam sapiunt; neque palam Spiritui Sancto resistunt. Quinque alia Concilia generalia prætermitto, quia nec à Lutheranis tanquā recētiora, neq; à Gręcis, eò quod ipsi nō interfuerint recipiuntur: Catholici tamē ea videriint. Primū enim est Lugdunense sub Innocentio 3. vt habetur in cap. 1. de homicidio in 6. Viennense sub Clem. 5. vt habetur in Clementin. vnica de sūma Trin. & fide cath. Constantiēs. sess. 8. & 15. Lateranēs. sub Leone 10. sess. 11. Trid. sess. 14. c. 7. & sępè alibi.

Conc. Calced. | *Conc. in causa. Authimi* | *7. Synod.* | *Cōc. Lat* | *Cōc. Lugdun.* | *C. Vbi periculum.* | *Conc. Florent.* | *Cōc. Lugdun.* | *Cap. 1.* | *Conc. Viennen.* | *Constant.* | *Lateran.* | *Trident.*

13\. Idē confirmāt omnes Patres Gręci, quorū loca tantūmodò insinuabo, vt ea curiosus per otiū consulat: Ignatius in inscriptione epistolæ ad Roman. Polycarpus apud Hieron. de viris illustribus, in codē Polycarpo. Irenæus lib. 3. c. 3. Origen. apud Eusebiū lib. 6. c. 12. Idē Eusebius Cæsar. lib. 7. c. 28. Athanas. apolog. 2. contra Arianos, & in epist. ad Marcū Papā: idē cū omnibus Episcopis Aegytiorū, Thebaeorū, & Lybiorū in epist. quæ extat tom. 1. Cōciliorum ad Felicem 2. Papā, Basilius Rag. epist. 52. ad Athan. Greg. Naz. orat. 23. & orat. 42. Chrysost. in epist. ad Innoc. Papā, Cyrillus Alex. epist. ad Cęlestin. Papā, Theodoret. epist. ad Leonē Papā; & alij recentiores omnes, vt videre est apud Cocciū lib. 7. ar. 6. Facilè subscribunt Latini, Tertullian. lib. de prescript. aduersus hæreticos cap. 36. & lib. de pudicitia cap. 1. Cyprian. epist. 52. 45. 55. 67. Ambros. de excessu Satyri, & ad cap. 3. primæ ad Timotheum, & in epist. 78. & 81. optatus Mileuit. libr. 2. aduersus Parmenian. Hieronym. epistola 57. & 8. ad Demitriadem, cap.

Ignat. | *Polycar.* | *Irenæus.* | *Origen.* | *Cæsariēs.* | *Athanas.* | *Basil.* | *Naziāz.* | *Chrysost.* | *Cyrill.* | *Theodor.* | *Coccius.* | *Tertull.* | *Cyprian.* | *Ambros.* | *Mileuit.* | *Hieron.*

cap.9. & 16. ad Principiam, cap.3. & lib.3. aduersus Ruffinum, cap.5. & 6. A
August. Augustin. contra Iulianum Pelagianum lib.1.cap.4. libr.2. contra Pelagium, & Cælestium, cap.17. epistola 157.& 162.106.165. & alij propè infiniti apud eundem Coccium, Soariũ, Bellarmin. Sanderum de Visibili Monarchia Ecclesiæ libr.6. & Albertum Pighium de Hierarchia Ecclesiastica lib.3.
Coccius. Soar. Bellarm. Sander. Pigbius.

14 Denique eadem veritas stabilitur auctoritate Summorum Pontificum à quibus abest vsurpationis iniustæ suspicio, quia eorum plures fuere viri sanctissimi, & integerrimi, vt hæretici quoque fatentur, de illis, qui vsque ad annum ccc. floruerunt. Primatum ergo Romanæ sedis disertè asserit Clemens epistol. 1. Anacletus epist. 3. Euaristus epistola prima, Alexand. epistola 1. Pius epistola 1. Anicetus epistola 1. Victor. epist. 1. Zephirinus epistol. 2. Calistus epist. 2. Lucius epistola 1. Marcel. epistola 1. Luzebius epist. 3. Melchiades epistol. 1. Marcus epistol. 1. Hæc tamen, manifesta quidèm de primatu Romanæ sedis testimonia hæretici dicunt recenter supposita esse, & adiuncta epistolis illorum sanctissimorum Pontificum, vel epistolas ipsas esse recentes, & confictas: sed Bellarm. lib.2. cap.14. antiquissimas esse ostendit, & veras. Põtifices quoque, qui ab anno CCC. vsque ad DC. vixere eundem Ecclesiæ Romanę Principatum manifestissimè docuere, quos hæretici, tanquã viros adhùc Põtifices recipiunt, imò ego, non nisi testimonia duodecim ponam illorũ, quos nemo negat sanctissimos fuisse. Iulius 1. in epistol. ad Orientales, quæ extat in Apologia 2. B C D
Cle. Papa. Anaclet. Euarist. Alexand. Pius. Anicetus. Victor. Zephir. Calistus. Lucius. Marcel. Luzebius. Melchi. Marcus. Bellarm. Iulius. 1.

sancti Athanasij: Damasus in epistola ad omnes Episcopos Orientales, quã Theodoret. affert lib.5. hist. cap. 10. Syricius in epistola ad Hiemericum Episcopum Tarraconẽsem. Zozimus ad Hesychium solitarium Episcopũ; Innocent. in epistola ad Episcopos Macedoniæ 22. Leo epist. 84. ad Anastasium Episcopum. Thessalonicens epistol. 46. ad Anatolium Episcopum Constantinopolit. epistol. 62. ad Maximum Antioch. epistol 81. ad Dioscorum Patriarcham, Alex. epist. 87. ad Episcopos Africæ, & sermone 1. de Natali Apostolorum, Gelasius in epist. ad Episcopos Dardoniæ. Ioannes 11. in epistola ad Iustinianum seniorem Augustum, & habetur in ipso Codice Iustiniani in primo titulo. Anastasius 11. in epistol. ad Anastasium Imperat. Felix 4. in epistola 1. ad varios Episcopos, Pelagius 11. in epist. 1. ad Orientis Episcopos; Gregorius denique Magnus lib.1. epist. 72. lib. 2. epistol. 73. lib.4. epistol 56. lib 7. epistola 63. In his non habent, quod tergiuersentur heretici, cum testimonia, vt videre est suis locis sint apertissima, & de illorum vera auctoritate nemo dubitet. De reliquis verò Pontificibus vsque ad nostra tempora, respondent esse pseudopapas, & antechristos, inter eos tamen multi ex professo Romanæ Ecclesiæ vniuersalem Primatum asseruere; vt Adrianus 1. in epistola ad Tharasium, Nicolaus 1. in epistola ad Michaelẽ Imperatorem; Leo IX. in epistol. ad Michaelem Episcopum Constantinop. Paschalis in epistola ad Episcopũ Panormitanum, quæ extat in cap. *Significasti*, extra de electione; Innocentius 3. in epistola ad Imperat. Constanti-
Damasus. Syricius. Zozimus. Innocẽt. Leo. Alexand. Gelasius. Ioan. 11. Anastas. Felix. 4. Pelag. 11 Gregor. Magn. Adrian. Nicol. 1. Leo 9. Paschal. Innoc. 3.

stantinop. quæ habetur in cap. *Solitæ*, extra de maioritat. & obedient.

15. Constat igitur ex dictis Romanos Episcopos esse veros Petri successores in supremo Ecclesiæ principatu, non ita Alexandrinos, aut Antiochenos, tum propter Conciliorum, Patrumque & Pontificum testimonia, tum etiam quia Antiochiam viuens reliquit D. Petrus, & Alexandriæ per se, vel nunquam sedit, vel si fortasse sedit, eandem quoque Ecclesiã multo antè mortem tempore deseruit. Quæstiones alias à TT. tractari solitas breuiter attingam, quia Canonistis non placent, eo quod plus habeant de possibilitate quadã Metaphysica, quam de reali facto; qualis est; vtrùm potuerit Sanctus Petrus separare suum Pontificatum supremũ ab Episcopatu particulari Romano? Vtrùm Roma per aliquem casum destructa, & excisa summus Pontifex semper sit nominandus Episcopus?

16 A prima igitur incipientes quæstione obseruandum est in eo inter Catholicos arduam esse differentiã, seu controuersiam, quonam iure successor Petri sit is, qui Pontifex, seu Episcopus Romanus est? In qua Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. 5. in fin. Cord. in quæstionar. lib. 4. q. 1. propos. 8. dub. 2. & alij, quos refert Mẽdoça in quodlib. quæstion. q. 4. scholast. existimarunt summum Pontificatum, & Romanum Episcopatum non esse diuino nexu coniunctos, ita vt ille, qui Episcopus Romanus sit necessario ex diuina institutione debeat esse Pontifex vniuersalis; sed hoc tantùm ex facto Petri, & Ecclesiæ constitutione originem habuisse, idque ex eo confirmant, quia cum Petrus à Christo

Sot.
Cord.
Mendoça

A fuit institutus, tanquam caput Ecclesiæ nulli particulari Ecclesiæ, ex ipsius institutione fuit addictus; imò à principio septem annis Antiochiæ sedit; postmodumq; se Romam contulit; vnde nulla ratio euincit, vt per eius mortem Summus Pontificatus Romanæ Ecclesiæ diuino iure fuerit astrictus; *Neque*, inquit Soto, *Patres, & Concilia contrarium asserere videntur; dum generaliter dicunt Romanam Ecclesiam ab ipso Christo Domino primatum habere, & alia similia, id enim ex* B *quadam hypothesi ab illis dictum esse putas.* Cęterùm, vtcũnque ista subtiliter pro Soti opinione disputari possint; mihi tamen in re tam graui, potiùs contrariæ opinioni adhærendũ censeo, vt scilicèt ex diuino iure, & Christi institutione, Episcopus Romanus qua talis Petri successor sit in cura totius vtilitatis Ecclesiæ. Quam sentẽtiam communiter amplectuntur Doctores, vt videre est per Mendoçam, qui latè luculẽter pertractat, in quodlibet. quæstionibus, q. 4. scholiorum C per tot. Pro qua imprimis videtur stare, vnanimis Pontificum, Patrum Cõciliorum consensus, dum passim asseuerant Romanam Ecclesiam, ipsũq; Romanum Pontificem ex dispositione Christi Domini primatum, & Põtificatum obtinere, vt iam suprà retulimus, & habetur in cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Damnamus*, & in cap. 1. de homicidio in 6. in cap. *Quamuis*. 21 distin. multisque alijs locis, de quibus Mendoça n. 7. quæ cum sint adeò ge D neralia nulla possunt hypothesi, seu obiectione tutè elidi, imò satis apertè indicant, Christi institutionem esse, vt Pontifex Romanus cathedram necessariò totius Ecclesiæ pastor sit;

Soto.
Mendoça
C. Sacrosancta.
C. Damnamus.
Cap. 1.
C. Quamuis.
Mendoc.

accedit quia cum Petrus Romam cathedram suam transtulerit, ibiq; mortuus sit, vt probat tex. in cap. *Beati.* 2. q. 7. & hoc insuper quasi iubente Domino factum fuerit cum Petro ex vrbe decedēti, ac interrogāti quo pergeret, obuiam factus, dixit, *Venio Romam iterum crucifigi*, vt etiam refert Eiesipus libr. 3. excidij Hierosolym. cap. 3. rectè videtur consequi ex diuina institutione prouenisse, vt Petrus Romæ moriens orbis pontificatum ibidem reliquisset. Ex qua historia id quoq; videtur expressē colligere Pōtificem Romanum in cap. *Per venerabilem*, qui filij sint leg. ibi. *Locus enim quem elegit Dominus Apostolica sedes esse cognoscitur: cum enim Petrus, &c.* Vbi prędictam historiam narrat licet eam non tanquam sacram Pontificem referre contendat Soto vbi proximè. Tandem illud est obseruādum, quod licet ex iure diuino iuxta modo dicta orbis Pontificatus cū episcopatu Vrbis sit coniunctus, non tamē esse actu duas sedes, aut duos episcopatus, sed episcopatus vrbis Romanæ in pontificatum totius orbis fuisse erectum; quemadmodum fit cum simplex episcopatus, in archiepiscopatum, seu patriarchatum erigitur, vt elegāter adnotauit Bellarmin. d. lib. 2. cap. 12. Soto dicto art. 8. Viuald. lib. 2. doctrinalis fidei, cap. 41.

Cap. Beati. *Eiesipus.* *C. Per venerab.* *Sotus.* *Bellarm.* *Sotus.* *Viuald.*

17 Pro secunda quæstione dicendum est, Summum Ecclesiæ Hierarchiæ Præsidem, nunquam posse Romani Episcopi titulum dęponere, nisi Roma funditus deleatur, vel similis alia grauissima causa occurrat, quæ illum ad interpretandum ius diuinum absque temeritate compellat; epicheaq; in hoc casu vtendum esse demōstret.

A Cum enim suprà resolutum sit Pontificatum totius orbis Romanæ sedi fuisse diuino iure coniunctum, Pontifexq; ius diuinū relaxare nequeat, sed tantùm ex graui causa interpretari, vt ex tex. in cap. *Sunt quidam*, cū multis 25. q. 1. notant communiter Doctores omnes, vt post D. Thom. Fortuniū, & alios resoluit Couas. de sponsf. 2. p. c. 6. §. 9. n. 2. Menchaq. Illustr. c. 5. n. 19. Nauar. consil. 45. Henric. lib. 8. de Eucharistia, cap. 13. n. 1. Soar. de Legibus lib. 3. c. 19. Barbos. B rubr. de soluto matrimonio nu. 104. cum sequentibus; consequens necessarium est dicere Pontificem prædictum titulum separare nō posse: imò si Romanū episcopatū omiserit spiritualem totius Orbis præfecturam interpretatiuè deponere necesse esse ex graui tamen causa, cum qua, vt diximus, diuinum ius intrepretari potest; Romani Episcopi titulum deponere valebit, vt in corollario adiecimus, quæ tamē causa talis esse debet, quæ C eam esse diuinam voluntatem in eo euentu ostendat; vt v.g. totius Romę excidium. & euersio; & quāuis aliqui contendant etiam post illam summū Pontificem Romanum pastorem ratione iuris, & successionis debere appellari; grauiter tamen falluntur, quia vt aduertit Pelag. de planct. Eccles. in huiusmodi maioribus causis titulus sine re nullo modo est admittendus: neque obstant Episcopi, Titulares, qui aliquando in Iuribus, in quibus nulli repeiriuntur Christiani instituū- D tur, ibi enim non datur titulus sine re, cum illæ nihilominùs extent ciuitates, & ciues in proxima sunt potētia, vt per ecclesiasticam administrationem in vitam æternam dirigātur.

Ca. Sunt quidam. *D. Tho.* *Fortun.* *Cou.* *Mench.* *Nauar.* *Henric.* *Soar.* *Barbos.* *Pelag.*

Addo

Addo tamen quod licet de iure diuino Pontifex prohibeatur Romani titulum deponere; posse nihilominùs, rationabili causa per motũ licitè alio sedem mutare, & in alia vrbe præter Romam etiam per totam vitam residere. Cum enim totius orbis pontificatus, vt suprà notauimus cum episcopatu vrbis Romæ vnus tãtùm actu reputetur, non erit simpliciter Pontifex extra diœcesim, etiãsi extra vrbem commoretur. Accedunt exempla multorum Pontificum, qui sæpiùs per multos annos, imò per totum sui pontificatus tempus alibi residerunt, vt ex historijs constat; quos tamen omnes mortaliter peccasse, publicũq; scandalum in Ecclesia Dei dedisse verosimile non est. Dixi tamen rationabili causa permotum, quia cum Pontifex vrbis Romæ, quatenùs particularis diœcesis Episcopus sit, necessariò ea causa requiritur, vt licitè ipse, quamuis ipsius Episcopus, eius curã, & diligentiam deserat.

§. II.

Vtrùm electio Summi Pontificis ad homines pertineat, & ad quos?

SVMMARIVM.

1 *Præsentis quæstionis diuisio proponitur, & Romani Pontificis electionem ad homines pertinere, asseritur.*

2 *Collatio potestatis, & dignitatis Pontificiæ personæ designatæ ad solum Christum immediatè spectat, & cauillationibus respondetur.*

3 *Electio Episcoporum, & sacerdotum non pertinet diuino iure ad populum Christianum, sed tantum ad Clerum.*

4 *Summi Pontificis electio secluso iure positiuo ad vniuersum Ecclesiæ clerum spectat.*

5 *Christus Dominus summo Pontifici commisit potestatem, & modum eligendi Ecclesiæ vniuersalis pastorem.*

6 *Ius elegendi Pontificem in solidum translatum est ad Cardinales, & quo tempore.*

1 IN hoc titulo, vt per se patet duæ quæstiones continentur; & in prima quidẽ procedendum est cum distinctione, quia in electione duo ad inuicem separabilia possunt in considerationem venire; aut verò loquimur de sola designatione personæ, vt quando Rex Episcopi personam Pontifici præsentat, quin illi conferat episcopalem dignitatem, aut de ipsa dignitatis collatione, vt quando Pontifex personam à Rege præsentatã acceptat, eique dignitatem impertitur. Et sanè in primo sensu electio summi Pontificis sine dubio pertinet ad homines, vt patet ex immemorabili Ecclesiæ vsu, & ratio naturalis conuincit, quia debet hominũ Ecclesia quãtum fieri potest humano modo gubernari: imò non fuit expediens in lege gratiæ, & fidei semper aliquod signum de cœlo expectare, vt nobis constaret, quem Deus eligisset in Põtificem.

2 In secundo sensu videtur esse cõmunis sententia Doctorum, quod ad solum Christũ immediatè pertineat conferre potestatem, & dignitatẽ Pontificiã personæ designatæ, ita sentit Caiet. opusc. 1. de Auctorit. Papæ c. 13. & in 2. p. Apolog. c. 22. Turrecr. lib. 2. cap. 44. Turrian. 1. contra Centuriat. *Caiet.* *Turrecr.* *Turrian.*

Soar. *Torres.* turiat. cap. 18. Soar. de fide disput. 10. sect. 4. Torres de fide disp. 15. dub. 3. Ratio est, quia Patres dicunt Romanum Pontificem habere potestatem à Christo. Deindè, quia Papa est Christi Vicarius, vnde sicut Prorex à Rege immediatè creatur, ita debet à Christo Papa constitui. Denique, quia si homines conferrent hanc potestatẽ possent aliquando illam limitare, vel amplificare, vel modũ illi præscribere, vt Papa facere solet cum Episcopos creat, id autem falsum est, & in Ecclesia Christi inauditum; ergo, &c. Opponess persona cõferens dignitatem, vel confirmans præsentatum, potest aliquando illum reijcere, si sit, v.g. indignus: ergo si hoc modo eligitur Põtifex nunquam nobis constare poterit, an sit verus Papa, & à Christo cõfirmatus, quia non constat nobis, an sit dignus, maximè, si debeat esse vir probus, vel etiam prædestinatus, vt aliqui dixere. Respõdeo hæresim esse in Concilio Constantiensi damnatã requirere in persona assumenda ad Pontificatum alias qualitates præter simplicem capacitatem; nec incommodum id iudicari debet; quia Deus eligens, siue conferens potestatem indigno designato, & præsentato potest supplere ipsius insufficientiã per assistentiam suam, homo verò cum sit solum dispensator, non potest, neque debet indignum, qui præsentatur, acceptare, quia neque Domini negotium benè gereret, neque præsentati defectum supplere posset. Sed instabis, Christus Petrum rogauit priùs: *Amas me*; ergo vt eligeret probitatem Petri requisiuit; Respondeo non ideò Petrũ de amore erga Christum fuisse rogatum, quod Christus

Conc. Cõstant.

A requireret charitatem in Petro ad potestatem illi conferendam, sed vt erudiret pastores Ecclesiæ, quales esse deberent, & quales sibi in eisdem muneribus successores eligere, vt interpretatur Augustin. de Agone Christian. cap. 30. Chrysostõm. lib. 2. de sacerd. Leo Papa ser. 2. de sua assumpt.

Aug. de Agone. *Chrysost.* *Leo Papa*

3 Quod attinet ad secundam quæstionem in titulo contentam, ad quos nimirum pertineat homines hæc electio? imprimis supponendum ẽst, & habendum pro comperto ex Concilio Laudiceno. 1. cap. 13. ex Concilio Martini Papæ apud Martinũ Bracharens. cap. 1. Decretorum, ex Concilio 4. Constantinopol. quod est 8. generale canon. 20. item ex nostro Canonico iure multis in locis præsertim per totam dist. 62. 63. & 89. nec non ex Apostolorum, & Summorum Pontificum exẽplis electionem Episcoporum, & sacerdotum non pertinere diuino iure ad populum Christianum, vt contendunt per insaniam Caluinistæ, & Lutherani à Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 7. egregiè refutati. Secundò supponendum est electionem hanc consequenter spectare quasi naturali iure ad clerum; sicut in Republica pertinet ad optimates electio principis.

B *Conc. Laodic.* *Cõc. Martini.* *Constantinopol.* *Dist. 62. 63. & 89.*

C *Bellarm.*

His suppositis dicendum est Summi Pontificis electionem, secluso iure positiuo, pertinere ad vniuersum Ecclesiæ clerum, quia Papa primò, & per se eligitur, vt caput totius Ecclesiæ, & Romanus Episcopatus est annexus summo Pontificatui, vt quid minus principale, ita Soarez suprà, & alij contra Caietanum in Apolog. c. 22. Bellarmin. citato cap. 10. Torres suprà. Confirmatur eadem sententia 4

D *Soar.* *Bellarm.* *Torres.*

ex

C. *Si duo.* ex cap. *Si duo.* dist. 79. vbi decernitur, his habendus pro vero Pontifice, quem vniuersitatis consensus elegerit, quando duo ita de papatu cõtendunt, vt res in dubio versetur, & ita Conc. Cõstant. factum esse in Concilio Constãtiensi notissimum, neque minimè recens exemplum est.

5 Quamuis prædictus modus eligẽdi Summum Põtificem ex natura rei consequens sit, quia tamen non ita facilis, & expediens esset in omni occasione, difficilimum enim foret in singulis electionibus Romani Pontificis Concilium generale congregare; ideò Christus Dominus eidem Summo Pontifici commisit potestatem, vt modum eligendi conuenientiorem pro temporum diuersitate præscriberet. Patet id experientia, & vsu Ecclesiæ, quia modus, qui est obseruatus hactenùs eligendi per adorationem approbatus in quatuor Cõ- Conc. Vië. Lugdun. Lateran. cilijs generalibus, Viennensi, Lugdunensi, & duobus Lateranensibus sub Nicolao 1. & Alexandro 3. nec non qui recens est introductus eligendi per scrutinium, & suffragia secreta in legibus, & statutis ipsorũmet Pontificũ fundãtur. Deindè, quia Papa caput est Ecclesiæ, & ideò ad illum debet pertinere prouidentia in rebus maximè necessarijs ad bonũ regimen ipsius Ecclesiæ, qualis est, & grauissima, electio Summi Pontificis.

6 Et sanè varius fuit modus eligendi Pontificem, donec ad Cardinales in solidum translatum est ius eligendi iam ante annos plusquam. CD. vt cõstat ex Decreto Alexandri. 3. quod C. *Licet.* habetur in capit. *Licet.* de electione. Nam imprimis Sanctus Petrus, qui fuit primus Pontifex Romanus, nominauit, & elegit sibi successorem A Clementem, vt constat ex epistolis ipsius Clementis, & ex 2. Alexandr. Papæ 1. ad Orthodoxos ex epistola Ioann. 3. ad Episcopos Germanię, ex cap. *Si Petrus*, & ex cap. *Vnde*. 8. q. 1. & probat Soarez suprà. Deindè Episcopi vicini, & clerus Romanus eligebat, vt colligitur ex Cypriano lib. 4. epistola 2. Eusebius lib. 6. hist. c. 21. & ex Damato in Pontificali: in quo eligendi modo etiam requirebatur populi consensus, vt testimonium de vita, & B moribus illius qui eligebatur à clero exhiberet, vt habetur in cap. *Cum lõge*, dist. 63. & cap. *Electionem*, dist. 79. & ex Cypriano cit. item lib. 2. epist. 5. Posteà consensus etiam Imperatorũ cæpit expectari, vel ex iniusta vsurpatione, vt refertur de Othone cap. *in Synodo*. dist. 63. vel ex Pontificum priuilegio, vt de Carolo Magno, & Pipino habemus in cap. *Adrianus* eadem dist. 63. cui statim renunciauit eorum successor Ludouicus, vt est C ibidem caput *Ego Ludouicus*, & si post illum multi id conati sint repetere, vt videre est in Peghio lib. 3. c. 13. & in Palud. cap. 7. Turrecrem. & alijs. Denique Adrianus 11. decreuit, vt nullius Principis sęcularis consensus expectaretur; atquè similitèr populi cõsensus, & testimonium desijt expectari, nam per se nunquam necessariã fuisse in electione Summi Pontificis interpositionem laicorum, constat ex Concilio Romano sub Symacho Papa, ex 6. Synodo generali, & multis D alijs à Graciano congestis, dist. 34. & 63. Demum Gregorij VII. & Vrbani tempore electio ista omnino deuoluta est ad Cardinales, vt patet ex capit. *In nomine Domini*. dist. 23. & cap. 1. dist.

Alex. Papa. *Ioã. 3. papa.* C. *Si Petrus.* C. *Vnde.* *Soar.* *Cyprian.* *Eusebius.* *Damas.* Ca. *Cum longe.* C. *Electionem.* C. *In Synod.* C. *Adrianus.* C. *Ego Ludouicus.* *Pighius.* *Palud.* *Turrecr.* *Adrian. Papa.* *Conc. Roman.* *Gracian.* C. *In nomine Domini.* *Cap. 1.*

Ca. Licet exemplo. *C. Vbi periculum.* *Cle. Ne Roman.* *Conc. Cō.* *Vuald.* *Carnot.* *Hugo.*

dist.77. & cap. *Licet exemplo*, de elect. & cap. *Vbi periculum*. eodem titulo in 6. & Clement. *Ne Romani*, eodem titulo, & ex Concilio Constantiensi q.8. de quo etiam vide Vualdens. art. 3. cap. 39. Iuonem Carnot. 3. decret. Hugo de Sancto Victore 2. de sacrament. p.3. cap. 14.

§. III.

Vtrùm Pontifex deponi posit, & à quibus?

SVMMARIVM.

1 *Papa hæreticus pertinax dignitate priuari potest.*

2 *An si penes aliquem potestas deponēdi Pontificem hæreticum pertinacē.*

3 *Pontifex hæreticus deponitur à Deo pereunte iudicio, & pronunciata sententia Concilij generalis.*

4 *Nullam dari in Ecclesia legem interpretatiuam iuris diuini super depositione Romani Pontificis, affirmatur.*

5 *Licet Papa hæreticus non sit membrum Ecclesiæ, neque caput quoad substantiam, & formam, est tamen caput quod ad officium, & influxum.*

6 *Papa solum propter crimen hæresis deponi potest.*

7 *Opinio Marsilij de Padua, & aliorum qui dicunt Pontificem posse puniri à Principe sæculari, si non rectè officio suo fungatur; reijcitur.*

8 *Quare Pontifices Imperatoribus potestatem concedebant sedem Apostolicam ordinandi, & Romanum Pontif. eligendi, illorumq; iubire iudiciū.*

9 *Vtrum Papa sit super Concilium, an è conuerso.*

10 *Fundamenta, quibus asseritur Concilium esse supra Pontificē, tolluntur.*

A IN hac materia conueniunt omnes Doctores Papā hæreticum pertinacem posse dignitate priuari, colligunt id ex Clement. 1. epistol. 2. vbi dicit Sanctum Petrum docuisse hæreticū Pontificem esse deponendum. Ratio quoquè est ferè euidens, quia grauissima damna pateretur Christi Ecclesia, si cogeretur hæretico capiti subesse, nec illud à se vllo modo posse depellere, & amputare, quia qualis est Princeps talis esse solet populus, præ-
B sertim si contagio sit hęresis, quę serpit, vt cancer, & facilimè descendit à capite in totum corpus. 1.

Clem. 1.

Diuiduntur tamen in assignando iudice, qui Pontificem in eo casu deponat; quidam enim volūt nullo alio expectato iudicio, immediatè ab ipso Deo esse deponendum; huius sentētiæ est Turrecr. lib. 2. cap. 102. lib. 4. 2. p. à cap. 18. August. de Ancona articul. 5. Palud. de potest. Papæ; Driedo lib. 1. de libertate Christiana cap. 14. Castro 2. de iusta hæret punit. c.
C 22. & 23. Simanc. inst. cathol. cap. 21. Iacob. 7. de Concilijs artic. 1. Salmeron. tom. 12. tractatu 83. Bellarm. de Roman. libr. 2. cap. 30. Ratio illorum est, quia fides est fundamentum Ecclesiæ: ergo Pontificatus, & ordinis totius hirearchici: ergo, &c. Deindè, quia Patres docent neminē, qui fide careat posse habere in Ecclesia iurisdictionē. Deniquè qui non est Christianus non est membrum Ecclesiæ: ergo nequè caput. 2.

Turrec. *Aug. de Ancona.* *Palud.* *Driedo.* *Castro.* *Simanc.* *Iacob.* *Salmer.* *Bellarm.*

D Nihilominùs contraria magis placet Doctoribus recētioribus, qui volunt Pōtificem in eo casu non deponi à Deo, nisi præeūte iudicio, & pronunciata sententia Concilij generalis de 3.

Caiet. Sot. Cano. Corduba. Bañes. Soar. Torres.

de crimine hæresis per Pontificē admisso. Ita Caiet.c.18.& 19. de authoritate Papę. Sot.in 4.dist.22.q.2.ar.2. Cano.4.de locis,c.vlt.ad 12. Corduba lib.4.q.11.Banhes in 22.ar.1.dub.2.Soar.de fide disp.10.sect.6. Torres de fide disp.15.dub.3. Ratio est,quia talis priuatio est grauissima pęna: ergo vt ipso facto incurratur, necesse est à diuino iure reperiri expressam, tale autē ius de nullo hæretico,multo minus de Papa inuenitur: ergo,&c. Deindè propterius humanū Papa nō potest ipso facto priuari sua dignitate, quia ius vel esset latū ab inferiori, nēpè Cōcilio,vel ab ęquali,nēpè à Papa prędecessore,neuter tñ habet vim coactiuā in Pōtificem,vt per se patet, quia inferior,vel ęqualis allū nō cogit.

4 Dices habere in Ecclesia legē aliquā interpretatiuā iuris diuini super hac materia. Respōdeo tale ius diuinū esse fictitiū,neq;hactenùs à Cōcilijs, vel Pōtificibus esse conditā vllā legē interpretatiuam huius iuris:imò perniciosum esset Ecclesiæ tale ius, quia si Pōtifex hęreticꝰ esset occultꝰ, nesciénte Ecclesia priuatus foret sua potestate, & omnia in Ecclesia essent irrita,q̄ ille faceret;si verò esset manifestꝰ perplexitas nasceretur in Ecclesia,& schisma, quia sine dubio alij dicerent esse, alij non esse hæreticum.

5 Ad rationē primæ sententiæ dico fidē esse Ecclesię primariū fundamētū,quoad iustificationē, & bonorum spiritualiū collationē,nō verò,quoad potestatē,& iurisdictionē;nam in necessitate potest hæreticꝰ sacerdos absoluere,vt omnes cōcedūt, cū tamen potestas ordinis præstātior sit potestate iurisdictionis.Hìc etiā Patres loquūtur de indignitate radicali hæreticorū,quia merentur priuari omni iurisdictione spirituali, vel etiam agunt de priuatis Episcopis, supposito iure Ecclesiastico. Denique concedo Papam hæreticum non esse membrum Ecclesiæ,neque caput quoad substātiam, & formam, esse tamen quoad officium, & influxum, quod facere posset,etiāsi esset æneum,quia Christus, qui est caput principale influēs, mortuo quoque vti potest instrumēto ad influendum.

6 Addendum est pro huius doctrinę complemento Pontificē propter nullum alium crimen deponi posse. Cōstat ex cap. *Si Papa*.dist.40.c.*Electionē* dist.79.cap.*Oues*.2.q.7. & c.*Nemo*, c. *Aliorum*,cap.*Cuncta*.9.q.3.Caietan.in opuscul.de auctoritate Pap.p.2.c.27. Turrecrem.lib.2.à cap.98.D.Anton. 3.p.tit.22. c.4.§.3. Augustin. de Ancona q.5.Iacob. lib.9.de Concil. art. 12. Turrian. libr. de Papa, & Concil. Pighius lib.6.c.14.& 15.Cordub.lib. 4. q.6. Bellarm. c.26. Soar.citatus,& Torres suprà. Ratio est,quia daretur occasio multorum schismatū, & perturbationū in Ecclesia,si propter alia crimina iudicari,& deponi posset Sūmus Pōtifex:facilè enim excogitarētur flagitia ab inimicis, & calūniatoribus,quod in hæresi nō ita facile est, cum sit crimen determinatū,& per se adeò notum, in quo etiam est maior ratio, vt excludat à dignitate pōtificia,quia excludit ab Ecclesia,& ineptum reddit hominē ad eam gubernādam magis, quam reliqua flagitia.

C. Si Papa. C. Electionem. C. Oues. C. Nemo. C. Cūcta. Caiet. Turrecr. Antonin. Ancona. Iacob. Turrian. Pighius. Cordub. Bellarm. Soar. Torres.

7 Marsilius de Padua,& alij contendunt Pontificem posse puniri à Principe sæculari,si non rectè officio suo fungatur, Nilus à Concilio Episcoporum,& huic opinioni subscribunt nonnul-

Marsil. Nilus.

L

nonnulli Canonistæ nostri Catholici, cum glossa ad caput *Si Papa*. dist. 4. & cum Abbat. ad caput *Significasti*, de electione; reliqui nostræ ætatis hęretici vtrunque errorem amplectuntur. Horum tamen omnium argumẽta, & leuia fundamenta dissoluunt Turrecremat. & Bellarmin. suprà citati. Et expositis fundamentis, pro nostra veraquè sententia facilè euertuntur: nam cum eo ipso constet Pōtificem Romanũ principẽ esse Ecclesiæ totius, nullam proindè in terris supra se potest recognoscere potestatẽ, vt de Ecclesiastica patet, & de sæculari conuincitur. De prima probat text. in cap. *Solita*, de maiorit. & obedient. & in cap. *Duo sunt*. 99. distinct. De secunda Nicolaus Papa in cap. *Patet*, ibi. *Apostolicæ sedis iudicium à nemine fore tractandum*. Innocent. in cap. *Nemo*, ibi, *Nemo iudicabit primam sedem*, Simancas in capite *Aliorum*, Gelasius in cap. *Cuncta per mundum*. ibi, *Ne cuiquam de eius liceat iudicare iudicio*. 9. q. 7. Bonif. martyr in cap. *Si Papa*, ibi, *Cunctos iudicaturus, à nemine est iudicandus*. 40. dist. idemque ex professo docent Innocent. 3. in dict. cap. *Solita*, Bonifacius. 8. in Extrauag. *Vnam sanctam*. eod. tit. de maior. & ob.

(Glossa. Abbas. Turrecr. Bellarm. C. Solita Cap. Duo sunt. C. Patet C. Nemo Simanc. C. Cuncta C. Si Papa. Innoc. 3. Bonif. 8.)

8 Neque inter alia argumẽta aduersus hãc veritatẽ ab hæreticis cõfecta, quæ elegãter soluunt supracitati auctores obstant nonnulla iura, quibus Sũmi Pontifices imperatoribus potestatem concedunt sedẽ Apostolicã ordinandi, & Romanum Pontificem eligẽdi, illorumq; subeũdi iudiciũ, vt de Adriano, & Leone 8. legitur in c. *Adrianus*, & in cap. *In synodo*. 63. dist. & de Leone 4. in c. *Nos si incõpetenter*. 2. q. 7. quia respondeo, Adrianum, & Leonem, propter varia schismata, quę tunc erant, & frequentes quibus Ecclesia Romana vexabatur hostes solum cõcessisse Imperatoribus, vt electionem noui Pōtificis confirmarẽt, vel infirmarent & ipsam Ecclesiã tãtum, quoad temporalem principatũ regerent, quæ priuilegia posteà illis causis cessantibus fuerunt reuocata. Leonẽ verò in d. cap. *Nos si incõpetenter*, vltra intellectũ, Abb. in cap. *At si clerici*, in princip. n. 25. de Iudicijs, quẽ sequitur Decius in cap. *Cũ venissent*. n. 5. eod. tit. asserentis procedere de humilitate, & honestate: dicendũ est, non iudicio coactiuo Imperatoris, de quo tantùm loquimur, sed solum discretiuo se cõmisisse, vt ex ipso textu apertè colligitur, quod nullũ est incõueniẽs, quemadmodũ alias principes omnes suis legibus, non coactiuè, sed discretiuè tantũ obligãtur, vt notant cõmuniter scribentes in l. *Princeps*. ff. de legib. & apud nos in c. 1. de probationib. Neq; deindè facit in cõtrariũ, quod SũmusPontifex in foro cõsciẽtię verè confessario suo subijcitur, vt clarum est, quia respondeo cum Bellarm. vbi proximè, id procedere, quia confessarius merum est instrumentũ Dei, ita vt magis Deus per hominẽ, quam ipse homo iudicare videatur. Neque tandem vrget Romanũ Pontificem hæreticum ab Ecclesia iudicari, vt suprà dicimus, & deponi posse, vt videtur probare text. in d. cap. *Si Papa*, ibi, *à nemine est iudicandus, nisi deprehendatur à fide deuius*. 40. distinct. habeturque in 8. synodo, vbi Honorius ob hęresim fuit depositus, licet enim argumentum hoc facilè elidi posset tenendo cum Pighio de Ecclesiastic. Hierarch. libr. 4. cap. 8.

(C. Adrianus. C. In synodo. C. Nos si. Abb. Decius. L. Princeps. Cap. 1. Bellarm. C. Si Papa. 8. synod. Pighius.)

Sum

Summum Pontificē hæreticum esse non posse; quę sententia est valdè probabilis, de qua infrà disputabimus; nihilominùs tamen sequendo Bellarm. & aliorū sententiā, facili negotio respōdetur, Papam hæreticum manifestum statim per se desinere esse Papam, & caput Ecclesiæ, quia cum etiā statim per hæresim, desinat quoque esse Christianus, & membrū Ecclesię vnione interna, non potest eiusdem esse caput, aut aliquā habere potestatem, seu iurisdictionē, quam mox per hæresim amittit, vt in specie probat Cyprianus in cap. *Nouatianus*. vers. final. 7. q. 1. cap. *Audiuimus*. 24. q. 1. ac proindè, tanquam omni potestate, & authoritate priuatū, imò tanquā non Pontificem posse ab Ecclesia puniri, & iudicari, in quo sensu prædictum textum procedere affirmat, & interpretatur Bellarm. d. lib. 2. c. 30. Respōdeo tamen prædictum textū esse intelligendū, vt in eo casu, quando Pōtifex est hæreticus manifestus, precēte iudicio, sententia Concilij generalis de crimine hæresis per Pontificem admisso, pronuncietur, & ita sunt intelligenda illa verba tex. ibi. *A nemine est iudicandus*: vnde alij dicunt, quod cum Concilium generale sit ad hoc ipsius Pontificis auctoritate congregatum, semper manet verum, quod prima sedes non iudicatur, nisi à se ipsa. quæ expositio placet præstantissimis Theologis illam exemplis confirmantibus. Limita tamen hoc non posse practicari, si Summus Pontifex non manifestus, sed occultus tantum fuerit hæreticus, quia cum hæreticus occultus adhùc non sit extra Ecclesiam, vt ex multis comprobat Cano de locis, lib. 4. cap. 2. non proindè desinit esse Papa, nec etiam ab Ecclesia poterit iudicari. Quomodo in perpetua amentia deponendus sit, & in dubio de electione, vide citatos Doctores, præcipuè Turrecrem. Caietan. Pighium, & Soarium.

Bellarm. — *C. Nouatianus.* — *C. Audiuimus.* — *Bellarm.* — *Cano.* — A — *Turrecr.* *Caietan.* *Pigh.* *Soar.*

9 Ex quibus iam pendet resolutio illius arduæ, & cōtrouersæ quæstionis, quam tempore Concilij Pisani, cum duo Pontifices essent in schismate Florentiæ habitam esse meminit D. Anton. 3. p. summæ histor. tit. 22. c. 5. §. 2. Vtrùm videlicèt Papa sit super Concilium, an è conuerso Conciliū supra Pontificem existat? Cum enim ex dictis constet Romanum Pontificem primariam in Ecclesia repetere auctoritatem, ita vt à nemine in terris possit iudicari, nec vllum supra se recognoscat superiorem, manifestè cōsequitur, eūdem supra Conciliū esse. Quo fundamento ita hanc sententiā definiuit Concilium Lateranense vltimum sub Leone X. sess. 11. reprobās contrarium decretum edictum in Concilio Basiliensi, satisquè probat Paschalis in capite *Significasti*, vers. *Hoc nimirum*, de electione, expressè Nicolaus I. agens de Concilio, qui noluit iudicare Marcellinum in cap. *Nunc autem*. 21. dist. ex eoq; euidenter ostenditur, quia Romanus Pontifex non solùm Ecclesiarum particularium, sed etiam totius vniuersalis simul congregatę, quæ nihil aliud est, quàm Concilium ab ipso Christo immediatè caput, & Pastor fuit cōstitut⁹ Matth. 16. & Ioānis vltimo. Et tandē facit, quia prouocatio, quę est de minori ad mai⁹, iuxta tx. in c. *Oppressus*. 2. q. 6. & scribētes in Rubrica de Appellationib. semper à Cōcilio ad Pontificem, nunquam autem è conuerso à Pon-

Conc. Pisan. — *D. Ant.* — B — *Conc. Lat.* *Conc. Basilien.* — C — *C. Significasti.* — *C. Nunc autem.* — *Matt. 16* *Ioan. vlt.* — D — *C. Oppressus.* *Rubr. de Appellat.*

à Pontifice ad Concilium licita fuit, vt expressè probat Gelasius agens expressè de Concilijs, vt constat ex fine textus in cap. *Cuncta per mundum* 9.q.3.ibi. *Ad sedem Apostolicam, de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus*, & infrà, ibi *soluendi, quos synodus iniquè damnauerat, habuit facultatem, &c.* Ex quibus omnibus, & multis alijs hanc sententiam ex professo tuentur Pelagius de planctu Ecclesiæ lib. 1. art. 6. Iacob. de Concilijs lib. 10. artic. 7. Thom. Campeg. in tract. de potestat. Pontif. cap. 22. cum sequentib. nostri communiter in dict. cap. *Significasti*, Cou. 4. resol. cap. 16. num. 6. & infiniti Doctores, cum quibus communẽ dicit, & sequitur Bellarmin. tomo. 1. controuersia. 4. libr. 2. de Concilijs ex cap. 14. Ampliantes, vt non solùm procedat in Pontifice inuito, hoc est, nõ solum Conciliũ nõ esse supra Põtificem inuitum, vt docuit Glossa in dicto cap. *Nos si incompetenter*, & in d. capite *In synodo*, verum neque ipsum Pontificem posse se subijcere sentẽtiæ coactiuę Conciliorum, quia cum illius supra omnes potestas sit de iure diuino, vt constat ex dictis, & insuper eiusdem iudicium soli Deo reseruetur, iuxta textum in capite *Aliorum*. 9. q. 3. non poterit Pontifex se Concilio subijciendo, in illo dispensare, aut iudicium superiori reseruatum inferiori committere, iuxta regulam tex. in cap. *Sunt quidam*. 25. q. 1. cap. *Cum inferiori*. de maioritate, & obedient.

C. Cũcta. Pelagius. Iacob. Tho. Cãp. C. Significasti. Cou. Bellarm. Glossa. Cap. In synodo. Cap. Aliorum. Ca. Sunt quidam. Cap. Cum inferiori.

10 Quanuis autem contrariam sententiam asseruerint multi Doctores, Gerson, Almain. & alij in tractatibus de potest. Ecclesiæ, noster Panormit. in d. c. *Significasti*, inter multa fundamenta ex eo potissimũ adducti, quia A Concilium Constant. sess. 4. Basilieñ. sess. 13. videntur definire Concilium esse supra Pontificẽ, nihilominùs tamen ea omnia nihil difficultatis habent, neque auctoritates Conciliorũ quicquã euincunt, quia Constantiẽse procedit solũ in casu schismatis, quãdo ignoratur verus Papa, Basiliense verò in hoc ab Eugenio fuit reprobatũ sess. 8. & à Lateranensi d. sess. 10. vt elegãtẽr explicat Bellarm. cap. vlt. vbi proximè. Nos de Pontifice, quæ B dicta sunt pro modo nostro sufficere iudicamus, & ad ipsius doctrinam, & potestatem festinamus.

Gerson. Almain. Panorm. Conc. Cõstant. Basilieñ. Eugenius Papa. Cõc. Lat. Bellarm.

§. IIII.

Vtrùm Pontifex errare possit?

SVMMARIVM.

1 *Doctrina Pontificis ad fidem, & bonos mores spectat, in rebus fidei, quæ vniuersæ Ecclesiæ authenticè proponit Summus Pontifex, nunquam errare potest.*

C 2 *Pontifex quoad substantiam, & honestatem in præceptis, & regulis, pro vniuersa Ecclesia tradendis errare non potest.*

3 *Opinio illorum, qui dicunt Pontificẽ tanquam personam, & priuatum Doctorem posse errare refertur.*

4 *Licet Pontifex, vt priuata persona posset esse hæreticus, ex eo tamen nullum errandi periculum toti Ecclesiæ imminere conuincitur.*

D 5 *In canonizatione, seu beatificatione sanctorũ infallibile est Põtif. iudiciũ.*

6 *Summus Pontifex in abrogandis legibus nunquam errare potest.*

7 *Authoritas Pontificis in definiendo infallibilis est; in controuersijs facti particu-*

particularibus aliquando falli potest.

8 *In approbandis religionibus, certum, & infallibile est Pontificis iudicium.*

9 *Concilium generale, quatenùs approbatum à Pontifice, regula infallibilis est in doctrina fidei, & morum.*

10 *Obiectiones, quibus probari videtur Pontificem in approbatione religionum errare posse eliduntur.*

11 *Errores, qui falsò ab aduersarijs hæreticis, Hierarchiæ ecclesiasticæ præsidibus adscribuntur in iure nostro expressi vendicantur.*

12 *Intellectus capitis à quodam Iudæo de consecratione dist. 4. & excusatur Nicolaus Primus, & alij Pontifices, qui falsò reprehenduntur.*

13 *Pontifex in definiendis rebus fidei, & morum, non tenetur ad hoc præcise Concilium, aut Patres consulere.*

1 DOctrina Põtificis, vel potest ad fidem, vel ad bonos mores spectare; quod attinet ad res fidei dico cum Doctoribus Catholicis communiter Pontificem errare non posse quando aliquid vniuersæ Ecclesię authenticè proponit, vt credendum fide diuina. Patet, quia Ecclesia est infallibilis in credẽdo: ergo illius magister debet esse infallibilis in docendo, alioquin illam posset decipere. Deindè, quia Pontifices semper in se agnouerunt hanc docendi res fidei infallibilitatem, & Ecclesia ita ab initio recognouit, & in æcumenicis Concilijs, vt constat *Conc. Vië.* ex Viẽnensi in Clementina vnica de *Florent.* summa Trinitate, ex Florentino sess. *Lateran.* 25. ex Lateranensi sub Leone X. necnon in prouincialibus approbatis per Pontificem, vt Mileuitano, Arausicano, Toletanis multis; Carthaginensibus, & Romanis. Denique ex Patrũ consensu, quos videre est apud Canum lib. 5. & 7. de locis, Turrecrema. lib. 2. cap. 109. Vuald. libr. 3. Hosium Cardinalem in confessione fidei, Bellarmin. lib. 3. de Pontifice, Salmeron in 16. Matth. Direct. Inquisit. 2. p. q. 2. & 7. Penham in scholijs ad illas, & Bosium tom. 1. de signis Ecclesiæ lib. 10. cap. 6. *Canus. Turrecr. Vuald. Hosius. Bellarm. Salmer. Direct. Inquisit. Penha. Bosius.*

2 Dico similiter cum communi Doctorum non posse errare Pontificem, quoad substantiam, & honestatem in præceptis, & regulis pro vniuersa Ecclesia tradendis. Sic D. Antoninus 3. p. tom. 12. cap. 8. §. 2. Cano lib. 5. de locis, cap. 5. Molin. de Iust. disp. 325. Bellarm. lib. 4. de Romano Pont. c. 5. Soarez de fide disput. 5. sect. 8. & alij apud ipsos. Ratio est, quia decreta morum includunt doctrinam nõ minus necessariam ad saluté, quam sint aliæ veritates de fide: ergo, &c. Idem etiam apertè testatur Pontifices nostri, Lucius in cap. *Arecta*, Sixtus in cap. *Memor*, Eusebius in cap. *In sede*, Hieronymus in cap. *Hæc est fides*. 24. q. 1. Innocent. 3. in cap. *Maiores*, de Baptismo. *Antonin. Cano. Molin. Bellarm. Soar. C. Arecta. C. Mem. C. In sede. C. Hæc est C. Maiores.*

3 Porrò veritatis hoc, & infallibilis iudicij in rebus fidei, & morum priuilegiũ declarant primò Doctores, solùm competere Romano Põtifici, vt est Hierarchiæ Ecclesiasticæ, & Apostolicæ cathedræ præsidenti; cumque aliquid definire vult à tota Ecclesia recipiendũ. Cæterùm eundem tãquam personam, & priuatum Doctorem cõsideratũ asserunt posse errare, imò in hęresim incidere aliquid pertinaciter contra fidẽ credẽdo, quia imprimis, inquiũt, q̃d in hoc nullo modo violatur diuina illa, de qua suprà Lucæ 22. *Luc. 22.*

Indefectibilis fidei promissio, neq; auctoritates Pōtificū suprà adductę, quę solū loquūtur de Romano Pontif. vt pastore totius Ecclesię aliquid publica auctoritate definiente. Deindè iura apertè supponunt Pontificē posse à fide deuiare, vt in dicto cap. *Si Papa* 40. dist. ibi. *nisi deprehendatur à fide deuius.* & in cap. *Oues.* 2. q. 7. ibi, *Nisi à fide exhorbitauerit*, & expressè Gratianus in cap. *Anastasius.* 49. dist. & in cap. *Dictum.* 1. q. 1. & Nicolaus Papa in cap. *Nunc autem.* 21. dist. referunt Anastasium, Marsillinum hęreticum; multæque aliæ de erroribus Pontificum traduntur historiæ, quæ omnia asserunt Doctores nullo modo posse rectè saluari, nisi dicamus esse intelligendā de Pontifice, vt priuata persona censēte; quanuis autem hęc omnia ita explicata vera sint, & à Doctoribus communiter inculcata; existimo tamen piè, probabiliterq; credi posse Romanum Pontificem etiam vt priuatam personam nullo modo in rebus fidei posse errare, aut in hæresim incidere; quia imprimis id videtur requirere suauis prouidentię Dei dispositio. Nam quomodo, quæso, Romanus Pontifex si fuerit hæreticus definiet, & prædicabit veritatem de fide ab Ecclesia credendam, confirmabitque in ea fratres suos, sicut illi præcepit Dominus Lucæ 22. nisi per quandam violentam Dei potentiam, & quasi miraculum; deindè id etiam postulat Ecclesiæ ordinata gubernatio, quæ nullo modo stare poterit, si concedamus Pontificem posse esse hæreticum, cum enim certum sit hæreticos nullam habere potestatem, aut auctoritatem ecclesiasticam, tanquam diuisos à corpore Ecclesiæ,

C. *Si Papa.* C. *Oues.* *Gratian.* C. *Anastasius.* C. *Dictū.* C. *Nunc autem.* *Luc.* 22.

A vt probat expressè tex. in cap. *Nouatianus.* vers. fin. 7. q. 1. cum multis alijs, iam daremus caput totius ecclesiasticæ Hierarchiæ esse sine vlla potestate, quod quandam videtur implicare contradictionem. Tandemq; probatur ab euentu, quia cum nullus Pontifex adhuc sit hęreticus, vt infrà probabimus, signum est talem esse non posse. Ex quibus fundamentis, ac multis alijs, quæ apud ipsum videri poterunt, hanc sententiam constanter tuetur Pighius de Ecclesiast. Hie-
B rarch. lib. 4. cap. 8. Posteaq; in nostro sensu eandem videtur sequi Bellarm. d. lib. 4. cap. 6. Neque prædicta iura aliquid in contrarium euincunt, textus enim in d. cap. *Si Papa*, & in d. cap. *Oues*, tantùm loquuntur conditionaliter, nihilque affirmant Pontificem posse esse hæreticum; sed solum dicunt illum nō posse iudicari. Et quia certum non est, an possit esse hæreticus, necne? ideò conditionaliter addunt nisi fortè fuerit hæreticus; ni-
C hil tamen in hoc affirmatiuè decidentes. Textus autem in dicto capite *Anastasius*, & in dicto cap. *Dictum*, & quæ ibi Gratianus in Glossa de Anastasio Pōtifice commemorant, nempè fuisse hęreticum, & Aghatium voluisse reuocare, & contra Canonica decreta approbasse sacramenta Baptismi, & Ordinis secundū quæ Achasius contulerat; tandemq; diuino nutu percussum, cū sint Gratiani, nullā in proposito faciunt fidem, imò si veritas historiarū diligenter inspiciatur,
D pace eius dixerim, q̄d falsissima sunt, & penè fabulosa, cum Achatius multis ante annis, tempore Felicis tertij, à quo tertius fuit Anastasius fuerit rebus humanis exemptus, vt latè ex Euagrio

Cap. *Nouatianus.* *Pigh.* *Bellarm.* C. *Si Papa.* C. *Oues.* C. *Anast.* C. *Dictū.* *Gratian.*

Euagr. *Niceph.* *Couas.* *Pigh.* Euagrio, Nicephoro, & alijs obseruat Couas. lib. 4. var. cap. 13. vbi multis alijs hunc errorem Gratiani conuincit, quod ante etiam fecerat Pighius dicto cap. 8. vbi proximè multam aduersus Gratianum excandescens in iram, quod talem de Romano Ecclesiæ præsule fabulam adscripserit. Tandemque text. in d. cap. *Nunc autē.* 21. dist. vbi de Marcellino dicitur idolis sacrificasse non probat illum fuisse hęreticum, quia actu tantum externo ob metum mortis id fecit, vt inquit text. ibidem, ibi, *à paganis adeò compulsus est*, ideòque hæreticus, qui importat errorem intellectus, nullo modo potest censeri, vt optimè in proposito ostendit Bellarm. d. lib. 4. c. 8. Pighius vbi proximè. *C. Nunc autem.* *Bellarm.* *Pigh.* A

4 Addo, quod si teneamus contrariam sententiam, nempè Pontificem, vt priuatum posse esse hęreticū, imò, vt aliqui Doctores opinantur, frustra velle priuatam suam hæresim, alijs etiam obtrudere; ex eo tamen nullū errandi periculum toti Ecclesiæ imminere. nam si hæresis est manifesta contra fidem iam statim Ecclesia cognoscet illum non esse pastorem suū, & per hæresim ab auctoritate decedisse, supposita dicta sententia Concilij Generalis, de crimine per eum admisso, ac subindè eum sequi non teneretur: si verò hæresis non sit manifesta Dei Optimi Maximi fidelitas, qua ex promissione tenetur communem Ecclesiæ errorem impedire, obstabit, quominùs talis Pontifex Ecclesiam obliget ad illud, quod credit recipiendum, vel illum de medio tollendo, vel eius mentem illustrando, vt cum Ioanne 22. fecisse, cū volebat definire animas sanctorum ante diē *Ioan. 22.* B C D

iudicij diuinam essentiam nō intueri, refert eius successor Benedict.*, & latè declarat Valent. dicto puncto 7. §. 41. ad finem. *Bened.* *Valent.*

5 Dico tertiò etiam cum communi errare non posse Pontificem in canonizatione, seu beatificatione Sanctorum, sumitur ex Gregorio in cap. 1. dist. 25. ex Bernard. epistol. 174. ad Lugdunenses, & traditur à S. Thoma quodlib. 9. artic. vltimo, Antonin. & Cano citat; Bellarm. lib. 1. de sanctorum beatitudine, cap. 5. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 6. q. 5. Valent. tom. 3. disp. 1. q. 1. part. 7. §. 40. Vuald. tom. 3. tit. 14. cap. 22. Castro de iusta hæreticorum punitione cap. 6. Anconit. q. 14. Soar. citat. & Torres disput. 16. dubio. 3. Ratio est clara, quia hoc est quædam pars valdè necessaria materiæ moralis pertinens ad cultum, & religionē, essetque intolerabilis error, venerari, adorare, preces fundere, & pro intercessore in cœlo apud Deum adhibere hominem damnatum. Idem dico de Pontifice approbante aliquam religionem, vide Soar. lib. 2. c. 17. tomo 3. de Religione, eundem de fide suprà, & reliquos citatos pro conclusione pręcedente; nec non, S. Thom. opusc. 19. cap. 4. & Bellarm. in lib. de Monachis, quia hoc etiam spectat ad materiam moralem valdè necessariā in Ecclesia, quæ non solùm debet habere certitudinē in præceptis, sed etiam in Concilijs, ac in via perfectionis. Vnde arguendus est Cano lib. 5. c. 5. qui contrarium docere ausus est; licet à S. Thoma id iam notatum esset temeritatis loco proximè citato. *D. Greg.* *Bernar.* *S. Thom.* *D. Ant.* *Cano.* *Bellarm.* *Azor.* *Valent.* *Vuald.* *Castro.* *Anconit.* *Soar.* *Torres.* *Soar.* *S. Thom.* *Bellarm.* *Cano.* *S. Thom.*

6 Dico quartò, Summum Pontificē non posse errare in abrogandis legibus

bus sine iusta causa, quando leges illę necessariæ sunt populo Christiano, quia non potest errare in his, quæ ad fidem, & mores pertinent, vt iam ostendimus; certum enim est Pontificē non posse errare in ferendis legibus approbando, seu proponendo Ecclesiæ, quod malum est, vel bonis moribus contrarium, ita etiam cum eadē proportione non potest errare abrogando legem, reprobando tanquam nudam, quod bonum est, vel bonis moribus vtile; potest tamen aliquando esse excessus in multitudine legū, quia hoc pendet ex prudentia humana in particulari iudicante. Et eadē proportione possent leges nimiū diminui, vel aliquādo abrogari eo tēpore, quo erat vtilis, quia hoc etiam pendet in particulari ex arbitrio prudentiali; nunquam tamen ita prouidente Spiritu Sancto id fiet cum notabili Ecclesiæ detrimento. Soar. de legib. lib. 6. cap. 36. n. 7. idem de fide disput. 5. sect. 7.

Soar.

7 Declarant tamen Doctores infallibilem hanc Romani Pōtificis in definiendo auctoritatem, solùm procedere in quæstionibus iuris vniuersalibus, tam fidei, quàm morum, quæ vel inter ipsos orthodoxos, vel aduersus hæreticos de nouo oriuntur. Secùs autem dicendum esse in controuersijs facti particularibus, quę ex informatione, testimonijsque hominum præcipuè pendent; cum enim hæc sua natura falibilia, & incerta sint ita videtur, quoque in illis Pontificē posse errare, & falli, cum ex illis ad definiendum moueatur, vt satis probat text. in cap. *A nobis*, vers. *Nos igitur*, de sententia excommunicat. vbi Doctores Cou. d. c. 10. n. 12. in eoq; omnes Catholicos conuenire asserit Bellarm. vbi suprà, iuxta quam declarationem videbatur dicendum Summum Pontificem in Canonizatione sanctorum, & religionum approbatione posse errare; cum enim ille testimonijs hominum, & probatione necessariò in his rebus nitatur, falsō & aliquid videtur posse pronunciare. Ex quibus in Canonizatione sanctorum hanc sententiam tenet glossa in cap. 1. de reliq. & vener. sanctor. lib. 6. Felin. in cap. *Venerabili*, de testibus.

C. A nobis. Cou. Bellarm. Gloss. Felinus.

8 Cæterùm hoc non obstante, contrarium omnino tuendum est, & cōstantissimè asserendum, certum quoque esse, & infallibile Pontificis iudicium, tam in canonizandis sanctis, quàm in religionibus approbandis, vt magis cōmuniter omnes ferè Catholici Doctores iure optimo concedunt. Ratioq; huius rei est; nam cum necessariò fatendum sit infallibilem Pontificis auctoritatem nō solum in doctrinæ controuersijs finiendis, sed etiā in ijs omnibus locū habere, quæ ad totius Ecclesiæ spirituale bonum, pietatem, & religionem spectāt, aliàs enim diminuta esset illius auctoritas, neque Ecclesia, quæ est columna, & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3. ab erroribus esset immunis, taliaque sint sanctorum canonizatio, & religionum approbatio, vtpotè quibus vniuersa Ecclesia cogitur aliquē tanquam sanctum venerari, & credere, & insuper aliquem vitę institutum, vt euangelicæ perfectioni consentaneū amplecti, quæ maximè conducunt ad totius Ecclesiæ ædificationem, & spirituale bonum, consequens necessariò est dicere Pōtificem in illis nullo modo errare posse, vt latiùs prosequuntur

1. Tim. 3.

Valent. *Bellarm.* *Couas.* quuntur Valent. & ab eo citati d.pūcto 7.§.41. Bellarm.1.tom. centur.7. generali lib. 1. de Sanctis, cap. 9. & multis, Couas.d.cap.10.nu.13.& suprà citati Doctores.

9 Neque etiam obstat, si dicas Concilium generale esse regulam infallibilem in doctrina fidei, & morum: ergo non est Pontifex; respondeo, Concilium non esse tale, nisi approbatum à Pontifice, & ideò Pontifex est huiusmodi regula, modò per se solus, modò per Doctores suos, simul cum sua approbatione docens. Nec tandem aduersus hanc veritatem, vt suprà obiecim⁹, imprimis aliquod est incōueniens, testimonia illa, quæ pro alicuius hominis sanctitate afferuntur esse humana, ideòque natura sua fallibilia, posito enim, quod Pontifex illis tandem inducatur ad pronunciādum quempiam sanctum esse, atque beatum, certa fide credendum est, illa vera esse, hominemque illum in beatorum numero posse collocari. Neque deindè obstat religiones aliquas priùs approbatas, postmodum improbatas, & explosas esse, vt patet ex capite vnico de religios.domib.lib.6. & in Extrauag. *Sancta Romana*, eod. tit. Ioan.22. quod maximum signum est nō omnino infallibile esse illud, quod Pontifex in illis approbandis determinat; ad perfectam enim huius rei cognitionem distinguendum est; vnū esse Pontificem institutum aliquod vitę, tanquā bonum approbare, quod in ipsius iudicio, & definitione positū est; alterum verò tali vitæ instituto suum locum tanquam religioni tali tempore, & circunstantijs in Ecclesia concedere, quod ad quandam Pontificis prudentiam in gubernando spe-

C.Vnicū. Extrau. Sancta. Ioan.22.

ctat; licet autem cum Valentia, vbi *Valent.* A proximè alij etiā refragētur, in vno, & altero concedamus, Pōtificem errare non posse cum vtrunque ad totius Ecclesiæ ædificationem, & bonū pertineat, quia tamen secundum ex personarum, temporum, & rerū circunstantijs, pendet, illæque sæpè mutantur, concedendum est rectè in secundo casu euenire posse, vt quæ religio, prius benè, ac prudenter fuerat approbata, postea item benè, ac prudenter reijciatur, nec proindè ex eo B sequitur in illius approbatione Pontificem aliquando errasse; optimèq; procedunt, & intelliguntur iura suprà citata. Nec tādē in cōtrariū facit loc⁹ *D.Aug.* D.Aug. vbi certitudinem hāc de sanctorum beatitudine videtur improbare, inquiens, *Multorum corpora venerantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.* Facilimè eliditur; nam vltra quam quod, locus iste non sit D. Augustini; illum enim in suis operibus non reperisse, testatur Bellarm. d.cap.9 in fine optimè intelligi C potest cum Couas, vbi proximè, de impiorum corporibus, qui superbissimis sepulchris honorantur in terra, cum tamen eorum animæ in inferno torqueātur, vel aliter, & aliter, vt per Bellarm. & Cou. vbi proximè. Addo *Bellarm.* *Couas.* quod quamuis inter omnes Catholicos certum sit, Pontificem in canonizandis sanctis nō posse errare, sanctumque ab eo canonizatum in cœlo esse, quia tamen inter omnes hoc, nō ex fide certum est, vt opinatur Cano D de locis lib.5.cap.5. Neque ab Eccle- *Cano.* sia hæc doctrina, tanquam ex fide certa tradita sit: ideò si quis negauerit D.Franciscum, v. g. esse in cœlo, non propterà apertè hęreticus reputatur,

tatur, vt enim talis ſit neceſſariũ eſt, quod neget aliquid, quod ſcit, vel ſcire debet eſſe contra ſententiam ab Eccleſia traditam, tanquam de fide, ſine vlla apud Orthodoxos controuerſia, quod in propoſito non continget, eſſet tamen temerarius, & ſcãdaloſus, vt vtrunque eleganter comprobat Cano d. cap. 5. vbi ſuprà, & proſequitur Valentia dicto loco. *Cano.*

10 Supereſt tandem, vt pro abſoluta, & perfecta huius materiæ veritate, & cognitione, infallibiliq; Summi Pontificis iudicio aliquos errores vendicemus, qui falsò ab aduerſarijs hæreticis Hierarchiæ Eccleſiaſticæ præſidibus adſcribuntur, & quanquã hunc articulum omnes Pontifices ex Diuo Petro percurrens latiſsimè, & elegãter præſtiterit Bellarmin. dicto lib. 4. de Romano Pontifice ex cap. 8. cum ſequentibus, Pighius d. lib. 4. cap. etiã 8. Cano de locis Theolog. lib. 6. cap. vltimo, & alij, vbi latè videri poterũt; nos tamen cum Valentia dicto §. 41. de his ſolùm agemus, quæ in noſtro iure reperiuntur expreſſa. Primò igitur Magdeburgenſes centur. centuria. 5. cap. 10. arguunt Innocentium Primum, quod in cap. *Arrianos*, prima quæſtione prima, ſcripſerit, ratũ quidem eſſe Arrianorum baptiſmum, ſed non conferri per eos Spiritum Sanctum, ſicque videtur velle efficaciam ſacri baptiſmi pẽdere à bonitate miniſtri, contra Eccleſiæ communem doctrinam. Cæterùm reſpõdetur Innocentium eo loci agere, & loqui, vt ijs qui baptizantur, vel ordinantur ab hæreticis, cum ſint ipſi etiam hæretici; huiuſmodi enim verè recipiunt ſacramentum baptiſmi, vel ordinationis, ſed non recipiunt Spiritus Sancti *Bellarm. Pighius. Cano. Valent. C. Arianos.*

A gratiam, quæ in hæreticis eſſe non poteſt, vt rectè intellexit gloſſ. ibidẽ, & eam ſequutus Bellarmin. d. libr. 4. cap. 20. verſic. ad 2. Secundò, ijdem Magdeburgẽſes centur. 8. cap. 10. accuſan Gregor. 3. qui in cap. *Quod propoſuiſti*. 32. q. 7. permiſit viro ducere aliam vxorem, ſimiliter infirmitate correpta, debitum ei coniugale reddere non valeret; & ſic matrimonia fidelium ob iſtã cauſam diſſolui poſſe, contra doctrinam Euangelij, de qua in cap. *Ex publico*, de conuerſ. cõiug. vt etiam ibidem Gratian. adnotauit. *Gloſſa. Bellarm. Ca. Quod propoſ.*

B Sed licet hic textus varios patiatur intellectus, vt per gloſſ. verbo *Iunioris*, in cap. *de libellis*. 20. diſt. Cano de locis Theolog. lib. 6. ca. 8. aſſerentium agere de arcta, cum qua nullum fuit matrimonium, cap. *Fraternitatis*, de frigid. & malef. & de matrimonijs infidelium, cum intelligat Ledeſm. 2. quarti, q. 19. concluſ. 4. Cum qua opinione conueniunt Soto in 4. diſt. 33. q. 1. art. 2. in fine, Menoch. de *C. Ex publico. Gratian. Gloſſa. Cano. Ledeſma. Soto. Menoch.*

C arbitr. l. 2. centuria. 5. caſu. 420. n. 95. Bellarm. lib. 1. de matrimonio c. 11. in fine, & lib. 4. de Pontifice cap. 12. col. 1. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 80. n. 16. verſ. ad quintum, qui dicũt priorem non fuiſſe legitimam vxorem ob impedimentum perpetuum, idq; ſolum declaraſſe Pontificem; etſi obijciatur non videri iudicare prius matrimonium nullum, cum dicat nõ debere vxrũ à priori vxore debitũ ſubſidium auferre, reſpondent cum gloſſa verb. *Nubat*, intelligi de dote reſtituenda: *Bellarm. Sanch. Gloſſa.*

D aut ſi de alio ſubſidio accipiatur eſſe concilium. Verius videtur, vel dicere cum gloſſa ad verbum *inane*, in cap. *Siquis ſuprà*, eadẽ diſt. Couas. de ſponſalib. 2. p. cap. 7. §. 3. n. 5. Pontificem *Gloſſa. Couas.*

ficem non approbare secundum matrimonium, sed agere tãtùm de quadam comparatiua permisione; hoc est, minoris mali ad vitandum maius, quod poterat occurrere, idque ex eo, quia Angli, quibus ea permissio facta fuerat, recentes adhuc erant in fide, nec ab his secundis nuptijs abstrahi poterant absque graui metu, quòd à fide recederent; ideòque illa permissio etsi fuerit peccati, pro illo tẽpore iusta fuit, vt profitetur idẽ Gregor. in cap. *Quadã lex*. 3. q. 2. vel morbum illum superuenisse post matrimonium tantùm ratum, nec dùm cõsummatum; quo casu rectè Pontifex ex modo adductis, poterat per dispẽsationem matrimonium illud dissoluere, alijq; nubendi licentiã tribuere, iuxta receptam nostrorum sententiã cum gloss. in cap. *Ex publico*, de conuers. coniugat. vbi cæteri scribentes.

C. *Quadã lex*.

Cap. *Ex publico*. 11

Tertiò nonnulli reprehendunt Nicolaum primum; quia, vt refertur in cap. *à quodam Iudæo*, de consecr. dist. 4. asserit non esse illum rebaptizandum, qui in nomine Christi tantùm fuerit baptizatus; de quo principalis quæstio erat; cum contratium; imò baptismum non esse ratum in nomine Christi expressum sit à Pelagio in cap. *Multi*, Zachar. in cap. *In synodo*, & sæpè alibi eadem dist. Verum quicquid sit de ea quæstione, vtrùm valeat baptismus in nomine Christi? de qua modò disputare non vacat, & latè tradit Vuald. in Candelabr. tit. de baptismo n. 32. Dicendum est Nicolaum in eo textu solùm definiuisse non esse illum rebaptizandum, proptereà quòd fuit à quodã Iudæo baptizatus, de quo principalis quæstio erat; valere autem baptismum in nomine Christi obiter ipse ex opinione sua nihil in hoc definiendo adiunxit, sequutus in hoc, vt ipse ibidem ait, Ambrosij sententiam lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3. quam quidem, etsi concedamus falsam esse, quod negat Vuald. vbi suprà cum glossa ibi, hæretica tamen non est, cum nulla in hac re inueniatur certa Ecclesię traditio. Et text. in d. cap. *Multi*, & in d. cap. *In synodo*, præter quamquòd sint valdè suspecti, nullamq; habeant auctoritatem, vt optimè comprobat Bellarm. explicans hunc textum d. lib. 4. cap. 12. solùm definiunt non esse ratum baptismum sine inuocatione triũ diuinarum personarum, nec tamen declarant, vtrùm implicitè, an verò explicitè debeant nominari? sicque proindè videtur sufficere, iuxta sententiam Ambrosij, & Nicolai, hìc implicita in vno tantum Christi nomine omnium aliarum personarum facta nominatio, vt illos Canones D. Bernard. & Hugo de sancto Victor. intellexere. Quartus est Cælestinus 3. quem Alphonsus de Castro lib. 1. de hæresi cap. 4. affirmat non posse ab hæresi excusari, quòd senserit matrimonium dissolui inter fideles, si alter coniugum labatur in hæresim, eiusque decretum dicit extitisse in antiquis decretalibus sub cap. *Laudabilem*. de conuersione infidel. cuius tamen contrarium definit Innocent. in cap. *Quanto* de diuortijs, inferens prædecessorem suum aliter sensisse, quod gloss. ibidem de Cælestino 3. intellexit, & posteà idem statuit Trident. sess. 24. canon. 5. Cæterùm his non obstantibus respondendum est, quod si Cęlestinus hoc sensit (de quo tamen dubitamus, cum in dicto cap. *Lauda-*

C. *à quodam Iud.*

C. *Multi* C. *In synodo*.

Vuald.

A *Ambros.*

Gloss.

C. *Multi* C. *In synod.*

B *Bellarm.*

Ambr. *Nicol.*

D. Bern. *Hugo.*

C *Celest. 3.* *Castro.*

C. *Laudabilem*.

D *Gloss.* *Trident.*

Laudabilem nihil tale reperiatur, & de diuersa quæstione Pontifex ibi fuerit interrogatus) illud non definiuisse, sed ex priuata sua opinione obiter existimasse, dum adhuc res non esset in Ecclesia decisa, sed tantùm in opinione posita, vt satis indicant verba illa Innocentij in d. cap. *Quanto*, ibi, *licet quidam prædecessor noster aliter sensisse videatur*. Ex quibus colligitur vsque ad illa tempora rem fuisse in Ecclesia controuersam, & in opinionibus positam. Quintò Alex. 3. accusatur, quod in cap. *Cum esses* de testament. scripserit à diuina lege sanctorum Patrum institutis, & generali Ecclesiæ consuetudine esse alienum, vt testamenta non valeant, nisi septem testibus adhibitis, cũ tamẽ hoc positũ sit in praxi toti' orbis Christiani. Respõdetur autem Alexandrum ibi per eas rationes non voluisse improbare leges humanas septem testes in testamentis requirentes, quæ aliàs in suo foro iustissimæ sunt, sed tantùm consuetudinem illam, quæ in Hostiensi Episcopatu, & sic in terra subiecta Ecclesiæ, vbi ius Canonicum erat obseruandum aduersus generales regulas sanctorum, Canonum, & Romanæ Ecclesiæ consuetudinem generalem introduxerat, vt leges ciuiles seruarentur, vt patet ibi, *Scriptam consuetudinem improbamus*; dum autẽ textus ille sentit prædictas leges ciuiles esse alienas à lege diuina, *in ore duorum, vel trium, &c.* De qua Matthæi. 18. & refertur in cap. *Nouit*, de Iudicijs; sicquè eas omnes nullas esse, cum nulla lex humana contra diuinam valere poßit, ex regul. cap. *Sũt quidam*. 25. q. 1. Quod tamen videtur absurdum; dicendum est eam legem

Alex. 3. C. Cum esses.

Mat. 18. C. Nouit.

Ca. Sunt quidam.

non esse diuinam, cum sit iudicialis. A Deut. 17. quæ iam expirauit. neque tanquam talem à Põtifice hic adductam, sed potiùs esse Canonicam, & à Pontificibus approbatam, quæ nihil legibus ciuilibus in suo foro derogat. Vndè dum Pontifex illam ad cõprobandam consuetudine expendit, vult dicere, propterea consuetudinẽ non esse seruandam, quia est aliena à lege diuina per sanctorum Patrũ decreta, & generalem Ecclesię consuetudinem recepta. Sextò, idem Alexander tertius erroris arguitur, quod B dum in cap *Licet*, de sponsalib. duorũ definierit matrimonium de præsenti non irritari per secundum cũ copula consummatum; addit ita esse tenendũ; licet prædecessores sui aliter iudicauerint, cum tamen illud, quod Alexander statuit Romanã sedẽ tenuisse, asserat Innocent. in cap. vlt. eod. tit. neque contrarium vnquam cõtra legem diuinam potuerit iudicare. Sed omisso intellectu Valentiæ dicto pũcto. 7. §. 41. ad finem; nempè quod C Pontifex loquatur, per quãdam exagerationem; respondetur Pontifices Alexandri prædecessores nunquam definiuisse matrimonium primũ ratũ dissolui per secundum consummatũ, sed solum prætextu cõsuetudinis, de qua in dicto cap. vltimo, aliquando permisisse permanere secunda matrimonia contracta, & cõsummata post primum de præsenti, idquè dispẽsando in vinculo prioris matrimonij rati, vt rectè ex causa facere possunt. D Et quia Alexandro huiusmodi consuetudo diuturna, & veluti à quibusdam Pontificibus approbata obijciebatur; ideò, vt videtur innuere Gloss. vltim. ibi dixit, *Quamuis aliter à quibusdam*

Deut. 17.

Alex. 3. C. Licet.

Innocēt. Cap. vlt.

Valent.

Glossa.

busdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum. Septimò, Innocentio tertio obijcitur, quod in capite *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi docuerit legem veterem non dum esse abrogatam, adducens enim quādam auctoritatē Deuteron. ad cōfirmandū decisiones quæstionū de fide ad Pontificē pertinere. Sanè, ait, cum Deut. l. 2. interpretetur ex vi vocabuli, cōprobatur, vt quod ibi decernitur in nouo testamēto debeat obseruari, quod quidē planè pugnat cū veritate catholica, & ijs, quæ notantur in cap. *Translato*, de Cōstitut. Cæterùm facilimo negotio responderetur, Pontificē non voluisse Deuteronom. hodiè debere seruari ad literam, tanquam legem obligantem, sed eatenùs tantum, quatenùs, quæ in eo dicebantur, figuræ erant eorum, quæ hodiè in lege Gratiæ fieri præscribuntur. Vnde dum inquit Deuteronomium secundùm legē interpretari, & quod ibi decernitur in nouo testamento seruari deberi, ex eo procedit, quia cum contineret multa ad legem nouam figuratè pertinentia, quodammodo quasi in sua prototypo seruatur, vt eleganter declarat Bellarmin. & Valentia vbi proximè.

Innoc. 3. Cap. Per venerab.

C. Translato.

Bellarm. Valent.

12 Vltimò tandem Nicolaus quartus reprehēditur, quod in cap. *Exijt*, de verborum significat. libr. 6. definierit Christum perfectam paupertatem, quæ consistit in abdicatione rerum, tam in particulari, quàm in communi exemplo, & verbo docuisse; cum tamen Ioannes 22. in Extrauagant. *Cum inter nonnullos*, eodem titulo, expresè declarauerit hæreticum esse dicere Christum talem paupertatem verbo, aut exemplo docuisse. Sed relictis ijs, quæ Turrecremat. libro 2. Summ. cap. 112. in conciliandis his Pontificibus conatur adducere, dicendum est, Nicolaum non voluisse dicere Christum omnino nunquam habuisse proprium, nec in particulari, nec in communi, quod solum tanquam hæreticum, meritò damnat Ioann. 22. cum ex Ioāne 13. expressè appareat, eum habuisse loculos, ex quibus in communi cum discipulis viuebat, sed tantum Nicolaus dicit, quod aliquando perfectißimam illā paupertatem verbo, & exemplo docuit abdicando se in communi, & in particulari à proprietate aliquarū rerum, vt suam ipse Nicolaus sententiam satis declarat, & posteà Bellarm. d. cap. 14. Valent. d. §. 41. dictis locis, vbi multos alios errores, quæ Pontificibus ab hæreticis obijciuntur, eleganter ab eorum mendacijs, & cauillationibus vendicant.

Nicol. 4 C. Exijt.

Ioan. 22. Extrau. Cū inter.

Turrecr.

Ioan. 13.

Bellarm. Valent.

Deindè ampliant Doctores vsque adeò Romani Pontificis iudicium in definiendis rebus fidei, & morum certum esse, vt ad hoc non teneatur precisè Concilium, aut Patres consulere, aliamvè diligentiam, aut studium necessariò præmittere. Ratio huius rei ea est, quia cum Spiritus Sancti aßistentia, perpetuaq; in docendo veritas ei soli promissa sit: *Ego rogaui pro te, &c.* vt suprà demonstrauimus, neque consultatio, aut alia diligentia ab eo exigatur, necessariò dicendum est illum solum veritatē infallibiliter posse statuere. Accedit, quia aliàs magna esset in Ecclesia perturbatio, neque fideles possent certificari, Vtrùm ea, quæ Pontifex definit vera sint, & ritè definita, cum nulla ratione poßit constare, an suf- 13

M ficien-

ficientem adhibuisset diligētiam, vel omnes ritè in Concilium vocasset. A Ex quibus, & alijs fundamentis hanc declarationem communiter amplectuntur Doctores cum Diuo Thoma lib. 4. contra gentes cap. 76. Caetan. de potestate Papæ cap. 9. Hosius lib. 2. contra Bruntium, traditur à Diuo Augustino sermone 4. de D. Petro. Quamuis autem prædicta diligentia, & studium necessarium non sit ad veritatem omninò, & infallibiliter statuendam, nihilominùs tamen, vt rectè, & conuenienter Pontifex hac potestate vtatur diligentiam necessariò B tenetur præmittere ad veritatem inueniendam, aliàs secūdum prædictos Doctores mortaliter peccabit; licet enim certitudo sua ab hac diligentia absolutè non dependeat; occasionem tamen præbet reliquis fidelibus illius decreta contemnendi, tanquam ab homine leui absque consilio inculcata; in quo ratio peccati cōsistit. Quod siquis tenere velit omninò necessariam esse diligentiam, & studium Pōtifici, vt non solùm absque culpa, sed C etiam absolutè, & verè definiat (quod nos non admittimus cum Soario de fide disp. 5. sect. 8. per totam) dicendū est nunquam fieri posse, vt illo debitam diligentiam prętermittat, repugnante Christi promissione, qua illum nunquam à veritate aberrare promisit, vt exemplo prædestinati, qui non solùm beatitudinē nequit amittere; sed nec etiam ea potest omittere, quę ei necessaria sunt ad illam consequēdam, notauit Cano de locis Theolog. D lib. 5. cap. 5.

S. Thom. Caet. Hosius. D. Aug. Soar. Cano.

§. V.

Quid possit Summus Pontifex, & in quos?

SVMMARIVM.

1 *Qualis sit potestas suprema Pontificis, & circa quæ versatur.*

2 *Summus Pontifex habet supremam potestatem legislatiuam circa successionem, & electionem pontificatus.*

3 *Summus Pontifex de plenitudine potestatis potest per se eligere successorem.*

4 *Ad fundamenta opposita sententiæ respondetur.*

5 *Præter supremam in spiritualibus potestatem, quam directè, & principaliter habet Summus Pontifex, supremam quoque in temporalibus minus principaliter, & indirectè obtinet.*

6 *In quos habeat Summus Pontifex potestatem.*

7 *Christiani Reges omnes gloriantur, hoc nomine, & Christianissimi alij, alij Catholici cognomento delectantur, qui omnes Reges, principesq́ sæculares Christiani, sunt Pontifici Romano spiritualiter subiecti.*

8 *Potestas regia, siue persona regum, vt reges sunt Pontifici Romano subijciuntur.*

9 *Summi Pontifex ratione spiritualis potestatis, quam in reges habet, potest illos dirigire, punire, & regno priuare, si hoc expediat.*

10 *Auctores Galli hanc sententiam confirmantes recitantur.*

11 *Hispani auctores in eiusdem rei confirmationem connumerantur.*

12 *Germani etiam annectuntur.*

13 *Concilia, quæ hanc veritatem docuerunt, afferuntur.*

14 *Antiqua Ecclesia praxi, & innumeris exemplis eadem veritas stabilitur.*

Potestas

1. POtestas Pontificis versatur in multis materijs; habet enim supremam potestatem iurisdictionis in foro sacramentali, de qua tractari solet à Theologis in materia de pænitẽtia. Habet etiam supremam iurisdictionem legislatiuam in foro externo ecclesiastico, de qua agunt Theologi in materia de legibus, de voto, de iuramẽto, vt dispensatiua est; vt coactiua in censuris, vt distributiua indulgentiarum, in proprijs tractatibus. Ex huiusmodi locis peti debent, quæ ad primam partem tituli, §. huius spectant, est enim per se patens habere Pontificem supremam potestatem in foro sacramentali. *Quodcunque ligaueris super terram, &c.* Item in foro externo spirituali, & ecclesiastico legislatiuã, siue directiuam, coactiuam, dispensatiuam, quæ pertinent omnia ad perfectũ pastoris munus. *Pasce oues meas.*

2. Duo tamen circa supremam potestatem Summi Pontificis legislatiuam hìc agendum duxi; nam de alijs latissimè tractari solet à Doctoribus in peculiari cuiuslibet materiæ tractatu, vt suprà diximus. Primum est circa successionem, & electionem in supremo illo gradu Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Secundum est circa designationem successoris Romani illius pontificatus. Quod attinet ad primum, dico; Cum ratio, & modus succedendi in supremo pontificatu ad gubernationem totius Ecclesiæ, illiusque conseruationem, maximè spectet, illi plenam in hoc concedere debemus potestatem, cui totius Ecclesiæ iurisdictio, & regimen à Christo Domino fuit concessum; sed vnus, idemque Romanus Pontifex totius Ecclesiasticæ Hierarchię caput, & fundamentum ab eo fuit constitutum, & penes eundem suprema ecclesiastica potestas collata: ergo ad illum prædictum ius, & potestas necessariò pertinere debet. Accedit, quia passim in nostro iure videmus plura Pontificum decreta circa successionem, & electionem Romani Pontificis modum præscribentia, vt constat ex cap. *Licet de vitanda* de electione, cap. *Vbi periculum* eodẽ titul. cum multis alijs ibidem, quæ satis apertè demonstrant supremam in hoc potestatem eisdem necessariò competere; cum enim ex modò dictis constet supremam circa hoc potestatem soli Romano Pontifici competere, necessariò consequitur eam tantùm formam in hoc esse obseruandam, quam Pontifex ipse præscripserit, neque ius eligendi alijs prę ter illos, quos Pontifex statuerit, posse conuenire. Neque in contrarium faciunt plura iuris decreta, quæ electionem Prælatorum, ac etiã Sũmi Pontificis, tanquam Romani Episcopi ad vicinos Episcopos, Clerum, & populum pertinere statuunt, vt in in capite 1. 23. dist. & in cap. *Nulla*, cum sequenti. 62. dist. de quibus iam suprà diximus: nam respondetur nihil aliud concludere, quam ius illud ex Constitutione Pontificum eo tẽpore ad illos spectasse. Cæterum ex Pontificum etiam constitutionibus, posteà perijsse, qui pro temporum diuersitate alios, atque alios modos possunt instituere. Inter quos modos ille potior censendus est, & seruari debet, qui à Summis Pontificibus nouissimè fuerit præscriptus, prout hodiè in Romana Ec-

C. Licet. Cap. Vbi periculũ. Cap. 1. C. Nulla

M 2 clesia

clesia obseruatur ille, quem Pontifices statuerunt, nempè, vt ille Pontifex creetur, qui à duabus partibus Cardinalium (qui ad hoc legitimi sũt electores designati) fuerit electus, vt constat ex decreto Alexandri tertij in dicto cap. *Licet de vitanda*, de electione.

C. Licet.

3 In eo tamen inter Doctores est controuersia. Vtrùm virtute prædictæ potestatis possit Pontifex per se eligere successorem, quod est nostrũ secundum punctũm? In qua quæstione, licet negatiuam partem tueatur Turrecremata libro 2. summ. cap. 51. cum Glossa in capite *Cum Apostolica*. §. *Qui in omnibus*. 8. quæstione prima, quam sequuntur Archidiacon. in capite *Si transitus*. 79. distinction. Ioannes Andreas, & Abb. in dict. capite *Licet*, numero secundo, vbi dicit communem ex eo imprimis, quia in cap. *Episcopo*. 1. & 2. 8. quæstione prima, Concilium Antiochenum, & Romanum sub Martino Papa expresè decernunt irritam esse, & illicitam eam electionem, qua Episcopus successorem designat. Et deindè, quia videtur disponere in tempus, quo nõ est futurus Papa, iuxta regulam legis, *Eum, qui*, ff. de iurisdictione omnium iud. Nihilominùs tamen ex dictis cõtrarium est tenendum, imò Pontificem de plenitudine potestatis, posse per se eligere successorem, neque vniuersalis Ecclesiæ cõsensu electionem posse irritare; cum enim suprema in hoc potestas, iuxta supradicta ei competat, nullaque sit ratio, vel locus sacræ paginæ; vel aliud traditione confirmatum testimoniũ, quod illi eligendi per se successorem auferat potestatem; necessariò consequitur nullo modo esse auferendam. Accedit deindè textus expressus in dicto cap. *Si transitus*, ibi, *Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt non possit de sui electione successoris antè decernere*; ex quo, & testimonio Zachariæ, idem in alijs Episcopis probat Gratianus in initio 8. quæstionis 1. Facitq; tandem similitudo beati Petri, qui, vt ad idem propositum refertur in cap. *Si Petrus* eadem quæst. successorem Clementem designauit. Vnde non est, cur eadem potestas in alijs Pontificibus denegetur.

Turrecr. *Glossa.* *Archid.* *Ioã. And.* *Abbas.* *C. Episcopo.* *L. Eum qui.* *C. Si trãsitus.* *Gratian.* *C. Si Petrus.*

4 Ex quibus, & alijs fundamẽtis hãc sententiam Caiet. sequitur tract. 1. de potestate Papæ cap. 13. Victoria in posteriori relectione de potest. Ecclesiæ n. 23. & plerique alij Theologi. Neque obstant superiora fundamenta. Primum enim desumptum ex auctoritate Conciliorum non ligat Põtificem, qui suprà Concilia potest disponere, vt iam ostendimus, imò si rectè expendamus, tex. solum loquitur de Episcopis inferioribus, quorũ nomine Papa non comprehenditur. Ad secundum dicendum est Pontificis dispositionẽ in hoc casu, etiã post mortem suam valere, suadẽte sic ecclesiastica gubernatione, cum prouideat in casu, quo successor adhùc prouidere non potest. Non negauerim tamen non expedire Ecclesiæ Dei, vt Pontifex per se non eligat successorẽ ex rationibus adductis per textũ in dicto cap. *Episcopo*, cum sequentib. 8. q. 1. Et ex eo, quia cum sæpè possint dari affectiones carnis, & sanguinis, eueniret multoties, vt regimen Ecclesiæ ad ineptissimos homines transiret, Pontificatusque hæreditarius fieret, repugnante totius Eccle-

Caiet. *Victoria.*

Ecclesiæ bono, & Innocentij Con-
C. *Apostolica*. stitutione, de qua in cap. *Apostolica*. 8. A q. 1.

5 Præter supremam in spiritualibus potestatem, quam directè, & principaliter habet summus Ecclesiasticæ Hierarchiæ præses, seu Romanus Pō tifex, vt hucusquè probauimus, supremam quoque in temporalibus mi nus principaliter, & indirectè obtinet, quatenùs scilicèt id exigit finis supernaturalis; & in ordine ad bonū spirituale. Probatur ratione: nam certissimum est, attētis Philosophiæ, B & vtriusque iuris regulis, principiū, quòd, sicut ei cui committitur finis, committuntur etiam media ad illum necessaria; ita cui potestas aliqua, vel iurisdictio conceditur, nisi aliud obstet, omnia cōceduntur, sine quibus, vel nullo modo, vel non sine maxima difficultate, talis iurisdictio exerceri potest, vt eleganter probat textus in leg. 2. ff. de iurisdict. omnium L. 2. Iud. cap. *Praterea*, de officio delegati, Ca. *Praterea*. cum vulgaribus; idque multò certius locum habet, si ea media non solùm ad minorem, & inferiorem spectent potestatem, verum etiam ad C subordinatam, & subalternatam superiori principaliter concessæ, iuxta L. 2. tradita in dicta lege secunda; atqui supremo Ecclesiasticæ Hierarchiæ Præsidi summa spiritualis potestas in ordine ad finem supernaturalem à Christo Domino fuit concessa, vt modò diximus, & hæc rectè expediri non potest, nisi etiam Summus Pontifex in ordine ad illum finem, D aliquam in temporalibus exerceat potestatem: ergo necessariò fatendum est illam etiam à Christo Domino eidem fuisse concessam, præsertim cum illa eidem non solum inferior, sed etiam subalterna, & subordinata sit, quatenùs supernaturalis finis exigit, vt exemplo Solis, & Lunæ eleganter ostendit Pontifex in capite *Solita*, de maioritate, & obedientia. C. *Solita* Accedit etiam in hanc sententiam expressum Pontificis testimonium sic intelligendum in capite *Per venerabilem*, ibi, *in alijs regionibus temporalem potestatem casualiter exercemus*; C. *Per venerabil.* qui filij sint legitimi; & in capite *Causam* secundo. C. *Causā.* Et quia aliàs manca, & imperfecta esset spiritualis potestas, & Deus in Ecclesia sua in necessarijs defuisset, contra illud vulgare, *Dei perfecta sunt opera*. Et Lucæ 22. *Quando misi vos, & cæt. nunquid defui vobis*, Luc. 22. cum multis alijs fundamentis; ex quibus hanc tanquam mediam inter duas nostrorū, & Theologorum in hac re contrarias sententias, quas non curo referre, sequuntur Turrecremat. libro 2. de Ecclesia, Turrecr. Bellarmin. libro 5. de potestate Pontificum, capite 4. & 6. Bellarm. Molina tractatu secundo de Iustitia, Molina. disput. 29. & passim alij nouiores, qui secundum eam prædictas conciliare nituntur. Soarius contra Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap. 1. per totum, idem de Legibus lib. 3. cap. 1. cum sequentibus.

6 Restat igitur tantùm inquirendū, in quos habeat hanc potestatem, tam multiplicem, & amplam? Et sanè responsio facilis est ex dictis. Nam si quatenùs Pastor, & propter officium pastoris accepit potestatem, proculdubiò potestas in oues est concessa, quas debet dirigere, & deuiantes coercere, vt redeant in viam salutis. Cæterùm, quia de principibus sæcularibus

laribus in hac materia sunt multa nostris temporibus valdè controuersa, omittam reliqua omnia, vt manifesta,&vbique obuia,solumq; de Principibus tria vocabo in quæstionem. Primum,an personæ Regum,Principumquè sæcularium Christianorum sint Pontifici Romano spiritualiter subiectæ?Secundum,an potestas ipsa Regia,siue personæ Regum,vt Reges sunt, eodem modo Pontifici subijciantur? Tertium,an Pontifex ratione potestatis spiritualis in Reges, possit illos gubernare, non modo dirigendo,sed etiam puniendo, vel ad Regni spoliationem, si opus sit?

7 Quod attinet ad primum ratio manifesta conuincit ex dictis; ostensum est enim Pontificem esse summum Pastorem omnium ouium Christi; Christiani verò Reges omnes gloriantur hoc nomine,& Christianissimi alij,alij Catholici cognomento delectantur:ergo,&c. Idem quoquè probatur ex antiquissimis Concilijs,& Pontificum, Patrumque testimonijs; quibus tamen omnibus probationibus omissis, efficacissimam puto ipsorum omnium Principum, Regum, ac Imperatorum vocem communem iam ab initio nascentis Ecclesiæ, ab ipsis Pontificiæ maiestatis incunabulis, semper enim omnes vna voce, & miro sæculorum consensu Romanum Pontificem vocarunt patrem suũ spiritualem,& pastorem animarum suarum;se verò filios obedientes, deuotos,& oues eius, idq; factis plerique probarunt. Ante omnes Philippus primus Christianus Imperator apud Eusebium Cæsariens.lib.6.cap.27.& apud Nicephorum Callist.lib.5. cap. 28. Constãtinus primus in donatione Occidentis facta Syluestro,eiusq; successoribus;Gratianus, Valentinianus,& Theodos.l.1.C.de summa Trinitate,& fide Catholica.Honorius ad Bonifacium Papam, Valentinianus 3. in epistola ad Theodosium Imperatorem, quæ habetur in Concilio Chalced. Valẽtinianus,& Martianus Augusti in epistol. ad Leonem Papã, Anastasius Imperator in epistola ad Hormisdam Papam:Iustinus ad eundem; Iustinianus ad Ioannem Papã, C. sum. Trinitate, & fide Catholica, Constantinus 4. Imperator epistola ad Domnum Papã, Carolus Magnus epist. ad Eliphandum Toletanum in priuilegio Ecclesiæ, Bremens. apud Crantzium lib.1. cap. 7. lib.1. legum Franciæ c.167. &lib.7. c.235. Ludouicus, & Lotharius epistol. ad Eugenium Papam, Leo Imperator, Constãtinopol.sermon.de S.Petro. Otho 1. Imperator apud Gratianum dist. 63. c.33. Federic. 1.Imperator epist. ad Emmanuel. Imp. Græc. Michael Palæologus epist. ad Gregor.10.Andronicus Imper. Græc. epistol. quæ Græcè habetur in Bibliotheca Palatina, Sigismundus Imp.epist.ad Pontif.Romanum,quæ extat in appendice Concilij Basiliens. Dauid.Imper. Aethiop.epist.ad Ioan.3.Regem Lusitaniæ, & epistol. 1. ad Pontificẽ Romanum,& 2.epistol.ad eundẽ, Claudius Imperator Aethiop. epistol. ad Paul.3. Papam, Carolus 5. in edicto Vuormatiensi; aliquos etiam ex Regibus in medium proferam. Athalaricus in epistola ad Clerum Romanũ, Kenulphus Rex Merciorum in Anglia in epistola ad Leonem 3.Papam, Lotharius Rex Frãcorum epistol. ad Adrianum 2. Carolus quoque Rex ad

Eus.Cæs. Nicepb. Callist. L.1. C.de sum.Trinit.&fid. Honorius Valẽtin.3 Cõc. Cal. Valẽtini. Martia. Anast.Imperat. Iustinian. Constãt.4 Carol. Magn. Bremens. Crantzi. Lud. & Lothar. Leo Imp. Otho. Gratian. Imperat. Palæolog Andron. Imperat. Sigismũd Dauid Imperat. Claud.imper. Carol.5. Athalar. Rex. Kenulph. Rex. Lothar. Rex. Car. Rex

Hugo. *Eduar.R.* *Ludo.R.* *Leo Rex.* *Reginald* *Car.Rex* *S.Ludou.* *Rex.* *Viadisl.* *Rex.* *Ladisla.*

ad eundem, Hugo ad Ioannem Pap. Eduardus Rex Angliæ ad Nicolaum 2. Ludouicus Rex Fracorum ad Alexandrum, Leo Rex Armeniæ ad Innocentium 3. Reginaldus Rex Insularum ad Honorium 3. Carolus Rex Siciliæ ad Clementem 6. S. Ludouicus Rex Franciæ in documentis ante mortem ad filium apud Guillielmum Nangium, Vladislaus Rex Poloniæ ad Ioannem 22. Ladislaus Rex Hungariæ, & Bohemiæ in oratione habita Romæ ad Nicolaum 5. apud Cornazum lib. 11. hist. Hussitarum, Sigismundus Rex Poloniæ epist. ad Concil. Lateran. Henric. 8. Rex Angliæ, antequam desiperet in assertione 7. sacramentorum contra Lutherũ articul. 2. Emman. Rex Lusitaniæ ad Leonem 10. Franciscus Rex Bungi in Iaponia ad Gregor. 13. Prothasius Rex Arimæ ad eundẽ, Bartholomæus Rex Omuræ ad eundem, Sigismundus 3. Rex Poloniæ ad Sixtum 5. Comites, & Barones Angliæ epistola ad Bonifacium 8. Henric. Dux Heluetiæ ad Ioan. 22. Maximilianus Dux Bauariæ ad Gregorium. 15. Itaque insanus erit, qui Regum Christianorum personas Romano Põtifici negauerit spiritualiter esse subiectas, neq; enim id ausus est etiam Guillielm. Braclaius inficiari, vt constat ex Bellarm. ad illũ responsione. & ex Soario contra errores Anglican. lib. 3. cap. 21. n. 4.

Sigismũd *Henric.8* *Rex.* *Em.Rex.* *Francisc.* *Rex.* *Proth R.* *Bartol.* *Sigism.3.* *Hen.Dux* *Maxim.* *Bellarm.* *Soar.*

8 Iam veniamus ad secũdum, vt ostendamus Reges, etiam prout Reges, siue secundum Regiam potestatẽ esse Pontifici Romano spiritualiter subiectos. Pars affirmatiua communis est Orthodoxorũ. Probatur, quia Christus vniuersalem animarum curã etiã Regum, commisit vicario suo Romano Pontifici: ergo dedit illi perfectã potestatem ad omnia, quæ necessaria sunt ad hanc curam benè regendam, vt naturalis ratio docet, & iura humana disponunt. l. 2. ff. de Iurisdict. omn. iud. & cap. *Præterea* de officio delegati. Deindè, quia esset inordinatum, duas esse in vna republica potestates, sine vlla inter se subordinatione: ergo Christus Auctor Christianæ Reipublicæ alteram subordinauit alteri; nemo verò dicet spiritualem subesse debere tẽporali, quia, vt benè D. Thomas 2. 2. q. 60. art. 6. ad 3. temporalis potestas se habet ad spiritualem, sicut corpus ad animam, & q. 40 art. 2. ad 3. dicit potentiam, virtutem, vel artem, quæ respicit superiorem finem, habere sibi subiectas facultates inferiores in ordine ad eũdem finem; at verò in republica Christiana, ita Deus vtranque potestatem constituit, & attemperauit, vt vtranq; ad populi æternam salutem direxerit: ergo, &c. In hanc rem est cap. *Cũ contingat*, de Iureiurando, cap. *Licet*, de Iureiur. in 6. vbi Glossa verb. *Excommun.* cap. *de nuptijs*, cap. *Non debet*, de consang. & affinit. cap. *Relatum*, de testam. cap. vltim. de præscription. lib. cap. *Possessor*, de Reg. iur. in 6. Auth. *Ex complexu*, C. de incestis nuptijs. cap. *Cum haberet*, de eo, qui duxit in matrim. cap. *Non minus*, cap. *Aduersus* de immunit. Ecclesiarum, cap. *Ecclesia S. Mariæ*, cap. *Quæ in Ecclesiarum*, de Constitutionib. cap. *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi, cap. *Nouit*, de Iudicijs, cap. 1. 22. dist. d. cap. *Si imperator*. dist. 96. cap. *Duo sunt*. cap. *Quanuis*, distin. 22. cap. *Quoties*. 24. q. 1. cap. *Quis dubitet*, cap. *Solitæ*. de maiorit. & obedientia, Extrauag. *Vnam sanctam*, eodem

L. 2. ff. de Iurisdict. *C. Præterea.* *S. Thom.* *C. Cum cõtingat.* *cap. Licet Gloss.* *C. de Nuptijs.* *C. Non debet.* *C. Relatũ* *C. vlt.* *C. Possessor.* *Auth. Ex complex.* *C. Cũ hab.* *Ca. Non minus.* *C. Adu.* *C. S. M.* *C. per Venerabilẽ.* *C. Nouit.* *C. Si imp.* *C. Duo sũt.* *C. Quãu.* *C. Quoti.* *C. Quis.* *C. Solitæ.* *Ext. Vnã sanctam.*

eodem titulo. Doctores verò habes propè infinitos, ego paucos referam, & Theologiæ, & vtriusque iuris peritos, qui multos alios allegant. D. Thomas suprà, & de regimine princip. libr. cap. 14. lib. 3. cap. 10. 11. 12. & 13. Alensis 2. p. q. 118. memb. 3. art. 1. & 3. p. q. 40. memb. 5. quæst. tunc. pen. & 4. p. q. 10. memb. 5. post articul. 2. & in tract. de officio missæ. p. 2. artic. 2. Hugo Victor. lib. 2. de sacrament. p. 2. cap. 4. Turrecr. lib. 2. c. 113. Vuald. tom. 1. lib. 2. c. 76. Caietan. in Apologia c. 13. Henric. quodlibet. 6. q. 23. Victoria duplici Relect. de potestat. Ecclesiæ, & alia de potestate ciuili, & in Relect. de Indis. p. 1. n. 29. Soto in 4. dist. 25. q. 2. art. 5. & lib. 4. de Iustitia q. 5. art. 4. Nau. in cap. *Nouit*, de Iudicijs notab. 3. n. 19. Almain. de potest. Ecclesiæ cap. 8. Pighius lib. cap. 14. & 15. Sanderus de Visibili Eccles. monarch. c. 4. Driedo de libert. Christ. lib. 2. c. 2. Bellarm. de Sum. Pont. lib. 5 cap. 6. 7. & 8. Molin. tom. 1. de Iustitia disp. 29. Soar. contra errores Angl. lib. 3. c. 22. Bartol. in l. *Priuilegia*, C. de sacrosf. Eccles. q. vlt. Alexand. in lege *Captatorias*, C. de testa. milit. Anton. & Immol. in cap. *At si clerici*, de iudic. Ioann. Andreas, Caldas, & Abb. in c. 1. de Noui oper. nunciat. Felin. in c. *Ecclesia*, de Constit. nu. 41. Couar. in epitom. 4. Decret. 2. p. c. 8. §. 6. n. 6. Antonius Gomez in l. 9. & 10. Tauri n. 37. & 38. Fortun. Garcia in tract. de vltimo fin. vtriusque iuris. n. 51.

S. Thom. *Alensis.* *Hugo.* *Turrecr.* *Vuald.* *Caiet.* *Henric.* *Victoria.* *Soto.* *Nauar.* *Almain.* *Pighius.* *Sander.* *Driedo.* *Bellarm.* *Molina* *Soar.* *Bartol.* *Alex.* *Antonin.* *Immol.* *Ioã. And.* *Caldas.* *Abbas.* *Felin.* *Couar.* *Ant. Gomez.* *Garcia.*

9 Ad tertium denique accedamus, in quo totius rei cardo nostris iniquissimis temporibus vertitur, quia carnales homines coactiuam magis in principe potentiam, quam directam reformidant, ideòque magis soliciti sunt de hac, quàm de illa demolienda: A docet ergo omnes Catholici Doctores contra Marsiliũ de Padua, Nilum, Illyricum, & Protestantes, Caluinistasq; hæreticos, & reliquos Ecclesiæ hostes, quorum Deus venter est; & finis interitus posse Romanum Pontificem punire Principes omnes Christianos, si expediat, etiam vsque ad Regni priuationem. Ratio euidẽter sumitur ex supradictis: nam alioquin vis directiua frustranea esset, & inefficax, vel ipso Philosopho teste B lib. 10. Ethic. cap. vltimo: ergo si Pontifex, vt constat, habet directiuam potestatem in Principes Christianos carere non potest, coactiua in eosdem. Deindè, quia spirituales pœnæ sæpè insufficientes sunt, & à carnalibus hominibus ridendæ potiùs, quàm timẽdæ: oportuit ergo in Ecclesia potestatem ad ferendas etiam pœnas grauissimas temporales confiscationis, flagellationis, imò, & occisionis, vt videre est sæpè in titulo de hæreticis, præsertim in cap. *Ad abolendam*, has C verò pænas esse iustissimas, defendit Augustin. epistol. 48. & 50. & libr. 3. contra epist. Parmen. c. 2. Vnde cum regia potestas, sit bonum quoddam temporale, concluditur euidẽter Regem posse tali bono in pænam flagitij sui per spiritualem iudicem spoliari: sicut Petrus Ananiam, & Sapphirã vita priuauit; & Paulus Fornicarium non modo excommunicauit, sed etiã *tradidit Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini*. D. Chry D sostom. ibi oratione 15. *Vt eum* (inquit) *flagellet malo vlcere, aut morbo alio.* Et Theophylact. *Vt morbo eum maceret, aut tabescere faciat.* In hanc ergo catholicam sententiã conspirant vnanimo

Aristot. *C. Ad abolendã.* *August.* *D. Chrysost.* *Theophy.*

nimo consensu scriptores, Itali, Galli, Hispani, Germani, Angli, & Scoti, quos Bell rm. sequutus in præfatione responsionis suæ aduersus Barclaiũ eos per singulas classes nationum cõmemorabo: ergo inter Italos primus est D. Gregor. lib. 8. registri, epistola 2. ad Episcopum Metensem. S. Thomas 2.2. q. 10. art. 10. q. 60. art. 6. & in 2. sentent. dist. 44. in fine. S. Bonauẽt. lib. de Ecclesiast. Hierarch. p. 2 cap. 1. Aegid. Rom. tract. de potest. Ecclesi. p. 1. cap. 30. August. Anionit. de potestat. Ecclesi. q. 22. art. 3. B. Ioann. de Capistrano de potest. Eccles. p. 2. secundæ partis principalis, argum. 18. pag. 54. editionis Venetę anno 1588. S. Antonin. in summ. p. 3. tit. 22. ca. 3. §. 7. item cap. 5. §. 7. Isidor. Mediolan. de imperij militantis ecclesiast. dignitate, tit. 8. conclusione 3. Caietan. in Apolog. de Auctorit. Papæ p. 2. c. 13. ad 8. Alexander de sancto Elpidio de Auctoritate Põtific. & iurisdictione imperij cap. 9. Petrus de Monte in Monarchia partita. 2. q. 4. Anchar. in cap. *Canonum statuta*, n. 6. de Constitut. Syluest. verbo *Papa*. n. 10. & 11. Astensis in summa p. 1. lib. 2. titul. 64. art. 4. pag. 111. Panormit. in cap. *Solitæ* de maiorit. & obedient. n. 7. & in cap. *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi, Archid. in cap. *Licet*, de voto nu. 10. Bartol. in l. *Si imperator*, C. de legi. n. 4. Bald. in proœmio ff. veteris, Gambara in tract. de officio, & potestate legati lib. 2. tit. de Vicarijs ordinariorum nominibus n. 220. Castald. in lib. de imperatore q. 21. Cardinal. Tuschus in 6. tomo Practicarũ concluſ. vbi innumeros citat auctores, Boetius de signis Ecclesi. tom. 1. lib. 2. cap. 114.

D. Greg. S. Thom. S. Bonau. Aegid. Anionit. Capistra. S. Anto. Isid. Me. Alexan. Petr. de Mont. Anchar. Syluest. Astensis. Panorm. Archid. Bartol. Bald. Gambar. Castald. Tuschus. Boetius.

10 A Inter Gallos primo loco sententiã profert Bernard. lib. 4. de consideration. cap. 4. Iuo Carnotens. epist. 28, ad Vrbanum 2. Pap. Petrus de Palude de tractatu de immediata causa Eccles. potestat. art. 4. Durand. lib. de origine iuris d. q. 3. Heruæus de potest. Papæ, §. *Ad euidentiã secundi*, Almain. de suprema potest. q. 2. principali. c. 5. Hostiens. in summ. tit. de hæretic. §. *Qua pœna puniantur* n. 11. Petrus Bertrandus de origine iurisdiction. q. 4. n. 5. Ioannes de Silua tract. de beneficio p. 3. q. 8. B Speculator. lib. 1. tit. de legat. §. *Nunc ostendent*. n. 17. Faber in l. 1. n. 10 C. de sum. Trinit. & fide Catholic. Aegid. de Bellamer. in c. *Alius*, 15. q. 6. n. 2. in cap. *Nouit* de iudicijs, & in cap. *Solitæ* de maiorit. & obedi. Ioan. Quintinus in repetitio. ad cap. *Nouit*. n. 64. & 127. Remundus Rufus contra Mulineum cap. 6. pagin. 106. Petrus Gregor. Tolosanus lib. 26. de Republic. cap. 5. n. 14. & n. 23. multos Canones allegat, pro eadem sententia, & veritate confirmanda. C Quos sanè Doctores Gallos si legissent Galhci Magistratus Parisienses, siue *parlamentarij*, vt vocant, nequaquam cõbussissent igne publico librum Antonij Sanctarelli Societat. Iesu. propter hanc doctrinam inculcandã; neq; Parisienses Theologi, si modo volunt Catholici haberi, illam tanquam nouam, falsam, erroneam, verbo Dei cõtrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremæ Regum auctoritati derogantem, D principum infidelium, & hæreticorum conuersationẽ impedientem, pacis publicæ perturbatiuam, Regnorum, statuum, rerũq; publicarum euersiuam subditos ab obedien-

Bernar. Iuo Carn. Pet. de P. Durand. Heruæus Almain Hostiens. Bertand. Ioann. de Silua. Speculat. Faber. Bellarm. Quintin. Rufus. Pe. Greg.

obedientia,& subiectione auocantē,
& ad factiones, rebelliones, seditio- A
nes,& Principum parricidia excitan-
tem, damnassent in cēsura facta apud
Sorbonam anno præsenti 1626. die
1.Aprilis, & impressa per Philippum
Bouuotum.

11 Sed iam ad Hispanos nostros ve-
Raymū. nio,quorum erit antesignanus, San-
Pelagius ctus Raymund.in summa lib.1. tit.de
hæret.§.7. Pelagius Aluarus Syluen-
Turrēcr. sis Episcopus de planctu Ecclesiæ li-
br.1. art.21. Turrecremat.lib.2. cap.
113.& in cap.*Alius.* 15. q.6. Cypria- B
Benetus. nus Benetus prima orbis sede in res-
pons.ad 6.pro 2.p.cōclusionis primę,
Victoria. Victoria de potestate Ecclesiast.rele-
Sotus. ct.1.q.5.propos.8.Sotus in 4.dist.25.
Castro. q.2.artic.1.conclus.5. Castro de iusta
hæreticorum pun.lib.2. c.7. Simanc.
Simanc. de Catholic. institut. tit.45. num.25.
Bañes. Banhes in 2.2.q.10.artic.10. & q.12.
Ledesma. art.2.Ledesma ibidem q.20.art.4. cō
Valent. clusione 8.Gregorius de Valētia ibi-
dem disput.1. q.12. puncto.2. assert.
Monser. 2. Guillelm.Monferrat.de successio- C
Alp.Alu. ne Regum n.30. Alphonsus Aluarez
Corduba. in speculo.c.16.Corduba lib.1.quæ-
stionarij.q.57. dub.3. Molina tom.1.
de institut. tractatu 2.disp.29. cōclus.
Couar. 3. Couarruuias de restitutione super
reg.peccatum.p.2.§.9.n.7. Fernand.
Vasq. Vasquez lib.1. illustr.controuersiarū
Aninion. cap.21. Aninion de vnitate ouilis, &
Nauar. Pastoris nu.12. Nauar.ad cap.*Nouit,*
de Iudicijs, notabili 3.n.41. & 99. ci-
tatque in eandem sententiam innu-
Asor. meros.Asor.tom.2.lib.10.cap.2. q.2.
Vulturn. Vulturnius de regimine mundi. p.2. D
Soar. q.2.n.83. Soarez contra errores An-
glic. lib.3. cap.23.

12 Germani veritatis amatores,neq;
suis Imperatoribus blanditi sunt, sed
Pontificiam dignitatem, & potestatē
à Deo in terris constitutam fideliter
tuentur. Primus est Stephanus Epis- *Steph.*
copus Albestatensis apud Marianum
Scotum in appendice, Hugo Victor. *HugoVic.*
lib.2.de sacrament. p.2.c.41. Ganda- *Gandax.*
xensis quodlib.6. q.33. Vlricus in sua *Vlricus.*
summa citatus à Turrecremat.suprà, *Turrecr.*
Dionysius Carthus. de Regim. poli- *Carthus.*
tiæ art.19. Driedo lib. 1. de libertate *Driedo.*
Christian. c.14. Pighius lib.5. cap.2. *Pigbius.*
Iacob.Laton. lib.de Ecclesia cap.14. *Laton.*
Conrad.lib.3.de legationibus cap.6. *Conrad.*
Gabriel lect.23.in Canon Missæ,Lu- *Gabriel.*
poldus à Bamberga de iure regni, & *Lupold.*
imperij cap.10. Inter Britanlos, siue
Anglos, & Scotos duxerit, Alensis *Alens.*
part.4.q.10.in explicatione Canonis
Missæ in illud;& pro Rege, OlKot in
lib.sapientiæ,lectione 200.Maironus *Mairon.*
in 4.dist.19.q.4 Vualdens.lib.2.art.3. *Vuald.*
cap.75. Cardinalis Polus de Summo *Card. Polus.*
Pontifice cap.8. Sander.lib.2. de Vi- *Sander.*
sibili monarchia Ecclesi.c.4. singula-
rum nationum, & aliarum quamplu-
rimas omitto, ne volumen allegatio-
num conficiam.

Prætereà Cōcilia tum Prouincia- 13
lia,tum Generalia id sæpiùs docue-
runt, factum Gregor.7. qui Henricū
4.imperio,regnoque priuauit;imprimi-
mis Synodus Romana celebrata an- *Synod.*
no 1080. Beneuentana sub Victore *Rom*
3.Placentina sub Vrbano 2. Romana *Beneuēt.*
sub Paschali.11. Coloniensis sub Ge- *Placent.*
lasio 11.Remensis sub Callisto.11. & *Romana*
Claramontana sub Vrbano 2. eiusdē *Coloniēs.*
Pontificis simile factum approbauit *Remens.*
contra Philippum.1. Francorum Re- *Claram.*
gem: denique duo maxima,œcume-
nicaq; Concilia idem definiuere La-
teranense sub Innocentio 3. Canon. *Cōc.Lat.*
3. & Lugdunense sub Innocent.4. in *Lugdun.*
senten-

sententia lata contra Fridericum secundum Imperatorem.

14 Eadem denique veritas stabilitur antiqua Ecclesiæ praxi, & innumeris exemplis: vnde constat hanc esse in Pontifice Romano potestatē in principes Christianos: nam ante annos *Greg. 2. Papa.* 900. Gregorius 2. Leonem Isauricum Imperatorem propter heresim excōmunicauit, Italiciq; dominij iure pri- *Gregor. 7 Papa.* uauit; Gregor. 7. vt dictum est, Henricum. 4. excommunicauit, regnoq; *Innoc. 3.* & imperio deiecit; Ianocentium. 3. *Innoc. 4.* Othonem; Innocent. 4. Fridericū. 2. *Clem. 6.* Clemens. 6. Ludouicum Bauarum: *Zachar.* Zacharias in regno Galliæ Childericum regia potestate spoliauit, & Pipinum eius loco suffecit. In Anglia etiam Ioannes Rex ab Innocentio 3. *Innoc. 3.* excommunicatus est, & regia dignitate priuatus, sed per pœnitentiam iterùm absolutus, & restitutus. Quæ *Soar.* omnia, & plura alia lege apud Soar. *Bellarm.* suprà, & Bellarmin. Ego pro totius disputationis appendice, pauca verba referam ex Canone citato, maximè *Cōc. Lat.* Concilij Lateranensis, vt Principes Christiani soliciti sint, in expurgādis regnis ab hæretica prauitate; *Si Dominus temporalis monitus ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate per Metropolitanum excommunicetur. Et si satisfacere neglexerit intra annum significetur hoc Summo Pontifici, vt ex tunc ipse vassallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam.*

Sophismata, & calūnias cōtra adeò certā testatāq; veritatem nonnulli hæretici commenti sunt, quos indignos *Bellarm.* reputo, qui à nobis refutentur. Si *Aretin.* quis tamen otiosus citatos Bellarm. *Soar.* Aretin. & Soar. patienter legere velit omnia facilimo negotio dissoluta reperiet.

§. VI.

De excellentia Romani Pontificis super omnes Ecclesiastica Hierarchia gradus.

SVMMARIVM.

1 *Solum Petrum fuisse à Domino ordinatum Episcopum, ipsumque reliquos Apostolos consecrasse, putarunt aliqui.*

2 *Christus Dominus ordinauit Episcopos, Petrum, Iacobum, & Ioannem, hiq; cæteros Apostolos consecrarunt. secundum aliquorum opinionem.*

3 *Omnes Apostoli à Christo Domino immediatè ordinati fuerunt Episcopi secundum veriorem sententiam.*

4 *An Matthias Apostolus immediatè à Christo Domino, an verò ab Apostolis ordinationem accepisset?*

5 *Respondetur fundamento existimantium solum Petrum à Christo Domino ordinatum fuisse.*

6 *Respondetur fundamento existimantium solum Petrum, Iacobum, & Ioannem Christum Dominū ordinasse.*

7 *Episcopi æqualiter, ac summus Pontifex potestatem sacramentalem immediatè à Deo accipiunt.*

8 *An eligendus in Papam debeat esse ordinatus sacerdos?*

9 *Si de facto aliquis non ordinatus sacerdos in Papam eligatur, priusquam iurisdictione vtatur ordinare debet.*

10 *An Papa debeat necessario eligi de numero Cardinalium?*

11 *Sententia Asorij de hac re.*

12 *Quid dicendum, si in Summum Pōtificem, aliquis incapax eligatur, velutì fœmina, aut infidelis.*

13 *An*

13 *An sit verum, quod de Ioanne 8. cõmuniter fertur?*
14 *Omnes Apostoli immediatè à Christo Domino acceperunt potestatem iurisdictionis.*
15 *Petrus Apostolus cæteris in iurisdictione superior fuit.*
16 *Potestas iuridictionis Petro, vt capiti, cæteris verò Apostolis, vt membris Ecclesiæ data fuit.*
17 *In quo primò consistat excellentia D. Petri super alios Apostolos.*
18 *Declarantur verba Christi Domini ibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & ibi: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*
19 *In quo secundo huiusmodi excellentia Diui Petri super alios Apostolos consistat.*
20 *An Petri successor superior fuisset iurisdictione Apostolis tunc viuētibus.*
21 *Confutantur mendacia Caluini, Lutheri, & Illirici contra Romani Pōtificis excellentiam.*

QVoniam præcipuus huius quæstionis scopus, & intentio est inuestigare, quænam distinctio, & excellentia sit in Romano Pontifice, super omnes Ecclesiasticæ Hierarchiæ grad⁹. Ideò in præsenti inquirendum est primò; quomodo potestas ordinis collata sit Petro, & Apostolis, vt appareat, an in ipsa collatione detur aliqua excellētia, & prærogatiua Summi Pontificis. Secundò, an solus D. Petrus, vel omnes Apostoli immediatè à Christo Domino accipissent potestatem iurisdictionis, & quo pacto, seu distinctione; vt tandem constet de superioritate, & præexcellentia supremi Hierarchæ, seu Romani Pontificis in A omnes.

Quoad primam attinet, imprimis, post Turrecremat. Bellarm. lib. 1. de Romano Pontif. cap. 23. Henric. d. §. 2. ad finem, multis rationibus intendunt probare solum Petrum fuisse à Christo Domino ordinatum Episcopum, ipsum verò reliquos Apostolos consecrasse, in cuius rei confirmationem afferunt Innocentium 1. In epistol. ad Conciliū Carthaginense. 19. Anacleto Papa in epist. 2. ad Iulianū B primum Episcopum; Cyprianus in epistola 6. Leon. in sermon. 3. de anniuers. suæ assumptionis, & in epist. 89. Chrysostom. Ioannis vltimo. Ratio fundamentalis est, quia Pontifices sæpiùs asseuerant Petri cathedram esse matrem, & radicem omnium Ecclesiarum, & à Romana Ecclesia omnem consecrationem, & dignitatem Episcopalem, promanasse; vt in cap. *Quoties*. 24. q. 1. ibi, *Sui nominis, & honoris auctoritatem*, & cap. *Ita Dominus*. 19. dist. ibi, *In beatissimo Petro principa-* C *liter collocaret, vt ab ipso quasi à quodam capite, &c.* cap. *In nouo*, ita à multis intellecto. 21. dist. ibi, *post Christum à Petro sacerdotalis capit ordo*, quod non alia ratione stare posse videtur, quam quia solus Petrus à Christo Domino fuit creatus in Episcopum, à quo omnes alij per succesionem quandam diriuarentur.

[Marginalia: 1 *Turrecr.* *Bellarm.* *Henr. c.* *Innoc. 1.* *Anaclet. Papa.* *Cyprian.* *Leon.* *Chrysost.* *Cap. Quoties.* *Cap. Ita Dominus* *C. In nou.*]

Secunda opinio est Christum Dominum ordinasse Episcopos Petrum, Iacobum, & Ioannem, hosque cæte- D ros consecrasse: quod intēdunt probare ex Clement. lib. 6. & 7. cōstitut. quem refert Nicephor. lib. 2. cap. 3. sed hoc non probat, vt eleganter explicat Soarez de fide disputation. 10. sect. 2

[Marginalia: *Clement.* *Niceph.* *Soar.*]

3 sect. 1. num. 6. & nos infrà dicemus.

Tertia verò sententia, quam amplectimur, est omnes Apostolos immediatè ab ipso Christo fuisse Episcopos ordinatos. Ita Glossa 1. Corinth. 12. circa illud, *Posuit quidem Deus in Ecclesia primum Apostolos, &c.* Theologi in 4. dist. 24. Soarez de fide dicta sect. 1. num. 7. Vasquez in 3. p. tom. 3. disput. 242. cap. 7. num. 4. Asor. institut. moralium tom. 2. libr. 4. cap. 11. num. 3. August. Barbos. de pastorali sollicitudine cap. 1. num. 24. Probatur primò auctoritate D. Augustini libr. quæstionum noui, & veteris testamenti 9. quæst. 7. ipse enim ait loquens de Christo, *Priusquam in Cœlos ascenderet imponens nomen Apostolis ordinauit in Episcopos*, vbi cum indefinitè loquatur planè de omnibus se loqui significat. Secundò probatur ex eodem D. Augustino sermone 28. vbi asserit, *Christum ordinasse Apostolos sacerdotes in vltima Cœna*; ex quo benè consequitur, quod sicut Christus immediatè ordinauit omnes Apostolos sacerdotes in cœna, ita etiam posteà in Episcopos. Et confirmatur, quia cum proximè sint à Christo constituti in Apostolica dignitate, quæ maximè in dignitate Episcopali fundatur, verisimilius planè est etiam ipsum Christum per se in Apostolos ordinasse, præsertim quos ipse viuẽs, præsensq; elegit, & quibus cum est conuersatus.

(Margin: Glossa. Soar. Vasq. Asor. August. Barb. D. Aug. D. Aug.)

4 Dubium tamen est circa Matthiã, an à Christo Domino immediatè, an ab Apostolis ordinationem accepisset: Soarez dicto loco sentit ab Apostolis consecrationem recepisse, ne speciale miraculum admittamus, aut potiùs extraordinarium modum prouidentiæ, licet enim certum sit quod A potuisset Christus Dominus sua potestate excellentiæ illum à cœlo consecrare, vel per Angelos id efficere, vt aliàs de Amphilochio refert Nicephorus libr. 11. cap. 2. In præsenti tamen non habemus sufficientem auctoritatem, vel necessitatem tanti miraculi; vnde quanuis in actibus nõ legatur eius ordinatio, solũ quippè habetur cecidisse sortẽ super Matthiã, & annumeratũ fuisse cum vndecim Apostolis ab ijs ordinat⁹ fuit. Opinio- B ni huic libẽter adhæreo: & probatur, quia Actorum. 13. indicatur Paulum Apostolum per impositionem manuum ab hominibus fuisse ordinatũ Episcopum, vbi idem interpretatur Chrysostom. & sentit Leo Papa epistola 81. & ita hæc sententia verosimilior apparet, quanuis in hac re nihil possit certum haberi.

(Margin: Soar. Niceph. Act. 13. Leo Papa. Chrysost.)

5 Restat igitur primæ sententiæ fũdamento respondere. Nam certissimũ est illa Põtificum dicta nõ fundari in eo, vt vult Turrecremat. quod C Petrus ordinauerit omnes Apostolos: nam Pontifices illis loquendi modis volũt solummodò explicare certum Primatum Ecclesiæ Romanę, esseque matrem omnium Ecclesiarum, quia ad illam, vt diximus, pertinet regimẽ, & gubernatio omnium, indèq; asserunt à Petro incipere Episcopalẽ dignitatem, quia omnium primus illam accepit, & cum maiori excellentia, & prærogatiua quam cæteri, quãtum ad iurisdictionem, de qua mate- D ria Pontifices agunt, & ita sunt intelligenda præcitata iura.

(Margin: Turrecr.)

6 Ad fundamentum secundæ sententiæ, respondetur illam non fuisse propriam ordinationem episcopalem

Iacobi, sed designationem, seu determinationem eius ad Episcopum Hierosolymitanum, vt in eo haberet non solùm delegatam, sed ordinariam etiam potestatem, possetque proindè in episcopatu habere successorem. Quod si intercesit fortè manuum impositio, non per modum verò cõsecrationis episcopalis, sed cuiusdam ecclesiasticæ cæremoniæ fuit adhibita.

7 Ex quibus certum est apud omnes hanc ordinis potestatem, quæ versatur circa sacramenta conficienda, & ideò sacramentalis dicitur æquè immediatè habere à Deo Episcopos, ac summum Pontificem. Probatur, quia potestas hęc confertur per quandam consecrationem, quæ æquè operatur in vno, atque in alio, ita Theologi in materia de sacramento Ordinis, Turrecremat. summ. Ecclesiast. parte 1. cap. 32. Bellarmin. dicto cap. 22. lib. 4. Victoria relectione prima, p. 5. Soto in quarto disputatione 1. quæst. 1. articul. 1. Quo loco, aut tempore Apostoli sunt Episcopi instituti, latiùs in disputatione de Episcopis dicemus.

Turrecr. Bellarm. Victoria. Soto.

8 Quæro tamen in præsenti, an eligendus in Papam, debeat esse ordinatus sacerdos? In qua quæstione dico primò, vel agimus de electione Pontificis attento iure diuino, vel humano, aut præhabita consuetudine, seu vsu Ecclesiæ Quoad ius diuinum dico nullum reperiri locum, in quo prohibeatur eligi in Papam, qui non fuerit ordinatus sacerdos; nam mere laicus non est omninò incapax pontificiæ potestatis, si alloquin ritè eligatur, vt statim ordinetur; quoad ius humanum, seu commune idem dicendum est, quia nec datur locus prohibitionis, nec incapacitas in persona, si hac conditione, vt statim ordinetur ritè fuerit electa in Papa. Quo ad consuetudinem, seu vsum Ecclesiæ, est autem certum nunquam esse factum in Ecclesia, nec fieri debere propter nouitatem, & periculum.

9 Dico secundò non debere sic electum vti iurisdictionis potestate, nisi sit ordinatus, quanuis ante Pontificiam consecrationem posit illa vti, statim, atque electus est, & in sede collatus. Fundamentum est: nam ille, qui incapax est potestatis ordinis, vt merè laicus, etiam incapax est ordinariæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, quia ex diuina institutione Ecclesia in spiritualibus debet per sacerdotes, aut clericos ordinario iure gubernari, vt suprà probauimus; quod multò magis viget in Romano Pontifice, cui suprema potestas in spiritualibus à Christo Domino data est.

10 Sed contentio est inter Sotum, & Asorium; an electus hodie, debeat necessariò esse de numero Cardinalium, Sotus lib. 4. de Iustitia quæst. 6. artic. 2. ad 5. ait, iure constitutũ non esse, vt ex Collegio Cardinaliũ Põtifex creetur; affert cap. *In nomine*, dist. 23. vbi sic habetur, *Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel de ipsa non inuenitur ex alia sumatur*; ex quo, inquit Sotus, fit, vt posit Põtifex creari, qui in numerũ, & Collegiũ Cardinalium adscriptus non sit, deindè Ius Canonicum id fieri non prohibet, ac ita aliqui sunt interdum ad Pontificatum electi, qui non erant Cardinales.

Sotus. C. In nomine. Sotus.

11 Contrarium verò sentit Asor. tomo

Asor.

C. Oportebat. mo secundo libr. 4. cap. 6. & intendit probare ex capite *Oportebat*, dist. 79. A vbi sic dixit Stephanus Papa cum Concilio: *Oportebat, vt hæc sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia, iuxta quod à Beato Petro, & eius successoribus institutum est, rite ordinetur, & in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus Præsbyteris, aut Diaconis consecretur*; ita etiam in capite *Nullus*, eadem distinctione habetur, *Nullus vnquam laicorum, nec ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconatus, aut præsbyter Cardinalis factus fuerit ad sacri Pontificatus honorem promoueri.* ad caput *In nomine*, distinctione vigesima tertia, respondet Azor. ibi. *Eligatur autem de Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus*, fauere huic sententiæ: nam extra numerum Cardinalium nullus est in Pontificem eligendus, nisi cum in ipso Cardinalium sacro Collegio nemo reperitur idoneus. Constat quidem non fuisse id per se necessarium; attamen vsus Ecclesiæ ita habet, ac fieri oportet, vt dixit Stephanus in dicto capite *Oportebat*, & in capite *Nullus*, distinctione 23. Nihilominùs crediderim, si aliquis extra Collegium Cardinalium legitimè eligeretur, electionem fore ratam, & firmam, quia non video quo iure ita reuocata sit electio passiua ad personas Cardinalium, vt aliàs nulla sit habenda.

Ca. Nullus. Cap. In nomine. Azor. C. Oportebat. C. Null.

12 Quid autem in proposito dicendum sit si fortè casu contigerit, vt in Pontificem aliquis huius auctoritatis incapax, veluti fœminæ, aut infidelis eligatur, vt aliqui Doctores tanquam possibile concedunt; isque tanquam legitimus, & verus Pontifex ab vniuersali Ecclesia recipiatur. Respondeo imprimis hoc impossibile esse, secundo Deo prouidente, nunquam fore, vt is aliquid erga Ecclesiam determinet, aut ante è vita decedente, aut eius errore decreto, vel illud, quod talis Pontifex statuerit certum, aut infallibile esse debere; Deo etiam in illis casibus non permittente, vt erret, & in suum errorem vniuersalem Ecclesiam inducat. Neque hoc foret aliquod miraculum, sed quid necessariò consequens, & effectus ex ordinaria illa Christi lege, qua per promissiones de veritate factas, se nunquam Ecclesiæ suæ veritatem docenda, defuturum obstrinxit, & nunquam permissurum, illam per alicuius alterius hominis ministerium, præter quam legitimi pastoris gubernari, vt latiùs hæc omnia explicat Valentia tomo 2. puncto. 7. §. 39. vers. 4. Soarius de fide disput. 10 sectione 5. n. 2.

Valent. Soar.

Quod autem de Ioanne 8. quidam finxerunt fabulosum est, vt ex Onuphrio ostendit Bellarminus libro 4. de Romano Pontifice, cap. vltimo, & copiosè Baron. tomo 10. anno Christi. 833. num. 56. & sequentibus, vbi alios refert, & in num. 63. rectè aduertit quod licet factum illud fabulosum, ita vt narratur accedisset, illa fæmina non fuisset Pontifex, sed vacasset sedes pro illo tempore, & posteà in electione Benedicti fuisset continuata. 13

Bellarm. Baron.

Deueniendo igitur ad secundam quæstionem dico primo immediatè ab ipso Christo Domino omnes Apostolos recepisse potestatem iurisdictionis, quæ est antiquorum Theologorum 14

N 2 logorum

D. Tho. Bonau. Albert. Gabriel. Caet. Turrian. Soto. Victor. Castro. logorum communior sententia in 4. dist. 18. vbi D. Thomas, Bonauent. Albertus, & alij; Gabriel in Canon. lect. 3. Caetan. tract. de auctorit. Papæ, & Conc. cap. 3. Turrian. lib. 2. pro epistolis Pontific. cap. 21. & in Scholijs lib. 6. Constitut. cap. 12. Soto dist. 20. q. 1. art. 1. Victor. relect. 2. de potestat. Eccles. quæst. 2. Castro 2. de iusta hæretic. punitione cap. 24. *Salmer. Vargas. Azor. Vasq.* Salmeron, & plerique initio allegati; Vargas in opuscul. de hac re, ita Asor institut. moral. p. 2. cap. 12. Vasquez in 3. p. tomo 3. disputat. 242. cap. 7. *Soar. Marc. Genuens. Aretin.* Soar. de fide disp. 10. sect. 1. num. 3. & de legibus libr. 4. cap. 3. Marcus Antonius, Genuens. in Manuali pastorũ cap. 3. Aretin. in expunction. de Papatu Romano cap. 2. Et planè colligitur *Mat. 10 Marc. 3. Luc. 6. Ioan. 20.* primo ex locis sacræ Scripturæ, Matthæi. 10. Marc. 3. Lucæ. 6. Ioann. 20. *Anaclet. C. In nouo.* Secundo ex PP. Anaclet. Papa epistola. 3. habetur in cap. *In nouo testamento*. 21. dist. *Leo Papa Cyprian. C. Loquitur. Hieron. C. Paul. Gratian.* Leo Papa sermone 3. in anniuers. assumpt. suæ, Cyprian. libr. de Vnitate Ecclesiast. habetur cap. *Loquitur*. 24. quæst. 1. Hieronym. in id ad Galat. 2. *Resistit ei in faciem*, habetur cap. *Paulus*. 2. quæst. 7. vbi noster Gratianus aliter explicat, scilicèt de æqualitate sanctitatis, sed non rectè id enim, neque sciri potest, neque fortasse verum est. *Hilar. 6. Vigilc. papa.* Hilar. 6. de Trinitate, Vigilc. Papa in epistol. Decret. cap. 7. Tertio probatur ex effectibus; certum nanque est, & ita legimus Apostolos generaliter, quascunque mundi partes peragrasse, & præsbyteros, & Episcopos constituisse, & ordinasse: constat ex dictis Apostolorum, & Epistolis Pauli, qui Ephesi Timotheum consecrauit, Titum constituit Cretæ, & de alijs non paucis videri potest, Ni- *Niceph.*
A cephor. libro 2. & 3. per multa capita. Exercuerunt præterea actus varios iurisdictionis, cuiusmodi sunt excommunicare, ac leges ferre, sicut patet ex prima Corinth. 5. 6. 7. 11. & 14. Et ita manet confirmatum omnes *1. Cor. 5.* Apostolos ab ipso Christo Domino immediatè accepisse potestatem iurisdictionis, quod intelligimus etiam de Matthia, & D. Paulo.

Dico secũdò, Petrum Apostolum fuisse in iurisdictione cæteris superiorem.
B Probatur primò ex celebri loco Matthæi. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; *Mat. 16 August.* vbi Augustin. sermon. 11. de sanct. Leo Papa sermon. 2. in Anniuers. assumpt. suæ, *Maxim. Paulin.* Maximus sermone de Petro, & Paulo, Paulinus epistol. 4. ad Seuerum, vbi Petrum vocat fundamentum Ecclesiæ; ita & P.P. *Anaclet. Tertull. Origin. Euseb. Hilaria. Basil. Ambr. Cyrill. Coccius.* Anaclet. Papa, Tertullianus, Origen. Eusebius, Hilarian. Matthæus Basiliens. Ambros. Cyrillus, & plures alij, quos vide apud Coccium dicto loco. Se-
C cundò probatur ex illo Ioannis. 21. *Pasce oues meas*, quæ verba ad solum *Ioann. 21* Petrum fuisse dicta Patres omnes interpretantur, Chrysostom. Cyrillus, Augustinus, Leo Papa, Ambros. & euidenter patet ex contextu, vt eleganter expendit Soarez de fide dis- *Soar. Torres. Aret.* putatione 10. sect. 1. num. 19. Torres de fide cap. 19. Aretin. in expunctio. de Papatu Romano cap. 3. Tertiò probatur assertio ex alijs locis euangelicis, & ex Actorum libro sexto,
D in quibus iudicatur hæc Petri dig- *Actor. 6.* nitas cum maiori excellentia. In Euangelijs, dum illi semper imponitur nomen, quod futuram dignitatem significat, & aliquando ipsi Christo

Christo est commune, qui primum caput, ac fundamentum Ecclesiæ est. Vnde rectè colligit Leo Papa dicto loco signum esse, dum suum nomen communicat dignitatem etiam communicare, deindè cum recensentur Apostoli, primo loco Petrus, vt caput, & dux aliorum. Matth. cap. 10. vbi Albertus Magnus, Ambros. in id ad Corinth. 12. Augustin. tract. vltmo in Ioann. Vide plura alia signa huius præcellentiæ apud Soar. Turrianum, Aretinum dictis locis. Quarto probatur conclusio, ex congruentia, & euidenti coniectura: nam suprà ostẽdimus oportuisse à Christo Domino ad optimum Ecclesiæ regimen institui, qui post ascensionem eius dux esset, & caput, totiusque Ecclesiæ supremus Pastor, fieri autem non potuit, vt Christus Dominus ipsis duodecim eam dignitatẽ omnino æqualiter concederet; nam vel omnes ita illam reciperent, vt in eorum successoribus perpetuo duraret, quod est planè absurdum; sic enim duodecim, vt minimum essent capita Ecclesiæ.

Leo Papa

Mat. 10. Alb. mag. Ambr. August. Soar. Turrian. Aretin.

16 Vnde euidenter apparet hanc potestatem datam esse Petro, vt capiti, alijs, vt membris: nam sub his membris etiam alij Apostoli comprehenduntur, quia, vt notaui, Christus simpliciter dixit Petro, *Pasce oues meas*, vbi inter oues Apostoli etiam numerantur. Fuitq; hoc necessariũ ad vnitatem Ecclesiæ constituendam, quia nec poterat esse vnum corpus sine capite, neque cum multis capitibus, illud enim imperfectum, hoc monstruosum fuisset; quod notauit Cyprianus lib. de Vnitate Ecclesiæ, August. tract. 50. & vltimo in Ioannem, & lib. 1. de doctrina Christiana c. 17. Hieron. libr. 1. contra Iouinian. Leo Papa sermon. 3. assumpt. suæ.

Cyprian. August. Hierony. Leo Papa

17 Consistit ergo excellentia D. Petri super alios Apostolos primo, & præcipuè in hoc, quod potestas data est Petro, vt in illa ei succederetur, & ita per successionem perpetuo in Ecclesia duraret; alijs verò Apostolis solùm data est per modum cuiusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum; ita apertè sumitur ex Patribus citatis, & confirmatur pluribus testimonijs. Nam Apostoli non creabant Apostolos, sed Episcopos, neque eis succedit aliquis cum iurisdictione, in vniuersum orbem: at verò Petro successit semper Pastor vniuersalis, seu Romanus Põtifex, cuius sedes propterea semper retinuit nomen Apostolicæ. Ratio etiam hoc cõuincit, quia cum Ecclesia futura esset perpetua, eius regimẽ, & principatus ita constitui debuit, vt perpetuo duraret, hic autem principatus Petro fuit permissus illis verbis *super hãc petram ædificabo Ecclesiã meã*; sed ædificium Ecclesię perpetuo erat duraturum: ergo & fundamentum, quod erat Petrus, seu sedes Petri. 18
Quod satis declarauit Christus, subiungens, *Et portæ inferi non præualebũt aduersus eam*: vnde dixit eleganter Innoc. 4. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Christũ ascensurũ ad Patrẽ, ne Ecclesiã suam sine pastore desereret, eam Petro commisisse; cuius successores sunt Põtifices; nam quantũ grex durat, tantum necesse est durare pastorem; cæteri verò Apostoli solum fuerunt in illo initio Ecclesiæ necessarij, donec in omnem terram exiuit sonus eorum, & ideò sufficienter fundata Ecclesia, cessauit illa dignitas.

Innoc. 4. Cap. 1. de Homicid.

19 Secundò, excellentia D. Petri cõsistit in eo, quia hæc potestas in Petro erat simpliciter superior, & independens, & ita se extendebat ad ipsas personas Apostolorum directè. Declaratur, quia Petrus poterat suis legibus, vel præceptis alios etiã Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges reuocare. Vnde etiam verisimilius est, licet singuli Apostoli haberẽt potestatem ad ferendas leges obligantes vniuersalem Ecclesiam; tamẽ ordinariè illas non contulisse, nisi ex consensu, & acceptatione Petri, vel certè illas tulisse in eis prouincijs, in quibus prædicabant, & posteà, nonnisi sciente, & consentiente Petro ad totam Ecclesiam dimanasse. Et vtraque assertio confirmatur. Prima ex munere pastoris, & subordinatione necessaria ad vnitatem. Secũda, quia ad Petrum spectabat cura vniuersalis Ecclesiæ; quasi per se primò, & ita oportuit in vno inueniri; nam si hæc ad cæteros, non nisi secundario esset de mandata magna cõfusio oriretur. Quapropter in hoc etiam Petri potestas super alios eminebat. Ex qua prærogatiua, & excellentia, pleraque resultant, quæ de Petro legimus, & ad hanc spectant dignitatem. Vide Tertullian. lib. 4. contra Marcionem, Euseb. lib. 2. cap. 15. Nicephorum lib. 5. cap. 18. & Aretin. Bellarm. Soariũ, Asorium suprà citatis locis; & hæc sufficiãt in huius veritatis confirmationem.

Tertul. Euseb. Niceph. Aretin. Bellarm. Soar. Asor.

20 His non obstantibus, opponet aliquis primò; quia Act. 8. Petrus simul cum Ioanne mittitur ab alijs Apostolis Samariam, vbi tanquam comitanter egit, quod est signum cuiusdam æqualitatis. Respondeo mittere non

Actor. 8.

A significare semper auctoritatem, in mittente, quia sæpè fit permittendo, consulendo, vel rogando, non præcipiendo, quo pacto amicus dicitur amicum mittere. Matthæi. 2. legitur Herodes misisseMagos in Bethleem. Secundò, quia cap. 13. Iacobus in Cõcilio definit, & eius sententiam alij sequuntur. Respondeo non definiuisse Iacobum, sed subscripsisse potiùs, & consensisse sententiæ Petri. Deindè dico Iacobum Petro cõsentiendo simul præbuisse cõsilium circa modum in illius rei executione tenendum, quod licet inferiori corã superiore præstare. Tertiò, quia ad Galat. 2. Paulus reprehendit Petrum ostendens se superiorem, vel certè æqualem, & 2. Corinth. 11. ad se pertinere dixit omnium Ecclesiarum sollicitudinem. Respondeo plures dicere Cepham, quem Paulus reprehendit non fuisse Apostolum, sed vnum aliquem ex septuaginta discipulis; sed hoc non placet, quia repugnat non solùm communi expositioni Patrum Græcorum, & Latinorum, de qua suprà diximus, sed etiam ipsi contextui: nam ille idem Cephas cum Iacobo, & Ioanne dicuntur columnę Ecclesiæ, & in quibusdam Codicibus Græcis loco Cephæ legitur Petrus. Sed omissa etiam responsione Originis, & aliorum, qui volunt reprehensionem fuisse in gratiam Iudæorum, quia hoc etiam caret fundamento, & repugnat verbis Pauli; dixit enim D. Thomas 2.2.q.33. art.4. peccasse Petrum venialiter, ob idq; fuisse à Paulo reprehensum hoc habendum, interdum namque inferior potest corrigere superiorem cum debita modestia, & reuerentia, maximè quando, id

Matt. 2. Act. 13. Turrecr. li. 2. c. 14. Hieron. August. Theodor. Euseb. 1. hist. c. 11. Eunom. ad Gal. 2. 2. Cor. 11 Orig. S. Thom. Baron. tomo 1. an. 33 & 51

B C D

aut

Bellarm. libr. 1. de Roman. Pōt. c. 16 Soar. lib 9. de leg. aut proximorum salus, aut honor fidei requirit. Ad locum, in quo Paulus fatebatur habere se omnium Ecclesiarum solicitudinē procedere ob charitatis officium, & ob Apostolicū munus, cui tamē Petrus est superior, vt iam ostendimus. *Clemens* Quartò, quia Clemens 1. epistola vocat Iacobum Episcoporum Episcopum, eumque regere vniuersam Ecclesiam pronunciat. Respōdeo primò id fuisse genus modestiæ, & honoris quem merito Clemens Iacobo tribuit, tanquam Apostolo, & fratri Domini. Secundò, quia re vera Episcopus erat multorū Episcoporum sibi subditorum. Tertiò, quia erat tanquam decus, & exemplar aliorum Prælatorum.

Soar. Quærit tamē Soar. de fide disp. 10. sect. 1. in fin. occasione resolutę quęst. supposito, quod hæc potestas permāsura erat in successoribus Petri. An Apostoli, qui Petro superuixerant fuerint verè subditi Episcopo Romano Petri successori; & respondet inferiores extitisse iurisdictione, & Pōtifici Romano subiectos, quāuis alijs prærogatiuis, & excellentijs fuerint superiores; quod etiam mihi videtur planè probari ex dictis: nam eadem potestas, & iurisdictio, quæ fuit in Petro, transfusa est in successores; vnde benè consequitur in tribus iam dictis excellentijs superare illos viuētes Apostolos, primo in obiecto potestatis: nam ad successores Petri spectat, per se primo cura, & gubernatio totius Ecclesiæ, quod vt dixi, non competiuit Apostolis. Secundo, potestas illa extendebatur ad omnes personas ratione ordinis, & vnitatis Ecclesiæ. Tertio, potestas Pontificis semper fuit ordinaria, & perpetuò in Ecclesia mansura, non sic autem in cæteris Apostolis.

21 Mendacia vero quæ ingerunt aliqui ex impuris, & luculentis Caluini, Lutheri, & Illirici scriptis confutari facilè possunt, tot tantorumq; Patrū sententijs, qui Romani Pontificis excellentiam, disertis probant verbis, sed ne cum his sutibus volutemur. Ex Græcis, & Latinis innumeros recenset Coccius PP. Thesaur. lib 7. art. 6. 7. & alios refert Bellarmin. de Romano Pontifice, cap. 10. & quæcunque contra huiusmodi veritatem adducuntur perperam in alium sensum, vel falsò recensentur. Hactenùs de summo Ecclesiasticę Hierarchię prę side, id est Romano Pontifice. *Coccius. Bellarm.*

DISPVTATIO II.

De Cardinalibus.

Post Romanum Pontificem secundum in Ecclesiastica Hierarchia gradū obtinent Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesię; quorum dignitatem maiorem, & primam esse post Pontificalem agnoscunt Doctores omnes vnanimi consensu teste Albano de Cardin. q. 6. & 7. Manfred. de Cardinal. dist. 101. Plato de Cardinal. dignitate cap. 1. Alberterch. de potest. Cardinal. mortuo, vel impedito Papa c. 1. Anton. Scappo de birreto rubeo dādo responso. 1. n. 3. Bellarm. tom. 1. libr. 1. de clericis cap. 1. Asor. 2. p. lib 4. c. 1. Vasquez in 3. p tom. 3. disp. 242. cap. 1. Francisc. Leo Thesaur. fori ecclesiastici, cap. 2. Baron. tom. 10. à n. 881. §. *Quod autem.* Petrus Gregorius syntag. 2. p. lib. 15. c. 4. Augustin. Barbos. *Alban. Manfr. Plato. Albert. Scappo. Bellarm. Asor. Vasq. Frā. Leo. Baron. Pe. Greg. Aug. B.*

Germon. *Zequius.* bos. de pastorali solicitudine 3. p. allegatione. 50. Anastas. Germon. tomo 1. in tractat. de indult. §. *Cardinal.* Zequius de Republica Ecclesiastica de *Carrar.* statu Illustr. Cardinal. Paul. Carrar. in *Henric.* Canon. ac morali Theologiæ q. 3. Henriquez in summa lib. 10. cap. 25. §. 2. Et probatur primo, quia auctoritatem habent eligendi Romanum *C. Licet.* Pontificem, iuxta text. in cap. *Licet*, *C. In nomine.* de electione, cap. *In nomine Domini.* 23. dist. Secundo, quia iidem assistũt in cura, & regimine totius vniuersa- *Cap. Per verab.* lis Ecclesiæ, iuxta textum in cap. *Per* B *C. Fundamenta.* *venerabilem*, vers. *Sint autem*, qui filij sint legit. cap. *Fundamenta*, §. *Decet*, de electione libr. 6. Tertio, quia eorum insuper consilio, & cura, tota vniuersalis Ecclesia regitur, iuxta textum in *C. Bonæ.* cap. *Bonæ* de Postulatione Prælatorũ. Tandem, quia locum Apostolorum, & sacerdotũ Leuitici generis tenent, prout infrà declarabimus, ac maioribus, & grauioribus negotijs præsunt, quę in Ecclesia Dei reperiuntur. Vndè de illis interpretãtur prædicti Do- *1. Reg. 2.* ctores illud, quod 1. Reg. cap. 2. legi- C tur, *Domini sunt Cardinales, & posuit su- Zachar. 4* *per eos orbem*, & Zacharias cap. 4. *Assistunt tanquam filij dominaturi vniuersæ terræ sustinentis, non vrbis, sed orbis vni- D. Bern.* *uersi pondus.* Et D. Bernard. libr. 4. ad Eugenium, eos appellat *seniores populi, iudices orbis, & Papæ coadiutores*, alijsque infinitis titulis condecorantur, quæ in hanc veritatẽ supracitati Doctores cumulant, & nos dicemus in §§. sequentibus. Et ne de illa aliqua *Clemẽs 6.* dubitatio esset Clemens 6. propria D auctoritate specialem hac de re constitutionem promulgauit, qua mandat, *Ne in Christi Ecclesia vlla maior Cardinalatu dignitas existimetur*, vt testatur Manfred. in dict. tract. cap. 6. in *Mãfred.* A fine, & refert Plato. Asor, Vasquez, *Plato.* Alberterch. suprà citatis locis. *Asor.* *Vasq.* *Alberte.*

§. I.

De origine, & antiquitate Cardinalatus, & de eius nominis significatione.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus dignitatem à iure diuino institutum fuisse tenent aliqui.*
2 *Cardinales idem sunt hodiè, quod erant olim Leuitici generis sacerdotis.*
3 *Duplex opinio circa significationem nominis Cardinalis.*
4 *Cardinalatus dignitas à iure positiuo, seu Pontificio instituta est secundum veriorem sententiam.*
5 *Nomen hoc, Cardinalis, quid significet, & vnde deriuetur secundum veriorem opinionem.*
6 *Cardinales, quare sic simpliciter dicantur, ex sententia Vasquij.*
7 *Episcopos, qui ad electionem summi Pontificis conueniunt Cardinales dici posse putauit Vasquius.*
8 *Reprobatur prædicta sententia Vasquij circa simplicem significationem nominis Cardinalis.*
9 *Interpretatur text. in cap. Præsul. 2. q. 5. & text. in cap. 2. de officio Archipresbyt.*
10 *Cardinalatus dignitas à Pontificibus introducta, & in quibus Cardinalium officium consistat.*
11 *In primis Ecclesiæ temporibus Pontifices Prasbyteros, & Diaconos Cardinales instituere cœperunt.*
12 *In initio nascẽtis Ecclesiæ dum præsbyteri, & Diaconi pauci essent, omnes ad Concilia, & Pontificis electionem vocabantur.*

13 *Ex*

13 *Ex quo tempore Summi Pontificis electio ad solos Cardinales pertinere caperit.*

14 *Ex quo tempore Cardinalatus dignitas per se à cæteris Ecclesiæ dignitatibus distingueretur.*

15 *Cardinalatus dignitatem à iure diuino institutam putauit Turrecrem. sed malè.*

16 *Respondetur ad 1. Turrecrem. fundamentum.*

17 *Respondetur ad secundum.*

18 *Quid repræsentet sacrorum Cardinalium Collegium.*

1 QVamuis autem compertum sit post supremam Pontificis dignitatem; primam, & præcipuam esse Cardinalatus, seu purpuræ, non satis tamen inter Doctores constat de ipsius origine, & antiquitate, nec etiam de nominis ratione. Nam imprimis circa originem, aliqui nimium huic ordini fauere volentes contendunt dignitatē hanc de iure diuino fuisse institutam. Primo in Deuter. vbi reperiebantur sacerdotes Leuitici generis, qui erāt Consiliarij, quos hodiè Cardinales esse interpretatur Romanus Pōtifex

2 *Cap. Per venerab.* in cap. *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi, ibi, *Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, &c.* Sic intendens eo tempore fuisse Cardinales, licet non sub hoc nomine, sed sub nomine sacerdotum. Deindè ab ipso Christo Domino, cui Apostoli ante eius gloriosam ascensionem assistebant veluti Consiliarij, iuxta illud Lucæ. 22. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*, posteaquè Petro tanquam Summo Pastori etiam assistebant ante diuisionem ad singulas prouincias, vt latiùs prosequuntur Turrecremat. lib. 5. de summ. Ecclesia cap. 80. Barbat. d.q.1. nu.26. alijs fundamentis hanc opinionem corroborantes. Circa nominis verò explicationem est etiam dissensio: nam aliter explicat Leo nonus Pōt. Max. in epistola ad Michalem cap. 32. aliter Onufrius Panuin. in lib. de Episcop. titulis, & Diaconis Cardin. existimans præsbyteros, vel Diaconos Cardinales eos dici, qui alijs præsbyteris, vel Diaconis eiusdem Ecclesiæ præerant, quasi principales præsbyteri.

Luc. 22. *Turrecr.* *Barbat.* 3 *Leo 9. Papa.* *Onuf. Pauin.*

4 Cæterùm, neque hæc verbi Cardinalis explicatio, neque altera de ipsorum origine opinio in proposito arridere possunt, primam enim constanter reijciunt Henriquez, & Bellarm. in locis statim referendis. Soto in 4. dist. 24. q.2. art.4. contendentes Cardinalatum esse de iure positiuo, & Pontificio ex statim dicendis clarissimè apparebit; alteram verò Onufrij, vt eleganter carpit idem Bellarmin. tom.1. lib. 1. de clericis cap. 16. eò quod in eodem titulo plures aliquando erant Cardinales, siue Præsbyteri, siue Diaconi, vt constat ex Synod. 5. Gregor. quam citat: non igitur is tantum Cardinalis dicebatur, qui titulo, seu alijs præerat, minimè tamē Bellarmini explicatiō placet Vasquio propter ea, quæ statim dicemus.

Henriq. *Bellarm.* *Soto.* *Synod. 5.* *Bellarm.*

5 Sed, vt plena de Cardinalibus fiat cognitio, veritasq; tam in hoc, quàm in alijs appareat articulis, aliter res est explicanda. Et primò circa nominis significationem, & rationem est obseruandum, nomen Cardinalis idem significare, quod principalis, siue is, à quo cæteri pendent, vt à Cardinali ostium

ostium,hinc appellatur virtutes Cardinales,quasi principales, venti Cardinales,& puncta cœli Cardinalia, ac tandem illi, qui Romano Pontifici assistunt in Concilijs, & Regimine Ecclesiæ Cardinales quasi super illis, & super Romano Pontifice tanquam ostium super cardine,regimen totius Ecclesiæ voluatur,& regatur,vt à Pō tifice, inquit textus, in cap. *Sacrosancta* in fine.22.dist.& explicat Leo Papa in d. cap. 32. Gloss.2. in cap. 2. de officio Archidiaconi, quam sequuntur omnes nouiores, quæ quidē explicatio, quamuis rectè doceat cur Cardinales Romanę Ecclesiæ dicantur præcæteris,& per antonomasiam Cardinales, non tamē explicat quare simpliciter dicantur Cardinales,cum constet etiam alibi præter Romam, multos esse, & fuisse, qui Cardinales dicerentur, qui tamen Pontifici in regimine Ecclesiæ assistebant, vt ex D.Gregorio in multis locis obseruat Bellarmin. vbi proximè, Plato cap.2. Baron. tomo 10. anno 881. §. *Quod autem*. Gregor.syntagmat.2.p.lib.15. cap. 4.

C. Sacrosancta. Leo Papa Glossa.

Bellarm. Plato. Baron. Pe.Greg.

6 *Vasq.* Verumtamen Vasquez dicta disp. 242.cap.2.inquit nomen Cardinalis, primum impositum fuisse personis, videlicèt Diaconis, non autem titulis,seu Ecclesijs,vel locis.Nomen autem Cardinis, impositum fuisse primò locis, non quidem Ecclesijs, sed regionibus ciuitatis Romæ, & prætereà indè ad Diaconos nomen non cardinis,sed Cardinalis deriuatum,& tandem ad Præsbyteros, & Episcopos, eorumque titulos, seu Ecclesias accommodatum nomen. Et probat primò,quia nomen Cardinalis à Cardine dictum fuit, non è contra: igitur si nomen Cardinis impositū fuit A alicui loco, personas quoque ab eo loco posteà rectè dictas fuisse Cardinales apparet, certumque nomen Cardinis impositum fuisse locis, nēpè regionibus vrbis, in quibus Diaconi constituti dicti sunt Cardinales; ex quo signum est nomen Cardinalis à loco in personas deriuatum fuisse. Affert probationem ex Synodo 2. Romana sub Syluestro. Et secundò probat, quia septem Diaconi, quos Syluester in ea synodo cap.6. primus B Cardinales appellauit, quasi cardini assignatos,& astrictos prius dicti fuere regionarij, videlicèt quod singuli singulis regionibus ciuitatis Romæ essent designati à Fabiano Papa in epistola.1.qui in septem regiones vrbem diuisit,& singulis, singulos Diaconos pręfecit,quos regionarios vocauit; cum igitur dicti sint regionarij à regione, ita Cardinales à cardine. Vnde inquit,regionem ipsam ciuitatis dictam fuisse Cardinem ciuitatis, C & ita Ecclesia,seu titulus illius regionis,indè Cardinales, aut etiam cardo dici potuerit. Denique sicut venti Cardinales dicuntur, quia efflant ex partibus illis, quæ Cardines mundi vocantur,quasi in Cardinibus mundi existentes,ita etiam,& Diaconi præfecti partibus ciuitatis, quæ cardines dicebantur, Cardinales rectè vocari debent.

Synod. 2. Syluest. Fabian. Papa.

Posteà hoc nomen extensum esse ad Præsbyteros, & Episcopos affirmat ad præsbyteros Romanos, qui 7
D titulis erant præfecti, ac proindè pręcipui,& Cardini adstricti; ad Episcopos,qui ad electionem Pontificis cōueniunt, quia inter cæteros Episcopos orbis, eo ipso quod ad electionē vocaren-

vocarentur, haberentur etiam præcipui, atque eodem pacto Ecclesia præcipuæ ciuitatis Romanæ Cardines, seu Cardinales vocatæ sunt.

8 Ab his tamen dissentio cum Bellarmino, idque ob hoc præsertim argumentum, quod in illa Gregorij synodo, de qua ante diximus, quæ extat inter eius epistolas cum triginta quinque subscribant præsbyteri, qui omnium consensu sunt Cardinales, eiusdem tamen Ecclesię bini subscribunt, vt Sancti Syluest. Damas. Balbin. & aliarum.

Synodus Gregor.

9 Quare resoluendum est nomen hoc primum impositum esse loco, & ab illo ad personas deriuatum; quædam enim Ecclesiæ principales, in quibus Baptismata, v. g. conferebãtur, dicebantur tituli Cardinales, ad differentiam scilicèt aliorum locorũ, seu Ecclesiarum minus principalium, vt constat ex Concil. Meldens. can. 54. vbi legitur titulos Cardinales in vrbibus suburbijs constitutos Episcopus canonicè ordinet, & disponat. Similiter loca quædam principalia in vrbe distincta, iuxta numerum regionum, dicebantur diaconiæ Cardinales, hoc principales, indèque factum est, vt præsbyter, qui prædictam Ecclesiam regebat, siue Diaconus, qui in prædicto loco residebat appellaretur præsbyter Cardinalis, vel Diaconus Cardinalis, facta translatione nominis loci ad personas, vt sæpè contingit, quam Bellarmin. explicationẽ posteà sequitur Henriq. lib. 10. de sacramento ord. cap. 27. in princ. eamq; eleganter probat text. in cap. *Pastoralis.* 7. q. 1. ibi, *Cardinalem sacerdotem.* cap. *Relatio*, ibi, *Cardinalem postulant te constitui sacerdotem.* 21. q. 1. Sic in hoc

Conc. Meldens.

Bellarm. Henriq. C. Pastoralis. C. Relatio.

A sensu præsbyteri, siue Diaconi Cardinalis mentionem facit text. in cap. *Præsul.* 2. q. 5. qui ex decretis Syluestri in Synodo sumptus est, dum minores testes ad condemnandum Cardinalem requirit, quam Episcopum, sic in eodem sensu, & significatione diaconi Cardinalis meminit idem Syluest. in cap. *A subdiacono.* 93. dist. dum solummodò à subdiacono, & deinceps obedientiam diacono Cardinali præstare iubet; sic tandem intelligendus est textus in d. cap. 2. de officio archi-

Ca. Præsul.

C. A subdiacono.

C. 2. de offic. Archpresbyt.

B præsbyt. dum Archipræsbytero iniungit, vt circa ministeriũ prouideat. Plura autem circa tria nomina Cardo, Cardinalatus, Cardinalis, dixit Gregor. Magn. Quæ omnia videri possunt apud Vasq. Plat. & Asorium dictis locis.

Gregor. Magn. Vasq. Plato.

Inspecta igitur nominis Cardinalis significatione, & etymologia; ad rem melius pernoscendam, nunc videbimus, quomodo, & quo tempore sit hæc Cardinaltus dignitas instituta? 10

C Licet autem dignitas hæc, quæ nihil aliud importat, quàm officium assistendi Summo Pontifici ad tractanda negotia, quæ in Ecclesia Dei contingunt, vt ex ipsa nominis etymologia, & origine apparet Deuteron. cap. 17. figurata fuerit in sacerdotibus illis Leuitici generis, qui erant Consiliarij supremi iudicis, de quibus loquitur text. in cap. *Per venerabilem*, qui filij sint legitimi, posteàq; magis ad viuum expressa in Apostolis, qui sicut Christo aderant pro ministris

Deut. 17.

Cap. Per venerab.

D ante eius ascẽsionem, iuxta illud Lucæ. 22. *Vos estis, &c.* ita etiam post illã Petro Ecclesiæ pastori iam constituto pro ijsdem altiterunt, antequam ad singulas prouincias proficiscerentur.

Luc. 22.

tur. Nihilominùs tamē dignitas hæc prout importat illud officium per se distinctum, & separatum, ordinemq; seu gradum peculiarem in nostra hierarchia tenet à iure diuino, aut Apostolis, instituta non fuit, sed posteà à Pōtificibus introducta, quicquid repugnent Alban. Manfred. Barbat. Alberterch. & alij, qui de Cardinalibus scripsere. Quod. vt apertum fiat, sciendum est. In primis Ecclesiæ temporibus Pontifices, in quibusdam titulis, seu Ecclesijs principalibus, præsbyteros, aut diaconos instituisse, qui, vt suprà diximus, Cardinales dicebātur; sumpto nomine ab ipsis locis, quasi principales. Nām Euaristus, qui fuit 5. à Petro instituit Romæ septem titulos præsbyterorum, & septē diaconos in paræcijs. Pontianus qui fuit 17. anno 236. propter baptisma, & sepulturarum curam quindecim Cardinales instituit, Marcellus 25. circa annum 1314. & similiter alij Pontifices, vt ex Chronicis abundè constat, Baron. tom. 10. anno 882. §. *Quod autem*, cum sequentibus, Plato d. cap. 2. Asor dicto cap. 1.

Alban. Manfre. Barbat. Albert. — 11 — *Euarist. Papa. Pontian. Papa. Marcel. Papa. Baron. Plato. Asor.*

12 Licet autem Apostolorum tempore per multos deindè annos dum adhùc præsbyteri, & diaconi pauci erant, omnes insimul ad Concilia, & Pontificis electionē vocarentur, non distinguendo Cardinales à non Cardinalibus, vt habetur in cap. *In nomine Domini*. 23. dist. & multis alijs, quę habentur 63. dist. crescenteque posteà cleri multitudine, quāuis omnes electi interessent soli, tamē principales, nempè Cardinales ad Concilia vocarentur, vt constat ex Synodo Gregorij lib. 4. Regist. cap. 88. in quo solùm interfuerunt ex præsbyteris. 34. titulares omnes, id est Cardinales, cū tunc temporis multò plures præsbyteri Romæ esse debuissent. Nihilominùs tamen postremis quingentis annis res tota ad solos Cardinales deuoluta fuit, qui, & soli à præsbyteris, aut diaconis Concilijs intererant, & soli Pontificem eligebant, eidemquè insuper in negotijs assistebant, vt manifestè patet ex tempore Diui Gregorij primi, in quo soli Cardinales vocabantur ad Concilium Papæ, & ad Concilium, vt patet ex prædicta Synodo, refertque Volaterran. Antrepol. lib. 22. anno. 388. Vasq. Plato, & Asor. suprà citatis locis. Ex quo factum fuit, vt Cardinalatus dignitas, ex tunc cęperit per se distincta haberi, importans officium illud assistendi Pontifici, Cardinalesq; per antonomasiam cæperunt nuncupari illi, qui Pontificem in regimine Ecclesiæ adiuuabāt. In hoc ergo sensu sæpè Cardinalium meminere Pontifices antiquissimi Pontian. & Marcellus, de quibus suprà, Syluest. primus in cap. *Præsul*. 2. q. 6. & in cap. *À subdiacono*. 93. dist. Stephanus 1. in cap. *Oporteat*. & in cap. *Si quis ex Episcopis*, in cap. *Si quis ex pœnitentia*. 79. dist. Ioan. 8. lib. Canon. cæteriquè deinde Pontifices, vt iam appareat falsò opinatum fuisse Volaterran. qui, vt refert Henriquez d. cap. 27. litera I. Vasquez capite 2. existimabat prædictam dignitatem à Benedicto octauo institutam fuisse anno Domini. 1023. circa quod vide Baron. Plato, Vasq. Asor, Alberterch. & Gregor. syntagmat. dictis locis.

C. In nomine. Synodus. Gregor. Volaterr. Vasq. Plato. Asor. C. Præsul. C. à subdiacono. C. Oporteat. C. Si quis ex. C. Si quis ex pœnit. Henriq. Vasq. Baron. Plato. Vasq. Asor. Alberter. Gregor.

13 Apparet etiam minus probabilem videri communem Doctorum sententiam affirmantium prædictam dignitatem

tatem à iure diuino institutam fuisse
Deut. 17. Deuteron. 17. & ab ipso Christo D. cui Apostoli ante mortem, seu ascensionem, veluti Cardinales assistebāt, vt multis rationibus probare conatur
Turrecr. Ioannes à Turrecrem. lib. 1. summæ cap. 80. Constat enim ex modò dictis illam multò posteà à Romano Pontifice institutam paulatim fuisse. Neq; obstant fundamēta, quibus mouetur. Ad primum enim ex illo Deuteronomij, iuncto tex. in cap. *Per venerabilē*, qui filij sint legitimi, vers. *Sunt autem*, vbi Pōtifex illum locum referens de Cardinalibus interpretatur, asserens Cardinales hodie, olim fuisse sacerdotes Leuitici generis, ibi, *Sunt autē, &c.* Omissa aliorum responsione, qui prædictum textum intelligunt de Episcopis, eò quod fratres appellentur, cui intellectui manifestè repugnat text. expressus in cap. *Fundamēta*, §. *Decet*, de electione lib. 6. Verius, & planius responderi potest argumentū solum concludere in Deuteronomio præcessisse figuram Cardinalium in illis sacerdotibus, seu Cōsiliarijs, sicut etiam præcesserunt figuræ omnium ferè rerum, quæ in nouo testamento debebant contingere; non tamē proindè dicendū esse Cardinalatus dignitatem, ibi iam institutam fuisse; quemadmodum etiam dici non potest, cætera ibi fuisse ordinata, quorū typi ibidē reperiantur. Tex. autem in d. cap. *Per venerabilem*, hoc etiam solum voluit affirmare, asserens Cardinales hodiè lege gratiæ illos esse, qui anteà in Deuteronomio sacerdotes erant Leuitici generis, Summumque Pontificem illum iudicem; qui ibidē etiam supremus erat; ibi, *Is verò super eos sacerdotes, &c.* Vnde quemadmodum ex hoc dici non potest supremā

Cap. Per venerab. *C. Fundament.* *C. Per venerab.*

A Pontificis dignitatē ibi iam institutā fuisse, cum multò posteà à Christo D. Ioannis 21. fuerit ordinata; sed solum illius ibidem reperiri figuram; ita etiā deindè non est; Cardinales iam ibidem institutos. *Ioan. 21.*

17. Ad 2. verò ex facto Apostolorum respondeo factū illud non importare institutionē Cardinaliū, cum talis institutionis Euāgeliū nunquā mentionē faciat, sed solum cōcludere officiū hoc Cardinalium in se sumptum assi-
B stendi Pontifici ab illo tempore iam ortum habuisse. At verò prout prædictum officium importat dignitatē, seu ordinem per se distinctum, & separat eum ab alijs cum prædicto officio, non potest dici ab Apostolis, sed multò posteà à Pontificibus introductū fuisse, iuxta supradicta; aliàs enim sequeretur in primis Ecclesiæ temporibus omnes indistinctè presbyteros, & diaconos Cardinales fuisse cū omnes indistinctè ad Concilia Papę,
C & electiones vocarentur, quod tamē est absurdum. Cætera argumēta pro hac parte facili negotio dissolui per se possent, & ideò non est, cur in eis amplius immoremur, omnia videri possunt apud Vasquium dicta disp. 242. *Vasq.*
cap. 4. per totum. 18 Circa tamen repræsentationem sacri Collegij Cardinalium, alij dicunt sacrum Dominorum Cardinalium repræsentare totū ministrorum Ecclesiæ corpus; quam opinionem fundant super auctoritatē Actorum Apost. nam antequā Chri-
D sti discipuli diuiderentur per vniuersum terrarum orbem *prædicantes Euangelium omni creaturæ baptizantes, &c.* Hierosolymis erat summus sacerdos Petrus, scilicèt, & maiores

sacerdotes Apostoli scilicèt, & minores septuaginta duo discipuli, scilicèt, qui omnes vna cum summo sacerdote prædicabant Dei verbum; baptizabant, & reliqua sacramenta Ecclesiæ ministrabant, sanctamq; Ecclesiã gubernabant, & ministros Ecclesiæ eligebant: vnde elegerunt Matthiam in locum Iudæ proditoris; elegerunt, & septem Diaconos, decidebant etiã & definiebant ea, quæ ad fidem pertinerent; vnde cum orta esset contẽtio, quid opus esset circuncidi, qui salui fieri vellent, ipsi deciderunt, & definierunt non opus esse. Hierusalem nostris temporibus nulla alia ciuitas est, quam Roma: in qua residet summus Sacerdos, & sacrum Cardinalium Collegium, quod cum summo Sacerdote eligit ministros Ecclesiæ, Episcopos, & reliquos prælatos gubernat vniuersalem Ecclesiam catholicam, decidit, & definit omnia negotia ecclesiastica, omnes quęstiones tam de iure diuino, quàm positiuo: vnde omnes prælati, qui per totũ terrarum orbem dispersi sunt ad ciuitatem Romanam confugiunt ad hoc sacrum Collegium, tanquam ad alteram Hierusalem, vbi residebat summus Sacerdos, & maiores, & minores sacerdotes, & diaconi in omnibus difficultatibus, quæ occurrant. In hoc enim sacro Collegio, in quo residet sũmus Sacerdos, tota sita est Ecclesię auctoritas; quo supposito, hæc sentẽtia, quãuis, inquit, quod sacrũ dominorũ Cardinaliũ Collegiũ totũ ministrorũ Ecclesiæ corpus repræsentet. Probatur, quia in Cardinalib' sunt Episcopi Cardinales, qui repræsentant omnes orbis Episcopos, sũt Cardinales præsbyteri, qui repræsentãt omnes pręsbyteros, sunt diaconi Cardinales, qui repræsentãt omnes diaconos vniuersalis Ecclesię, quẽadmodũ Hierosolymis erãt Petrus summus sacerdos, Apostoli, qui sunt Episcopi, septuaginta duo discipuli, qui sũt presbyteri, & diaconi. Licet verò hæc opinio probari non possit, quia tamen optimis interpretationibus indicatur, & varijs similitudinibus exornatur aliquo modo placere potest.

A

§. II.

B *De excellentia, & prærogatiua dignitatis Cardinalium.*

SVMMARIVM.

1 *Duplex est dignitatum genus, vnum sæculare; alterum ecclesiasticum.*
2 *Cardinalatus dignitas antecellit omni sæculari dignitati, etiamsi regia.*
3 *Quanto spiritus nobilior est corpore, tantum spiritualia temporalibus.*
4 *Vtraque potestas sæcularis, & ecclesiastica populorum bono consulit.*
5 *Potestas sæcularis respicit bonum morale.*
C 6 *Potestas ecclesiastica bonum supernaturale curat.*
7 *Cardinales iudices orbis, & seniores populi appellantur.*
8 *Cardinales seniores populi appellantur.*

PRimum igitur sciẽdum est, cũ inter homines duo sint dignitatum genera, vnum sæculare, & laicum, alterum sacrum, & ecclesiasticum, nullam esse posse dubitationem, quin hoc longè illi antecellat; talis est Cardinalatus dignitas, respectu sæcularis, quæcunque, & quantuncunque sit sæcularis dignitas, etiamsi regia, & ita Beatus Gregorius, *Quis dubitet* (inquit) *sacerdotes* 1

D

B. Greg.

dotes Christi Regum, & Principum, om-
A *niumq; fidelium patres, & magistros cen-*
seri. Neque obscura est huius rei ra-
tio; est enim altera dignitas spiritua-
lis, altera terrena, & humana. Quare
3 quanto spiritus nobilior est corpo-
re, tanto spiritualia temporalibus, vt
Innoc. 3. Innocentius Pontifex ad Imperato-
rem ipsum scribit in cap. *Solitæ*, de
C. Solitæ. maioritate, & obedientia. Apparet
hoc etiam ex ipso fine: nam vtraque
sanè potestas populorum bono con-
sulit, quod in hoc consistit, vt viuant
B ex virtutis regula; sed hoc interest,
4 quod sæculari prepositum est bonum
morale, quod est naturale; spiritualis
autem aliud quoddam bonum curat,
quod est multo altius, & excellen-
tius, nempè supra omnem naturam.
5 Quare hoc positum esse debet eccle-
siasticam dignitatem ipso genere, ita
præstare laicæ, vt ne sit quidem com-
paratio; quod si hoc valet in omni ec-
clesiastica dignitate, quid de ea di-
cendum est, quæ inter ipsas ecclesia-
C sticas præcipuum tenent locum. Car-
6 *D. Bern.* dinales enim D. Bernardus appellat
Dinus. seniores populi. Dinus iudices orbis,
Turrecr. quæ, & multa alia refert Turrecrem.
Vuald. d. lib. 1. cap. 81. Vualdēs. lib. 2. doctri-
Plato. næ fidei. art. 54. Plato cap. 3. per totū,
Bellarm. Bellarmin. in Apologia cap. 4.

7 Quarè, vt verius appareat obser-
uandum est Cardinalatus dignitatem
ab anterioribus Pontificibus intro-
ductam successores varijs posteà of-
ficijs, dignitatibus, & priuilegijs con-
decorasse, de quibus in sequentibus
D aliqua attingemus, inter quæ ab In-
Innoc. 4. *Cōc. Lugdun.* nocentio 4. in generali Cōcilio Lug-
dunēs. anno 1243. instituta sunt quæ-
dam insignia huius dignitatis, vt vehi
equo, & vti galero, seu pileo rubro, &

purpura, vt testantur historici omnes
de vitis Pontific. Genebr. lib. 4. pag. *Genebr.*
385. Onufr. in Chron. anno 1250. Ba- *Onufr.*
ron. dicto loco, & tom. 10. anno 882. *Baron.*
§. *Quod autem*; idque in significatio-
nem quasi Cardinales parati sint ad
fidei defensionem cum sanguinis, &
vitæ periculo, quemadmodum in sua
creatione iurant, posteàque Paulus *Paul. 2.*
secundus, & alij alia insignia ad or-
namentum addiderunt, quæ latè re- *Manfre.*
fert Manfred. de Cardinal. cap. 5.
neque est cur in eis referendis im-
moremur. Hinc ratio prouenit qua-
rè Diuus Hieronymus pingatur cum
galero rubro, vt experientia patet;
& asserit Molin. lib. de pictur. & ima- *Molin.*
ginib. sanctor. cap. 22. & 69. cum non
esset præsbyter antiochenæ Eccle-
siæ, vt ipse testatur in epistola. 61. ad
Pamach. fungebatur Cardinalis of-
ficio sub titulo Sancti Laurentij, quia
sæpè à Damaso Papa, tanquam ip-
sius Consiliarius ad consultationes
vocabatur, vt ipse etiam dicit in epi- *D. Hier.*
stola ad Geruntiam; & Genebr. in *Genebr.*
Chron. in vita Damasci anno 383.
ideoquè ad hoc significandum cum
insigni Cardinalis depingitur. Et ad
idem confirmandum, afferunt etiam *C. Quanquam.*
Doctores text. in cap. *Quanquam.* 2.
q. 7. ibi, *Augustinus tamen minor est
Hieronymi*, vbi asserunt ideò Augu-
stinum se minorem dicere Hierony-
mo, quia Augustinus Episcopus erat,
Hieronymus verò Cardinalis, fateor
tamen de hoc multos graues dubitas-
se, neque rem esse adeò certam. 8

Addo ad finem huius obseruatio-
nis ad similitudinem cœlestis Hie-
rarchiæ, triplicem quoque ordinem
Hierarchicum in Cardinalibus repe-
riri; alij enim sunt Cardinales Epis-

copi, qui in festis maioribus debent coram Pontifice solemnia sacra peragere. Alteri vero Cardinales præsbyteri, qui secundum tenent locum, & in sacris peragendis etiam deseruiunt; & tandem Cardinales Diaconi ad quos pertinent, Pontificem cum sacra peragentem sacris vestibus induere, diademata capiti imponere, & similia, Cardinales Episcopi cæteros præcedunt, & inter illos Hostiensis excellit inter omnes, vt notatur in cap. *Antiqua*, de priuilegijs, deindè Cardinales præsbyteri, diaconos, vt probat caput, *Cum redemptor.* 12. quæstione secunda, & regula cap. *Statuimus*, de maioritate, omnes simul iuncti fratres à Pontifice appellantur. cap. *Ingenesi*, cap. *Ecclesia*, de electione, quanuis disiunctim Papa Cardinalem Episcopum solùm appellet fratrem, Præsbyterũ vero, & Diaconum filium. cap. *Dilecto filio*, de supplenda negligentia prælat.

Hostiens. C. Antiqua. Ca. Cum redempt. C. Statuimus. C. Ingenesi. C. Ecclesia. Ca. Dilecto.

Cognita ergo origine, institutione, & excellentia Cardinalium apparet iam illos iure optimo in nostra Ecclesiastica Hierarchia primum post Pontificem gradum obtinere, cum enim regimini totius vniuersalis Ecclesiæ inuigilent, & in hoc ipsorum dignitas, seu officium positum sit, iuxta suprà dicta, & infrà dicenda; cæteris verò prælatis hoc non ita ex officio incumbat, sed quid aliud longè diuersum, meritò effectum fuit, vt ratione illius digniores habeantur, præstantioremque gradum obtineant.

§. III.

De comparatione Cardinalium cum Episcopis.

A

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus, seu purpuræ dignitas maior, & sublimior est Episcopali.*
2 *An Augustinus minor esset Hieronymo,*
3 *Cur Cardinales illustres, Episcopi verò clarissimi appellentur.*
4 *Nullus in Ecclesia Dei maior est Episcopali, ordo.*
5 *Cur Romanus Pontifex se Episcopum appellet.*

B

6 *Quare Summus Pontifex Episcopos fratres, cæteros verò filios nominat.*
7 *In sede Concilij Episcopi præcedebãt Cardinales.*
8 *Ex ordine sedendi dignitatis maioritas ostenditur.*
9 *Episcopus ratione ordinis, & iurisdictionis in propriam diœcesim maior est Cardinalibus.*
10 *Episcopus in sua diœcesi habet iurisdictionem ordinariam.*
11 *Cardinalis in suo titulo est tanquam Parochus Episcopo subiectus.*

C

12 *Qui maioribus præest negotijs de iure dignior reputatur.*
13 *Ordo sedendi in Concilijs mutatus fuit inter Episcopos, & Cardinales.*
14 *A quo tempore Cardinales cœperunt præcedere Episcopos in sede Concilij.*
15 *Ratio huius præcedentiæ, & origo assignatur.*

D

16 *Tempore Pipini, & Caroli Magni accessit Ecclesiæ Romanæ principatus temporalis, & plena potestas deuoluta fuit ad Cardinales.*
17 *Episcopi à Cardinalibus iudicantur, creantur, & deponuntur.*

Ex

1 Ex dictis iam constat nostri Cardinalatus, seu purpuræ dignitatem maiorem esse, & sublimiorem Episcopali; cum enim iuxta modò dicta secundum obtineat gradum in nostra Ecclesiastica Hierarchia, Episcopi vero inferiorem necessario fatendum est illorum dignitatem Episcopali anteferri in idem adducunt communiter Doctores textum in dicto cap. *Quanquam*. 2. quæst. 7. ibi, *Augustinus tamen minor est Hieronymo*, qui quidem in effectu parùm probat, cum nec de certo constet Diuum Hieronymum fuisse Cardinalem, & videatur Augustinus illa verba causa humilitatis proferre.

C. Quanquam. 2

3 Denique facit quod Cardinales Illustrium, Episcopi verò clarissimorum titulo decorantur; planè titulus illustrium clarissimum antecellit, vt notatur in Rubrica ff. de officio eius, & probat l. 2. Cod. de Sportul. Ex quibus, & multis alijs ita in hanc sententiam cōmuniter consentiunt scribentes. Alban. q. 7. Barbat. q. 1. ex n. 49. Plato cap. 4. Albertech. cap. 2. & infiniti alij, qui Cardinalibus scripsere, vt videre est per Bellarmin. Asor. Petrum Gregor. Anastas. Germon. & Vasquez dictis locis.

Rub ff de offic. eius. L. 2. C. de Sportul. Alban. Barbat. Plato. Albert. B. Barm. Asor. Pe. Greg. Germon. Vasq.

4 Cæterùm quia in contrarium obstat; quod apud sacros Canones passim legitur, nullum in Ecclesia Dei maiorem Episcopali ordine reperiri, vt notatur in cap. *Quoties*. 1. q. 8. & in cap. *Antiqua*, de priuileg. & constat ex Dionysio lib. 5. de Ecclesiastica Hierarchia, ob idque Romanus Pontifex se Episcopum appellet, iuxta glossam verbo *Episcopus*, in proœmio ibi, *Episcoposque fratres, cæteros verò filios nominet*, cap. *Quam graui*, prima distinctione; deindè, quod in Concilio Carthagin. 4. & in Concilijs Romani Episcopi præcedebant Cardinales in sede Concilij, & actibus plurimis; constat autem ex Ordine sedendi, maioritatē dignitatis ostendi. Iuxta textum in capite *vltimo*. 93. distinctione. Controuersia hæc, & quæstio sub distinctione est dirimenda, si enim consideremus ordinis potestatem, vel iurisdictionem in propriam Ecclesiam, veluti diœcesim, certum esse debet Episcopos maiores Cardinalibus, maioremque dignitatem habere; Episcopus enim ordinat præsbyteros, consecrat, confirmat, aliaque id genus facit, quæ Cardinales præstare nequeunt. Insuper Episcopus in sua diœcesi habet amplam, & ordinariam iurisdictionem, veluti Pastor, Cardinalis verò in suo titulo est tanquam Parochus, Episcopo subiectus. Cæterùm si administrationem consideremus, & regimen Ecclesiæ vniuersalis, Cardinalis sine dubio Episcopo maior censeri debet, cum, vt suprà diximus, Cardinalium officium sit regere cum Summo Pontifice totam Ecclesiam, illiusque negotia tractare; Episcopus verò non nisi rarissimè; circa hæc negotia inuigilet, scilicèt cum ad Concilium vniuersale vocatur. Vndè quia ille, qui maioribus præest negotijs de iure dignior reputatur, iuxta textum in capite, *Per singulas*. 3. in ordine 9. quæstione tertia, Authentic. de defension. ciuitatis, §. *Nos igitur*, ideò absolutè Doctores dicunt Cardinalatus dignitatem Episcopalem maiorem esse.

Cap. Quoties. C. Antiqua. Dionys. 5 *Glossa.*

C. Quam graui. Conc. Carthag. 6 *Cap. vlt.* 7 8 9 10 11 12 *Cap. Per singulas. Auth de defens. ciuit.*

A B C D

13 Ex qua resolutione, & distinctione, cessat iam primum argumentum A contrarium. Ad secundum verò de sede in Concil. dicendum est verum quidem esse olim Episcopos præcessisse Cardinales in Concilijs, & alijs actibus, vt constat ex dicto Concilio Carthagin. 4. & alijs, ideòque Cardinalatum gradum fuisse ad Episcopatum, vt ex Onufrio in lib. de Cardinalibus, & D. Gregorius, obseruant Bellarm Henriquez, Vasquez, Asor, & supracitati Doctores dictis locis, posteà tamen ordinem hunc fuisse mutatum, Cardinalesq; cæpisse præcedere, Episcopos etiam in sede Cōcilij, & episcopatum gradum esse ad Cardinalatum, constat ex Concilio

Onufr. D.Greg. Bellarm. Henriq. Vasq. Asor.

14 Nicæno, Ephesino, Calcedonensi. 6. 7. & 8. synodo generali, vbi præsbyteri Cardinales sederunt ante Episcopos, idque etiam obtinuit vsus in Concilijs, cuius rei duplex ratio, & origo assignatur à Bellarmino dicto

Conc. Nicen. Ephesin. Calced. Synod. gener.

15 loco; vna quod ad solos Cardinales deuoluta sit electio Summi Pontificis, C cum anteà ad omnes pertineret; altera verò, & magis propria, quod cum anteà Cardinales neque soli, neque primarij essent Conciliarij Pontificis; primis enim sexcētis, vel octingentis annis Pontifices adiudicanda grauiora negotia cogebant Concilia nationalia Episcoporū Italiæ, in quibus aderant non solùm Cardinales, sed etiam Episcopi non dabatur ratio, cur eo tempore Cardinales Episcopis anteponeretur, cum tunc Episcopi æquè, vel magis adiuuarent Pōtificem D in regenda Ecclesia, quam Cardinales. Posteà verò crescētibus

Bellarm.

16 Ecclesiæ Romanæ negotijs; præsertim cum accessissent principatus temporalis tēpore Pipini, & Caroli Magni, cum cæperit totum negotium deuolui ad solos Cardinales, neq; enim Pontifex poterat tam sæpè Concilia Episcoporum conuocare, quam necesse erat, ideò Cardinales tanquam soli Conciliarij Pontificis, & super quibus soli regimen totius Ecclesiæ versabatur, Episcopis antepositi fuerunt in omnibus actibus, illorumque dignitas maior episcopali fuit reputata. Vnde hodie iam de hoc dubitare non licet; præsertim cum quotidie 17 B videamus Episcopos à Cardinalibus iudicari, creari, & deponi, Cardinales verò ab Episcopis nunquam, sed à solo Romano Pontifice.

§. IIII.
De officio Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium Episcoporū munus quale sit?*

2 *Cardinalium præsbyterorum officiū in quo consistat.*

3 *Cardinalium diaconorum officium quid importet?*

4 *Ad Cardinales hodiè ex officio spectat Romanum Pontificem eligere.*

5 *Ad Cardinales solùm Episcopos olim Roman. Pont. electio spectabat; posteà etiam ad præsbyteros.*

6 *Ad Cardinales omnes hodiè spectat Romani Pontificis electio.*

7 *Cardinales electores etiam dicuntur illi, qui solum creati sunt.*

8 *Cardinales Summi Pont. Consiliarij appellantur.*

9 *Cardinales vnum corpus cum Rom. Pontifice dicuntur constituere.*

10 *Cardinalibus ex officio competit assistere*

stere Romano Pontifici, & in regimine Ecclesiæ adiuuare.

11 *Vtrùm sine concilio Cardinalium possit Summus Pontifex ardua negotia definire, & tractare.*

12 *Ponuntur fundamenta partis negatiuæ.*

13 *Sentencia affirmatiua verior.*

14 *Fundamenta negatiuæ soluuntur.*

1. Irca tamen huius magistratus officia sciẽdum est Cardinalium omnium triplici genere cõstitui officia. Primum, quod singulis Cardinalibus cõuenit propter ordinem in quo quisque est, reliqua duo omnibus communia; alterum in Pontifice eligendo, alterum in eodem adiuuando. Nam cum suprà dictum sit tres esse Cardinalium classes, quoniam alij Episcopi, alij Præsbyteri, alij Diaconi, habent singuli sua munera, eadem videlicèt, quæ etiam alij Episcopi, Presbyteri, & Diaconi. Episcoporũ munus est prouidere, vt ouium, quæ sibi commissæ sunt saluti consulatur, & salubria eius pabula non desint, & ita arcere corruptelas, & vitia, quæ sunt quasi morbis, & pestes huius gregis. Denique verò se prestare pastores, de quo multa dici possent, quæ vide apud Plat. d. cap. 4. Itaque in Episcopis (*Plato.* 2) quidem, qui animarum curam gerant nulla ferè est facta mutatio; reperitur tamen in præsbyteris Cardinalibus, & diaconis, qui iam ad modum raro propria exercent officia, nisi fortè in sacrificando: at antiquitus multa erãt alia illorum propria, vt suprà tetigimus; ita in ministratione sacramentorum, in assistentia Pontifici Missam celebranti, quæ propriè præsbyteris

A Cardinalibus competebant, quemadmodum Diaconis baptizare, prædicare, reconciliare publicos pænitẽtes; denique omnia præstare, quæ præsbyteri (excepta consecratione, & sacramento confessionis) sed absentibus sacerdotibus, vel eorum per missu, quæ omnia latè recensent Alban. Plato, & supracitati Doctores. (*Alban. Plato.*)

3 Quod verò attinet ad secundum Cardinalium munus, & officium dicendum est ad Cardinales hodiè ex officio spectare Romani Pontificis B electionem, quibus post lõgam temporum in hac re varietatem conuenit, quæ electio aliquando ad clerum pertinuit, accedente populi consensu; aliquando verò ad Imperatores, vt latè prosequitur Gracianus 63. dist. (*Gratian.*) per totam; tandem ius hoc concesserunt ipsi Pontifices, & Concilia, tum propter eorum excellentiã, tum quia modus hic eligendi cæteris præstare videtur; atque ita Alexander constituit in cap. *Licet de vitanda*, de elect. (*C. Licet.*) C cap. *Vbi periculum*, eodem titulo lib. 6. (*C. Vbi periculum.*) Clement. *Ne Romani*, eodem titulo; (*Clement. Ne Romani.*) quanuis autem olim electionis negotium ad Cardinales, & Episcopos pertinuerit, qui demum conuocatis ad se presbyteris, & diaconis, peracta eis aperiebant, vt habetur in cap. *In nomine Domini*. 23. dist. (*C. In nomine.*) posteà tamen ad omnes Cardinales præsbyteros, electio spectaret; hodiè denique ad omnes indistinctè pertinet, qui vel ex eorum gremio si fieri potest, iuxta textum in cap. *Oportebat*. 79. dist. (*Ca. Oportebat.*) Vel D aliundè in Summum Pontificem virum dignissimum totius orbis tenẽtur eligere. Inter Cardinales electores etiam computantur illi, qui iam Cardinales creati sunt, licet non in-

signia habuerint, ij enim verè Cardinales dici possunt ex sola Papæ pronunciatione; insignia verò solum important quædam accidentalia, vt in expresso ita tenet Decius in d. cap. *Licet de vitanda*, & de facto, ita respõdisse Aretinum dicit Albanus eandẽ tenens sentẽtiam de Cardinal. q. 17. Facitque in confirmationem illud, quod de Canonico Doctores resoluunt, Innocent. Butr. Abbas, & alij in cap. *Transmissam*, de electione, nempè habere vocem in electione, antequã in choro possessionem nactus fuerit. Neque simile est de Episcopo, qui ante consecrationem à multis prohibetur; consecratio enim alium ordinem de nouo Episcopo confert, non ita verò insignia Cardinali aliquid addunt; neque tandem aliquid facit Palij similitudo, ante cuius traditionem Archiepiscopus denominari nõ potest; iuxta text. in cap. *Nisi*, de Auctoritate, & vsu palij, quia, vt idẽmet text. inquit, in pallio Pontificalis officij plenitudo, cum Archiepiscopalis nominis appellatione cõfertur, quod non ita in traditione insignium contingit. Cætera circa Põtificis electionem, qualiter à Cardinalibus fieri debeat, quia non sunt huius loci apud scribentes videantur; lateque omnia tradit Albanus à q. 11. cum sequentibus.

Decius. Alban. Innocent. Butr. Abbas. C. Nisi. Alban.

8 Quod verò attinet ad tertiũ Cardinalium officium dicẽdum est Cardinales tanquam Summi Pontificis Consiliarij vnum corpus cum illo cõstituere, imò pars corporis ipsius dicũtur, iuxta textum in cap. *Felicis* de Pænis lib. 6. & ita adeò eis ex officio cõpetere assistere Romano Pontifici ad tractanda omnia negotia, quæ in Ecclesia Dei contingunt, eundemque A in regimine ipsius adiuuare, iuxta textum in dict. cap. *Per venerabilem*, cap. *Bonæ*. 3. in ordine de postulatione prælatorum; vt contẽdant multi, nec infimæ notæ authores, non posse Summum Pontificem ardua Ecclesiæ negotia sine illorum consilio definire, & tractare; adducentes primo pro hac opinione text. in d. cap. *Per venerabilem*, vers. *Rationibus*, qui filij sint legitimi; vbi Romanus Pontifex videtur asserere Cardinales insimul esse con- 9

C. Felicis. Cap. Per venerab. C. Bonæ. C. Per venerab.

B iudices cum Romano Pontifice, quẽadmodum in Deuteron. sacerdotes Leuitici erant cum supremo iudice, 10 atque ita eundem Pontificem sine illis Ecclesiæ negotia expedire non posse. Deindè, quia videtur Cardinales hodiè Apostolorum vice fungi, quos parem potestatem cum Petro habuisse, probat text. in cap. *In nouo*, ibi, *pari consortio*. 21. distin. ac subindè 11 etiam illos parem quoque cum Pontifice circa Ecclesiæ negotia habere potestatem. Tandemque afferentes C aliqua de hac re exempla, nempè Benedictum XI. suspendisse statuta, quę Bonifacius sine Cardinalibus Marchianis confirmauerat, & alia multa, 12 quæ referunt Ioannes Monachus, & Dominic. in cap. *Super eo*, de hæreticis libr. 6. vbi hanc tenet opinionem, eamque esse potiorem dixit Ripa in Rubrica de Constitut. n. 20. & infiniti alij, de quibus Albanus de Cardin. quæst. 39.

Ca. In nouo. Benedict. Papa. Ioan. Monach. Dominic. Ripa. Alban.

13 Contrariam nihilominùs sententiam tanquam veriorem, & magis cõ- D munem amplectuntur quamplurimi alij auctores, quos refert idem Albanus proximè citato loco, vbi ex mente Fabr. testatur adeo variè Doctores in

Alban. Fabr.

in hoc articulo ſcripſiſſe, vt ſcitu difficile ſit, quænam opinio potior videatur. Adhærendo tamen magis cõmuni, & veriori ſententię, tenendum exiſtimo. Romanum, Summumquè Pontificẽ, Eccleſiæ negotia ſine Cardinaliũ conſilio expedire poſſe, neq; ad hoc de neceſsitate aſtringi, cum ſupremam, & vniuerſalem ſuper omnes ſolus à Chriſto Domino acceperit poteſtatem. Ioan. 21. ipſeque ſolus illius plenitudinem habeat, & exerceat, vt probat eleganter text. in cap. *Multum*. 2. q. 6. cap. *Cum ex eo* de pœnitent. & rem. cum mille alijs vulgaribus; quæ quidem poteſtatis plenitudo maxima ex parte offenderetur, ſi nõ poſſet ardua ſine Cardinalibus tractare, & definire. Accedit quod iura paſsim proclamant, maiora Eccleſię negotia ad ſedem Apoſtolicam eſſe referenda. cap. *Rogamus*, cap. *Quoties*. 24. q. 1 cap. *Dudum*. 3. q. 4. cap. *Maiores*, de Baptiſmo; hanc autem ſedem Apoſtolicam. i. Petri ſolum tenere Romanum Pontificem, probat tex. in cap. *Hac eſt fides*. 24. q. 1. Conducunt multa, quæ in eandem veritatem cumulant præcitati Doctores, quæ non tranſcribenda duxi, quia apud eos videri poterunt; fatendum tamen neceſſariò erit, conuenientiſſimum eſſe Pontificem in arduis negotijs Cardinalium conſilium adhibere, atque ita ad hoc ſolum de honeſtate aſtringi, Ita enim loquitur tex tus in cap. *Fundamenta*, §. *Decet*, de electione lib. 6. dum inquit, decet Romano Pontifici per fratres ſuos. S. R. C. Cardinales libera habere conſilia; conſtat etiam Petrum duas claues accepiſſe, vt per alteram poteſtas, per alteram verò decentia indicaretur, vt habetur in Summ. 20. diſtinct.

Ioan. 21. — *C. Multum.* — *Cap. Cum ex eo.* — *Ca. Rogamus.* — *Ca. Quoties.* — *C. Dudũ.* — *C. Maiores.* — *Cap. Hac eſt.* — *C. Fundamenta.*

A Neque obſtant fundamenta, quibus contraria nititur ſententia. Ad 14 primũ enim de tex. in d. cap. *Per venerabilem* reſpõdetur, non conſtituere, aut probare textum, Cardinales eſſe inſimul coniudices cum Romano Pontifice, ad hoc, vt ſine illis negotia expediri non poſsit; ſed ſolum eſſe tantùm coadiutores, nempè in Concilijs præſtandis; ſuper illos verò Pontificem iudicem exiſtere, vt probat idem textus in verſ. *Is verò*; quod B quidem verum non eſſet, ſi ſine illis maiora tractare non poſsit. Ad ſecũdum dicẽdum neque Cardinales Apoſtolorum vice propria fungi; ſed ſolùm Epiſcopos, quos in eorum locum ſurrexiſſe probat text. in d. cap. *In nouo*, cap. *Quorum vices*. 68. diſtinct. Cardinales verò illos ſolos repręſentare quatenùs Chriſto, & Petro, pro miniſterijs Eccleſię aſtiterunt; neque etiam ipſos Apoſtolos parem poteſtatem iuriſdictionis, de qua egimus C ſuprà cum Petro habuiſſe, ſed ſolùm in poteſtate ordinis, de qua intelligẽdus eſt text. in d. cap. *In nouo*, ibi, *patrari*, vt Gloſſa ibidem rectè interpretatur. Ad exempla verò reſpondent præcitati Doctores ex alijs capitibus, & rationibus, Benedictum prædicta ſtatuta ſuſpendiſſe, quæ latiùs apud illos legi poterunt, & Soar. de fide diſput. 9. ſect. 2. & Aſor. 2. p. lib. 5. cap. 9. cum ſequentibus.

Cap. Per venerab. — *C. In nouo.* — *C. Quorũ vices.* — *C. In nouo Gloſſa.* — *Soar. Aſor.*

D
§. V.
De priuilegijs in iure Cardinalibus conceſsis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales in ſuis titulis, ſeu Eccleſijs epiſcopalem habent iuriſdictionem.*

2 *Car-*

2 *Cardinales possunt sibi, suæq; familiæ, si sint Episcopi eligere confessorem.*

3 *Cardinales non comprehenduntur in sententia excommunicationis generaliter promulgata, nec in quauis alia dispositione pœnali, nisi de illis fiat expressa mentio.*

4 *Cardinales creari, aut deponi non possunt, nisi à solo Papa.*

5 *Cardinales Episcopi non possunt conuinci, nisi per 72. testes, & præsbyteri per 64. & Diaconi per 72.*

6 *Cardinales offendens crimẽ lesæ maiestatis incurrit.*

7 *Cardinalium percussores hodiè in cœna Domini excommunicantur.*

8 *Cardinales etiam non Episcopi possunt minores ordines conferre, & solenniter benedicere.*

9 *Cardinales legati habent in exemptos iurisdictionem.*

10 *Cardinales possunt beneficia conferre, etiam Romano Pontifici reseruata.*

11 *Cardinales possunt excommunicatos pro violenta manuum iniectione absoluere.*

12 *Cardinales possunt plura beneficia incompatibilia facilè ex dispensatione obtinere.*

13 *Cardinales beneficia Ecclesiarum in quibus intitulati sunt, seu Commendatarij liberè conferre possunt non obstantibus quibuscunq; reseruationibus, nisi fortè in Curia vacauerint.*

14 *Damnatus ad patibulum liberatur si dum ieris Cardinali obuius fiat; à quo autem veste, aut pileo protegitur.*

15 *Cardinales orto schismate, data vẽ contentione conciliũ congregare possunt.*

A Diximus suprà de origine, institutione, excellentia, & officijs Cardinalium, quare, in præsenti videbimus quęnam priuilegia propter ipsorum prærogatiuam, & excellentiam in Iure illis concessa reperiantur. quorum nouem refert Glossa verbo *sublimitatem*; in Extrauag. *Execrabili*, de præbendis Ioan. 22. & quadraginta cumulat Alban. de Cardinal. q. 42. vt refert Asor in d. cap. 1. & alij infiniti, qui de Cardinalibus scripsere. Cæterùm quia B multa ex illis iura non probantur, alia verò parùm conducunt, ideò solum magis principalia attingam, & quæ expressè in iure indulgentur; ne (siquidem de Cardinalibus agimus) illorum priuilegia sicco, vt aiunt pede transeamus. 1

Gloſſa. *Alban.* *Asor.*

2 Cardinales ergo in suis titulis, seu Ecclesijs episcopalem habent iurisdictionem, iuxta textum in cap. *His, quæ*, de maioritate, & obedient. possunt sibi, suæque familiæ, si sint Episcopi eligere confessorẽ, ex dist. text. C in cap. *vltimo* de pœnit. & remiss. non comprehenduntur in sententia excõmunicationis generaliter promulgata, sicut neque in quauis alia dispositione pœnali, nisi de eis fiat expressa mentio, per textum in cap. *Quia periculosum*, de sententia excomm. lib. 6. creari, aut deponi non possunt, nisi à solo Papa, & hoc ex iustissima causa, iuxta textum in cap. 2. de cleric. non residentibus, nisi fuerint conuicti per 72. testes, si sint Episcopi, & per 64. si D sint Præsbyteri; ac tandem per 72. si Diaconi proponãtur, vt probat text. sic intelligendus in cap. *Præsul.* 2. q. 4. licet Abbas in cap. *Licet vniuersis*, de testibus hoc iam hodie nõ procedere affirmet,

Cap. His quæ. *Cap. vlt.* *Ca. Quia pericul.* *Cap. 2. de cler. non.* *Ca. Præsul.* *Abbas.*

affirmet. Illos offendens tanquã collaterales Papæ crimen læsæ maiestatis incurrere censetur, aliasq; pœnas impositas per textũ in cap. *Felicis*, de pœnis lib. 6. quinimò, & hodie in cœna Domini excõmunicatur. Possũt etiã, non Episcopi minores ordines conferre, & solemniter benedicere, vt notant Gemin. in cap. *Abbates*, de priuileg. lib. 6. Henr. q. 10. de sacramẽto Ord. cap. 23. §. 3. notatur etiã quoad benedictionẽ ab scribentibus in cap. 1. de supplẽda neglig. prælat. si fuerint legati habẽt in exemptos iurisdictionẽ per cap. 1. de verborum lib. 6. & cap. *Si Abbatem*, de electione, eodem lib. beneficia conferre possunt, etiam Romano Pontifici reseruata, cap. 1. in fine de officio legat. eodem libr. vbi Glossa cap. *Venerabilis* penult. de præbend. latè Puteus lib. 2. dist. 266. & excõmunicatos pro violenta manuũ iniectione absoluere possunt. cap. *Excõmunicatos*, de officio legati; subditi illorum, & familiares eidem tanquam ordinario subijciuntur. Cardinalis in Clementina *Ne Romani*, de electione, Laudens. de Cardinal. 1. p. q. 17. plura beneficia incompatibilia possunt facilè ex dispensatione obtinere, iuxta Extrauag. *Execrabilis*, de Præbendis. Tãdem à Sixto 4. illis cõcessum fuit, vt beneficia Ecclesiarum, in quibus intitulati, seu cõmendatarij sunt, liberè conferre possint non obstantibus quibuscunque reseruationibus, nisi fortè in curia vacauerint. Multa alia priuilegia recensent Doctores, de quibus magna est controuersia; inter quæ duo sunt præcipua; alterum, quod damnatus ad patibulũ liberatur, si dum iuerit Cardinali obuius fiat; à quo aut veste, aut pileo protegeretur, vt per Bald. Paulum de Castro, Salicet. in l. *Addictos*. Cod. de Appellat. Felin. in cap. *Quærenti*, de offic. delegati, & alios citatos ab Albano de Cardin. q. 42. in princ. aliud vero, quod orto schismate, data vè contentione, concilium congregare possunt, vt per Cardos. consilio 150. latè Manfred. de Cardinali. cap. 31. cum eis totius Ecclesiæ cura demandata sit, eidemque inuigilare maximè debeant. Alia recensent supracitati Doctores, apud quos & Asor. d. 2. p. lib. 4. cap. 3. videri possunt.

[Margin notes, left column: 7 Ca. Felicis. — 8 Gemin. Henriq. — Cap. 1. de suppl. negligent. — 9 Cap. 1. de verb. in 6. C. Si Abbatem. — Cap. 1. de offic. leg. — 10. Glossa. Puteus. C. Excõmunicat. — 11. Cardinal. — Laudens. — 12 Extrau. Execrabilis. — 13 — 14]

[Margin notes, right column: Bald. Castro. Salicet. Felin. Alban. — 15. Cardos. Manfred. — Asor.]

§. VI.

Vtrùm mortuo Papa illius iurisdictio sit penes Cardinales.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo Papa, illius iurisdictio non remanet penes Cardinales.*

2 *Mortuo Papa, eius iurisdictio, aliqui ad vniuersalem Ecclesiã, alij ad dignitatem Papalem, quæ nunquam moritur pertinere affirmant.*

3 *An, Papa mortuo, dum alius non eligitur, potestas penes aliquem remaneat in Ecclesia.*

4 *Cardinales, quales eligi debent, & qualiter de redditibus Ecclesiæ testari queant remissiuè.*

Licet in præcedentibus §§. dicamus Cardinales tanquã Summi Pontificis Consiliarij vnum corpus cum illo cõstituere, imò pars corporis ipsius dicantur, iuxta dictum cap. *Felicis*, de pænis libr. 6. ob idquè eo mortuo in illius iurisdictionem debuissent succedere, quemadmodum in Capitulo Sede 1

[Margin note: Cap. Felicis.]

Cap. His qua C. Olim. Glossa. Bart.

Sede vacāte Episcopalis transit iurisdictio, per textum in cap. *Hisqua*, cap. *Olim*, de maiorit. & obedient. quo argumento hanc sententiam sequitur Glossa verbo *Sede vacāte*, in cap. 1. de schismat. libr. 6. & notauit Bart. in l. *Vbi adsunt*, per textum ibi nu. 2. ff. de tutoribus, & curatoribus. Nihilominùs tamen securius asserendum est penes Cardinales, mortuo Pontifice, non manere Pontificalem, & supremam iurisdictionem, ita vt nihil facere possint, quod ad futurum Pontificem, per textum ita expresse constituentem in Clementina *Ne Romani*, in principio de electione, vers. *Irritū*. Ex qua reprobatam fuisse prædictam Bartoli sententiam, notat Glossa ibi, verb. *non consonam*, recepta ex Immola n. 32. notaruntq; etiam scribentes communiter, quos refert Pauin. de potestate. Cap. præludio. 6. nu. 6. Alban. de Cardinal. q. 41. vbi asserit id constitutum fuisse, ob accelerandam Pontificis electionē, iuxta distinctionem in cap. *Vbi periculum*, §. *Ideoquè*, de electione lib. 6.

Clem. Ne Romani. Glossa. Immol. Pauin. Alban. Cap. Vbi periculū.

2 Sed dubium maximè facit, penes quem, mortuo Papa, illius iurisdictio remanere debeat; neque enim asserendum videtur Christum Dominū voluisse Ecclesiam suam eo tempore sine regimine, & potestate deserere. Planè nullibi magis aptè, & conuenienter remaneret, quam penes Collegium Cardinalium; vnde alij docuerunt potestatem illam manere penes Ecclesiam vniuersalem, vt latè tenet Capistran. de Auctorit. Papæ. & Concilij p. 3. secundæ principalis, pagin. 132. alij verò in dignitate ipsa Papali, & Sede Apostolica, quæ nunquam moritur, cap. *Si gratiosa*, de rescriptis in 6. cōseruari existimauerūt, vt post Archidiaconum, Ioann. Monach. & alios, quos refert, constanter tenet Turrecrem. lib. 2. in summ. cap. 79. vers. 3. Sed aduersus obstat maximè dicta Clementina, *Ne Romani*. Contra verò aliam vrget, quod claues soli Petro, eiusque successoribus promissæ, & traditæ sunt; ergo nullo modo in Ecclesia remanere possunt.

Capistra. C. Si gratiosa. Archid. Ioan. monach. Turrecr. Clem. Ne Rom.

Quare prædictum dubium ita resoluēdum videtur; quod mortuo Papa, potestatis illius plenitudo formaliter in se sumpta penes Christū Dominum remanet, qui primum est, ac principale caput Ecclesiæ; ita vt ab ipso Christo successor Papæ illam potestatem dicatur accipere, non noua cōcessione, sed antiqua institutione. Vt verò illius potestatis, & plenitudinis exercitium in Ecclesia non remanet, aut in Cardinalibus, nisi tantum, ad nouam Pontificis electionem faciendā, vel quatenùs aliàs sacris Canonibus concessum reperitur, iuxta dictam Clementin. *Ne Romani*, atque ita tenere omnes notabiles Doctores, Theologos, & Canonistas testatur Turrecremat. d. cap. 76. à princip. Neque enim dicēdum est huiusmodi exercitium in Christo remanere; cum post resurrectionem Christus de communi lege eo vsus non sit, nisi mediāte Papa, cui oues suas commisit. Neqūe obstat similitudo de Capitulo Sede vacante; negamus enim Cardinales cum Pontifice vnum corpus constituere, sed magis cum Ecclesia vniuersali. Neque tandem videri inconueniens, manere Ecclesiā sine illius potestatis exercitio; huic enim dubio occurrit Turrecremat. vbi proximè, interim notabile detrimentum

Clem. Ne Romani. Turrecr. Turrecr.

mentum Ecclesiam non pati, cum sufficienter ei prouideatur per sacros Canones Collegium Cardinaliū, & inferiores prælatos, in quibus pote-
4 stas aliqua remanet, prout illis à iure communicata reperitur. Cætera de Cardinalibus, quales scilicèt eligi debeant, qualiter testari possint de redditibus Ecclesiæ; & multa alia de hac re videri possunt apud Martin. Laudens. Barbat. Manfred. Alban. Plat. Albertech. Asor. in d. cap. 1. cum sequentib. Germon. in d. tractat. de indultis, Petrum Gregor. d. 2. p. de Cardin. cap. 4. Vasq. dicta disput. 242. per totam, & alios citatos in discursu, qui de Cardinalatu integros tractatus ediderunt.

Lauden. Barbat. Mãfred. Alban. Plato. Albertec. Asor. Germon. Pe. Greg. Vasq.

DISPVTATIO III.

De Legatis.

SVbsequenter ad disputationem de Cardinalibus opportunum duxi, & necessarium aliquid addere de Legatis Cardinalibus, dequè alijs, qui aliquando *Missi*, aliquando *Nati*, appellantur; quorum officium, licet in Hierarchico ordine diuersum gradū non constituat, sine illius tamen cognitione, cum in Ecclesia præcipuum sit, & antiquissimum, vt ex infrà dicendis constabit, non ita elegans nostra hæc de Ecclesiastica Hierarchia procederet relectio.

§. I.

De origine, & diuisione Legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Qui Apostolici legati dicantur.*
2 *Legatorum officium in Ecclesia antiquissimum est.*
3 *Qua ratione Legati fuissent instituti.*
4 *Qui sint legati de Latere.*
5 *Legati de latere pars corporis appellantur.*
6 *Qui sint legati Missi.*
7 *Legati Hispaniæ missi dicuntur.*
8 *Legati Nati, qui dicuntur.*
9 *Archiepiscopus Cantuariēsis, & princeps Siciliæ nati dicuntur legati.*
10 *Olim æqualis potestas erat inter legatos de latere missos, & natos.*
11 *Hodiè legati de latere pleniorem habent potestatem cæteris.*
12 *Sicut à præsbyteris Episcopi differunt, ita legati de latere à cæteris legatis.*
13 *Omnes legati indistinctè sunt Papæ vicarij.*
14 *In legatis de latere plena remansit antiqua legatorum potestas, in cæteris verò legatis restricta fuit.*
15 *Legati Apostolici inter se specie non differunt.*
16 *Legati de latere Proconsulibus cōparātur, cæteri verò legati præsidibus.*
17 *Legati de latere hodiè multa possunt, quæ cæteris legatis denegantur.*

OMissa ergo multiplici legatorum distinctione, de quibus agitur in titulo ff. de legationibus, & C. eodem lib. 11. & in l. *Sanctum*, ff. de rerum diuisione, cap. *Ius gentium*. 1. distinct. ibi, *Legatorum violandorum religio, &c.* cū alijs. Legati Apostolici, de quibus hoc loco agimus sunt illi, qui à Papa tanquam eius vicarij ad Ecclesias, & Prouincias per totū orbem dispersas mittuntur, vt ibi ædificent, & plantēt 1 2

Tit. ff. de legat. L. Sanctū Cap. Ius gent.

P prout

3 prout spirituali eorum saluti viderint expedire. Horum officium non nouũ quidem, sed vetustissimo Ecclesię vsu comprobatum reperitur; de illo enim iam legitur in Conc. Sardic. canon. 7. de quo in cap. *Si quis Episcopus*. 2. q. 6. quod fuit paulò post Nicęnũ, & apud Gregorium. 1. in cap. *Decreto*, eadem causa, & quæst. Simanc. & Alex. in c. 1. & 2. 94. dist. Et ea ratione fuit inuentum, quia cum Summi Pontificis
4 proprium munus sit singulis Ecclesijs pastorali officio incũbere, iuxta text. in cap. *Cum instantia* in fin. principij de censib. ipseq; omnibus personaliter interesse non poterat si quando ipsius præsẽtia desideraretur, merito fuit introductum, vt selectissimos viros ad easdem Ecclesias legatos mitteret, qui tãquam eius vicarij omnia facere possent, quæ ad spirituale profectum expedirent; quam rationem expressè sentit tex. in d. cap. 1. 94. dist. ibi, *Et vbi nos præsentes esse nõ possumus, nostra per eum cui præcipimus repræsentetur auctoritas, &c.* referturq; in integra d. capitis *Cum instãtia*, de cẽsibus.

Côc. Sardic. C. Siquis. C. Decreto. Simanc. Alex. Cap. Cum instantia. Ca. 1. 94. dist.

5 Planè hi Legati Apostolici tripliciter à Doctoribus considerantur, alij enim dicuntur legati de latere, quos scilicèt Pontifex de suo latere mittit, quales olim omnes legati mittebantur, vt colligitur ex text. in dicto cap. *Decreto*, dicto cap. *Si quis Episcopus*, ibi, *vt de latere suo præsbyteros mittat.* Ho-
6 diè verò sunt soli Cardinales, quando legationis officio funguntur, cum illos solùm Pontifex tanquam ei assistentes circa ardua Ecclesiæ negotia, iuxta suprà dicta, quasi de latere suo mittat, positque pars corporis ipsius appellari, vt inquit text. in cap. *Felicis*, de pœnis lib. 6. Alij appellantur *Legati missi*, quales sunt illi qui 7.

Cap. Decreto. C. Siquis. Cap. Felicis.

A simpliciter à Sede Apostolica mittuntur ad legationis officium in aliqua Prouincia exercendum, neque Cardinalatus honore fulgent, prout hodiè sunt Nuncij Hispaniæ. Alij 8
denique *Legati nati* cognominantur, qui sunt illi, quorum dignitati, v. g. officium legationis est annexum, ac subindè non mittuntur à Papa, sed fiunt vbi primùm talem cognitionem consequuntur, ideòque appellantur *Nati*, vt v. g. est Archiepiscopus Can-
B tuariensis, de quo agit textus in cap. 1. de officio legati, ibi, *Vobis non solùm Metropolico, sed legationis iure præesse, & cæt.* Et Princeps Siciliæ, qui etiam est legatus natus, quam trimembrem 9
legatorum diuisionem agnoscunt, & supponunt planè text. in cap. *Volentes*, & in cap. penultim. de officio legat. cap. 2. de officio legati, libr. 6. & post alios explicat Flagmin. Paris. de resignat. benef. lib. 7. quæst. 13. à nu. 2. Lel. Zeq. de rep. Eccles. de statu illust. leg. num. 2. Asor. Institut. moral. 2. p.
C lib. 5. cap. 27. Garcia de beneficijs 1. p. cap. 5. per totum.

Cap. 1. de offic. leg. Cap. Volentes. C. penult. Cap. 2. Flagmin. Zequi. Asor. Garcia.

His autem omnibus legatis Apostolicis olim potestas, & legationis officium æqualiter, & plenè competebat, quousque posteà ex vsu Ecclesiæ, & Pontificis constitutionibus in aliquibus legatis, scilicèt *Missis*, & *Natis*, fuit restrictum, in alijs verò nempè de latere plenum remansit, vt ita per hãc maioris, & minoris potestatis differentiã, & extẽsionẽ, seu re- 10
D strictionẽ distinctio quoq; inter legatos de latere, & alios introduceretur, prout Ecclesiæ decori, & regimini ex pediebat; quemadmodũ aliàs per solã sacerdotalis characteris extensionẽ, & re-

& restrictionem inter maiores sacerdotes, nempè Episcopos, & minores, nempè præsbyteros in Ecclesia Dei ex Christi ordinatione; differentia, & distinctio noscitur introducta, vt optimè declarat Vuald. de sacramēt. tit. 7. c. 72. n. 3. Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. Vasquez tom. 3. disp. 5. c. 1. quicquid nostri communiter contradicant, ex Felino in cap. *Sicut*, 3. de Simonia.

Vuald. *Soto.* *Vasq.* *Felin.*

11 Quæ quidèm resolutio ex eo manifestè apparet, quia si legationis naturam consideremus, omnes Legati indistinctè sunt Papæ Vicarij in prouincijs sibi decretis, cap. 1. cum alijs de officio legati. Omnes insuper, tāquam eius locum tenētes sunt honorandi ex reg. text. in cap. vlt. 93. dist. Vnde idem omnium officium fuisse, eandemq; potestatem necessario fatendum est; itá vt potuerint omnia, quæ sub legationis officio cōtinētur. Quod autem hodiè Legati de latere à cæteris in multis distinguātur, quasi multo maioris potestatis, & honoris prærogatiua fungentes, iuxta text. in cap. *Volentes*, & in cap. penult. de offic. legati. c. 1. eo tit. lib. 6. cap. *Si Abbatē*, de elect. codē lib. cum alijs, de quibus infrà ex eo prouenire debet, quod ex his nempè legatis de latere officium, & legationis potestas plena remansit, prout erat in sua primæua natura; in alijs verò ex illis Pontificum constitutionibus, & vsu Ecclesiæ restricta fuit, iuxta supradicta. Ex quibus iam consequitur legatos Apostolicos attentis iuris regulis inter se specie non differre, neque eorum differentiam secundum iuris regulas, sed potiùs cōtra illas fuisse introductam, vt patet. Consequitur etiam ex eadem differentia prouenire, quod legati de latere cum Proconsulibus comparentur; cæteri verò cum Præsidibus, prout fecit Pontifex in cap. 2. de officio legati lib. 6. & Glossa ibidem, verbo *Proconsulum*, explicauit Boer. de auth. Concil. mag. n. 6. Consequitur tādem legatos de latere hodiè multa posse, quæ cæteris denegata reperiūtur, de quibus in sequēti §. dicemus.

Cap. 1. 12 *C. vlt. 93 dist.* 13 14 *Cap. Volētes.* *C. penult.* *Cap. 1.* *C. Si Abbatem.* 15 16 *Cap. 2.* *Glossa.* *Boer.* 17

§. II.

De prærogatiuis, & priuilegijs Legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Legati Apostolici in prouincijs sibi cōmissis ordinarij indices censentur.*
2 *Ratio huius rei.*
3 *Opponitur contra supradictum, & soluitur.*
4 *Legati in illis, quæ ex officio sibi competunt, non Apostolica, sed propria authoritate procedunt.*
5 *Legati Apostolica authoritate procedunt in illis, quæ specialem commissionem requirunt.*
6 *Legatis Apostolicis ordinaria competit iurisdictio in prouincijs sibi commissis circa iudicialia.*
7 *Legati de causis in prima instantia, seu per viam querelæ antiquitùs poterant cognoscere, non tamen hodiè.*
8 *An legatus possit cognoscere de causa criminali contra Episcopum.*
9 *Legati regulariter supradictam iurisdictionem non exercent in exemptos, nisi in casibus à iure permissis, & nisi sint legati de latere.*
10 *An legati de iure ordinario possint conferre omnia beneficia suæ Prouinciæ, quæ possunt Ordinarij.*
11 *Opinio præceptorum.*

12 *Communis opinio.*
13 *Amplectitur communis.*
14 *Soluuntur fundamẽta contrariæ sententia.*
15 *Legati de latere possunt conferre omnia beneficia suæ prouinciæ, quæ pertinent ad collationem Ordinarij, etiã cum derogatione iuris patronatus, ecclesiastici.*
16 *Legati de latere possunt conferre beneficia deuoluta ad sedem Apostolicã per Lateranense Concilium.*
17 *Legatus de latere non potest conferre beneficia ad præsentationem laicorum spectantia.*
18 *Quod procedit etiamsi ius patronatus mistum proponatur, nempè ecclesiasticum, & sæculare.*
19 *Legati de latere non possunt conferre beneficia specialiter à Romano Pontifice reseruata.*
20 *Legatis de latere competebat potestas ad reseruanda beneficia vacatura suæ prouisionis in terminis, in quibus illa conferre valebant.*
21 *Interpretatur text. in cap. Constitutus. 11. de concess. prabend.*
22 *Hodie stante Concilio Trident. beneficiorum reseruationes, nec à legatis de latere fieri possunt.*
23 *Legati de latere etiam in fauorem certæ personæ beneficiorum reseruationes facere poterant.*
24 *Differentia inter reseruationem cum expectatiua, & inter reseruationem sine illa.*
25 *Legati de latere possunt constituere pensionem in beneficijs à se collatis.*
26 *Interpretatur text. in cap. Prohibemus. 7. de censibus.*
27 *Conciliatio inter textum in cap. præsenti de officio legati lib. 6. & inter textum in cap. 1. eodem titul. & libr.* A *pro intelligentia illius quæstionis, an legati de latere possint reseruare simul plura beneficia ad collationem illius vnius collatoris pertinentia.*
28 *Supra dicta de legatorũ de latere potestate circa reseruationem, vel collationem beneficiorum, in illis tantũ procedit quæstio, & collatio auctoritate Apostolica Episcopis cõmissa est.*
29 *Legati de latere non possunt reseruare, vel conferre beneficia, quæ per viam electionis prouidentur, nec per viam commendæ conferuntur.*
B 30 *Legatis Apostolicis competit potestas condendi statuta perpetua in spectãtibus ad suam iurisdictionem, nec ad id requiritur consensus populi, nisi ipsius vertatur præiudicium.*
31 *Legati Apostolici omnia possunt in suis prouincijs, quæ specialiter Romano Pontifici in signum supremæ potestatis reseruata non sunt.*
32 *Legationis officium reale, etiam deficiente persona non expirat, secùs in personali.*
C 33 *Actus gesti à legato ex quibus alicui tertio ius acquiritur, finito legationis officio, etiam re integra non expirãt.*
34 *Actus iurisdictionales à legato facti re integra expirant.*
35 *Actus à legato facti ex quibus nullum ius alteri quæritur, mortuo legato, re integra finiuntur.*

EGimus in præcedenti §. de origine, & diuisione Legatorum; restat modò, vt illorum, tam honoris, quàm po- 1
D testatis prærogatiuas videamus. Et imprimis legati Apostolici in prouincijs sibi decretis Ordinarij censentur iudices, non delegati; probat expressè tex. in cap. 2. de officio legati lib. 6. *Cap. 2.*
ibi,

Glossa. ibi, *Ordinarios reputantes*, vbi Glossa,
& Doctores; facitque ratio, quia le-
gati sub forma officij per se stantis
suam exercent iurisdictionem, cum
illorum officium adinstar Proconsu-
Cap.2. lum noscatur institutum; dicto cap.2.
& vti tale iurisdictionem sibi habeat
Ca. Quod translat. cohærentem, cap. *Quod translationem*,
ibi, *Ex ipso legationis officio*, de officio
legat. Nec refert, quod talis iurisdi-
ctio demandata sit, & insuper ad cer-
tum territorium restricta, iuxta regu-
lam legis primæ, §. *Qui mandatam*, ff.
L.1.ff.offic.eius. de officio eius, glossa recepta ad ver-
Glossa. bum, *foraneo*, in Clement.2. de Res-
cript. Legati enim illam recipiunt sub
forma officij, & dignitatis, vt dictum
est, quo casu non procedit regula di-
cti §. *Qui mandatam*; deinde licet re-
stricta sit, certum tamen est vicarium
generalem, etiam cum restrictione
ad certum territorium, si non ab in-
feriore, sed à Principe, quales sunt
legati, fuerit deputatus, ordinarium
esse; sicut sunt alij rectores ordinarij
eiusdem territorij; cum non minus,
quàm illi dignitatis, & potestatis inibi
C.Sanè. habere videatur ex regula text. in c.
Sanè. 2. de officio delegati. Hinc le-
gati in ijs, quæ ex officio, & iure suæ
legationis competunt, non Apostoli-
cam, sed suam exercent iurisdictio-
nem, suaque auctoritate censentur
C.Si Apostolicæ. procedere, vt probat optimè text. in
cap. *Si Apostolicæ*, ibi, *auctoritate suæ le-*
C.Hi qui. *gationis*, cap. *Hi qui*, de præbēd. lib.6.

2 Declarandum tamen est prædicta
non procedere in illis, quę requirunt
specialem cōmissionem, & quę ex il-
la solum legatis competunt, prout in
Ca. Nisi. terminis text. in cap. *Nisi*, cap. *Quod*
Ca. Quod translat. *translationem*, de officio legati: in illis
enim non Ordinarij, sed delegati cē-
sentur. Glossa vltima in fine in cap. Glossa.
A *Ex literis*. 39. de rescript. vbi Docto-
res, ac proinde in his etiam, non sua,
sed auctoritate Apostolica procede-
re dicuntur, d.cap. *Hi qui*, in fine de
præbend. lib.6. textus optimus, aliàs
difficilis ita intelligendus in cap. *De-* C.Decreto.
creto.2.q.6. ibi, *Auctoritate nostra*; agit
enim text. ibidem de causa criminali
contra Episcopum, & grauissima se-
di Apostolicæ reseruata, iuxta Glos- Glossa.
sam in dicto cap. *Quod translationem*.
Trid. sect.24. cap.5. & de qua legatus Trident.
B nonnisi ex speciali commissione, &
ita Apostolica auctoritate cognouit.

3 Secundò principalitèr eisdem le-
gatis Apostolicis ordinaria competit
iurisdictio in prouincijs sibi decretis
circa iudicialia, itavt de omnibus cau
sis possint cognoscere, de quibus ij-
dem Ordinarij iudicare valent. Quā
prærogatiuam constituunt commu-
niter Doctores ex Specul. in titul. de Specul.
Legib. lib.6. cui etiam in sua prouin-
cia idem licet, iuxta textum optimū
in l. *Si in alium*, §. *Cum plenissimam*, cū L.Si in alium.
C duabus legibus sequentibus, ff. de of-
ficio Proconsulis. Hinc legati pote-
rant, quemadmodum Ordinarij attē-
to iure de causis in prima instantia,
seu per viam querelæ cognoscere, vt
probat text. celebris in cap.1. de offi-
cio legati, vbi Glossa, Doctores, nisi
causæ illæ penderent iam coram Or-
dinario, vel corā illo terminatæ fuis-
sent. Couas post alios practicarū cap. Cap.1. Couar.
9.n.3. Neque obstat textus in capite
Peruenit. 11. q.1. vbi inhibetur cleri-
D cis, ne contemptis proprijs Episco- C.Peruenit.
pis, apud Legatum Siciliæ, de quo
ibi, causas agerent sicut anteà facie-
bant, quia, vt colligitur ex subscrip-
tione non loquitur tex. in legato, sed

in defensore; quem intellectum post Archidiacon. & Alexand. ibi admittunt Cardin. Abbas, & communiter Doctores in dicto cap. 1. licet illum textum agere de legato contendente cognoscere de temporali iurisdictione ad Episcopum pertinente, quod facere non debebat, intelligit Vilhadieg. deleg. q. 8. n. 3. & 5. Hodie tamẽ hæc cognitio causarum in prima instantia solis ordinarijs est reseruata, & legatis penitus interdicta per Cõcil. Trident. sess. 24. de reformatione cap. 20. Hinc etiam notauit Glossa penult. in cap. *Fratre*. 16. q. 3. posse legatum cognoscere de causa criminali contra Episcopum, & iudicare illũ fore deponendum, quemadmodum aliàs de Archiepiscopo inquit Glossa in cap. *Biduum*, §. *Si quem*, verb. *Adnotauerit*. 2. q. 6. Vilhad. q. 8. nu. 17. Hoc tamen non ita de plano procedit, quinimò contrarium verius esse quibusdam Doctoribus visum est.

[Archid. Alexand. Cardin. Abbas. Vilhad. Cõc. Trident. Glossa. Glossa. Vilhad.]

4 Aduertendum tamen est prędictã iurisdictionem, sicut, & aliam non cõpetere legatis regulariter in exemptos, nisi fuerint legati de latere, seu Cardinales, vt dixit Glossa in d. cap. 1. *Si Abbatem*, de electione eodem lib. 6. in illis tamen casibus, in quibus datur Ordinario à iure iurisdictio in exemptos, vt passim in multis locis Cõcilij Trident. in eisdem etiam competet legatis, etiamsi Cardinales non fuerint, cum, vt suprà diximus, omnẽ ordinariam habeant iurisdictionem; quinimò addit Glossa final. in dicto cap. 1 de offic. legati posse exemptos ipsos se submittere iurisdictioni legati, sine superioris consensu, quã Glos. à nemine notandam dixit Felin. in cap. *Cum olim*. n. 4. de præscriptionib.

[Glossa. C. Si Abbatem. Trident. Glossa. Felin.]

5 Tertiò principaliter ijdem legati A iure ordinario, & virtute suæ legationis possunt conferre omnia beneficia, quæ possunt Ordinarij suæ prouinciæ. Probat optimè Innocent. 3. in cap. *Dilectus*, de officio deleg. cap. *Cum dilectus*. 28. de iure patronat. Et vtrobique omnes Doctores, hoc autem attento iure Decretalium, procedere in omnibus legatis, siue de latere, siue alijs videtur probare Innocentius 4. in cap. 1. de officio legati libr. 6. dum nouiter hanc potestatem B conferendi beneficia adimere videtur cæteris legatis, solumque ab hac restrictione potestatis Cardinales legatos excipit, quasi anteà omnibus æqualiter competeret. Idem etiam suadetur ex verbis suprà dictorum iurium, vbi sępiùs de legatis fit mentio, neque Pontifex vnquam adiecit de latere, quod quidem verosimiliter faceret, si de illis tantùm intelligeret. Ex quibus sententia hæc nostris pręceptoribus placuit. Cæterùm communis Doctorum opinio C aduersatur contendens etiam attento iure Decretalium potestatem hanc conferẽdi beneficia non competere, nisi legatis de latere, quod ita tenuit Glossa verbo *Legatus*, in cap. *Si Apostolica*. 22. de præbendis in 6. sequitur Abb. n. 2. in d. cap. *Dilectus*. Pauin. de potestat. Capit. 2. p. q. 2. n. 7. post alios Rebuf. in prax. tit. de Collat. n. 3. confirmantes suam sententiam ex text. in cap. *Literas*, de supplẽd. neglig. vbi iniungitur legatis, vt auctoritate Apostolica D conferant beneficia suæ prouinciæ, quæ auctoritas necessaria non erat, si attento iure prædicta potestas eisdem communicata reperiretur: vndè licet contraria præceptorum opinio

[C. Dilectus. Ca. Cum dilectus. C. 1. de offic. leg. Glossa. Abbas. Pauin. Rebuf. Ca. Literas.]

nio veneranda sit, communis tamen in proposito mihi amplectenda videtur: nam iura omnia, quæ in Decretalibus de legatis conferentibus beneficia mentionem faciunt, agunt expressè de legatis de latere; vt imprimis constat ex text. in cap. *Cum dilectus*, de iure patronatus, qui loquitur in Episcopo Hostiensi legato qui quidem est Cardinalis; imò Decanus ipsius collegij, & consecrat Romanum Pontif. quando eligitur; similiter tex. in d.cap. *Dilectus*, de offic. leg. loquitur in Episcopo Prenestino, qui etiã est de numero Cardinalium secundũ Ioannem Andr. quem refert, & sequitur Immola, & in cap. *Examinata*, de confirmat. vnde cum prædicta iura loquantur in legatis de latere expressè, quid est cur prædictam potestatem, quæ maximè odiosa est, & ita restringenda, ad alios ampliemus. Et ita ex dictis cessat secundum fundamentum contrariæ sententiæ. Primũ verò ex text. in d.cap.1. de officio legati in 6. tollitur, si præter alios dicas olim iure Decretalium hanc potestatem beneficia omnibus legatis de latere competere; siue fuissent Cardinales, siue non; poterant enim legati de latere mitti, qui non fuissent Cardinales, vt sentit expressè Glossa vltima, vers. *Alij verò*, in cap.1. de officio legat. qui hodiè ex stylo Curiæ soli Cardinales sunt; Innocentium autẽ in d. cap. 1. solum de nouo statuisse nullum legatum etiamsi haberet potestatem legati de latere posse beneficia conferre, nisi Cardinalis fuerit, propter honoris prærogatiuam, vt colligitur ex illis verbis quantũcunq; plenam obtineant legationem, & ex exceptione, quam solum fecit in Cardinalibus non verò in legatis de latere generalitèr ibi, *quod in fratribus nostris, &c.* In quo quidèm antiquum ius emẽdauit, quo hæc potestas omnibus legatis de latere competebat, & optimè verificatur, verbum *Statuimus*, quo ibi Pontifex vsus est.

Cap. Cum dilectus. — *Ca. Dilectus.* — *Ioan. Andr.* — *Immola.* — *Cap. Examinata.* — *Cap.1.* — *Glossa.* — *Innoc.3.*

6\. Planè potestas hæc legatis de latere competens conferẽdi beneficia, ampliatur primò, vt procedat etiam cum derogatione iuris patronatus ecclesiastici; & ita etiamsi talia beneficia ad præsentationem clerici pertineãt; adhùc enim legatus conferre poterit. Quam ampliationem probat elegantèr text. in dicto cap. *Dilectus*, de officio legati, & in dicto cap. *Cum dilectus*, de iure patronat. notantq; scribentes ibidèm, quos refert, & sequitur Couas practicarum cap. 36. n. 2. Et quanuis huius ampliationis altera ab illis assignetur ratio, ea tamèn potissima est, quia cum legatus ex iuris concessione possit in sua prouincia cumulatiuè cõcurrere cum omnibus Ordinarijs in beneficiorum prouisionibus, iuxta supradicta, & præsentatio patroni Ecclesiastici in beneficio habeat aliquam vim prouisionis, vt videtur probare Trident. de reform. sess. 24. cap. 18. vers. *Si verò*. Merito effectum fuit, vt quemadmodum, adlecta potestate potest legatus conferre beneficia pertinentia ad collationem Ordinarij, ita etiam illa, quæ ad præsentationem clerici spectauerint; neque in hoc eidem aliquam censetur iniuriam irrogare, cum iure suo vtatur.

Ca. Dilectus. — *Ca. Cum dilectus.* — *Couas.* — *Trident.*

7\. Ampliatur secundò, vt possint ipsi legati conferre beneficia deuoluta ad sedem Apostolicam per Lateranense Concilium, id est, per negligentiam Prælato-

Conc. Lateran.

C. Venerabilis. Prælatorum in conferendo, vt eleganter probat text. in cap. *Venerabilis* penult. de præbend. qui agit de Epiſcopo Portuenſi legato, qui de latere erat, cum ſit Cardinalis, ſecundum Gloſſa Cancel. Gloſſ. reg. 7. Cancellar. Et eſt communis Doctorum opinio cum Gloſſa Gloſſa. in cap. 1. de officio legat. lib. 6. Etenim Clement. in Clemētin. *Si de beneficio*, verſ. Si de ben. *Siue ad nos*. de præbend. Innocent. in C. Venerabilis. dicto cap. *Venerabilis*, poſt alios Puteꝰ diſtin. 266. Oeucas de reſeruat. q. 4. Oeucas. principali n. 8. Corras. de ſacerd. tit. Corras. de legat. à latere, n. 4. alias ampliationes tradunt Doctores in principio, quæ nec iure probantur, nec tempus patitur omnes percurrere.

8 Limitatur tamē prædicta poteſtas circa beneficia legatis cōpetens; primò, vt non procedat cum derogatione iuris patronatus ſæcularis; non poterit enim legatus conferre beneficia ad præſentationem laicorum ſpectātia, vt expreſſè videtur probare text. Cap. Cum dilectus. in d. cap. *Cum dilectus*, de iure patronatus, quatenùs differentiam conſtituit inter laicum, & clericum, probat C. Dilectus. etiam d. cap. *Dilectus*, de officio legati, agnoſcunt Doctores communitèr conſiderantes in Iure patronatus ſæculari non reperiri rationem illam, de qua ſuprà, nec ſubiectionem erga legatos, qualem habēt Eccleſiaſtici; nec tandèm cenſeri Pontificem eidē præiudicium velle inferre, contra regul. L. 2. §. Si qu. à princip. text. in l. 2. §. *Si quis à principe*, ff. Ne quid in loco publico, & ne Patroni à conſtruendis, vel dotandis Eccleſijs arceantur. Nèc ad rem faciet, an huiuſmodi ius patronatus laicum, ſeu ſæculare, quæſitum ſit fundatione, vel dotatione Eccleſiæ, aut priuilegio, ſeu præſcriptione; adhùc enim cum

eiuſdem ſpeciei cenſeantur, & præ- A ſcribens aduerſus patronum fundantem, vel dotātem dicatur in illius ius ſuccedere, in illo etiam legatus præiudicare non poterit, vt in ſpecie reſoluit Immola in d. cap. *Dilectus*. n. 8. Immol. Licet receptiſſima Doctorum ſententia, vt per Couas, vbi proximè nu. 6. Cou. contrarium tueatur; hodie tamen hęc ſententia, locum habere non poterit, cum per Trident. ſeſſ. 25. de reformatione cap. 9. reprobentur patroni om- Trident. nes, qui tales non fuerint ex funda- B tione, vel dotatione, aut ſaltem ex præſcriptione immemoriali, cum requiſitis, de quibus ibi; cautela tamen eſſe poterit, ſi patroni ſe eſſe aſſeruerint ex ſola fundatione, vel dotatione; in dubio enim tales pręſumuntur, ſolumquè præſcriptionem ad hanc præſumptionem probandam allegabunt. Nec inſuper refert, quod huiuſmodi ius patronatus exiſtat in perſona clerici, ſi tamen ratione patrimonij fuit acquiſitum; cum tunc adhùc ſæculare, & profanum cenſeatur, ad C hæredeſq; etiam laicos tranſire poſſit, vt notauit etiam Gloſſa penult. ad finē in d. cap. *Dilectus*, quinimò etiāſi Gloſſa. ius patronatus mixtum proponatur, nempè Eccleſiaſticum, & ſæculare, adhùc etiam legatus cum illius derogatione beneficium conferre non poterit; cum in hac ſpecie illius naturæ reputandum ſit, iuxta quam maior fauor reſultare poteſt, nec coniunctio perſonæ Eccleſiaſticæ illi nocere debet, imò ad illam laici priuilegium eſt D extendendum, iuxta regulam textus in l. *Si communem*, ff. quemadmodum L. Si communem. ſeruitus amittatur, vt in ſpecie tenuit etiam Gloſſa vltima in cap. vnico. §. *Verum*, de iure patronat. lib. 6. quam Gloſſ. ſequitur

Abbas. Lamb. sequitur Abb. in d. cap. *Dilectus*, Lambertin. & alij lib. 2. 3. p. q. 8. art. 4.

9 Limitatur secundò, vt non procedat, nec habeat locum prædicta potestas circa beneficia Romani Pontificis specialiter reseruata, qualia v. g. sunt vacantia in Curia; hæc enim legatus nullo modo conferre poterit, *C. Nisi. Ca. Quod translat. Cap. 2. Glossa. Domin. Perus.* iuxta regulam text. in cap. *Nisi*, & in cap. *Quod translationem*, de officio legati, textus in cap. 2. de præbend. lib. 6. tenet Glossa vltima in cap. 1. de officio legat. lib. 6. vbi Domin. num. 11. Peruf. 7. Rot. dist. 119. de officio lega. circa ea, quæ specialiter Rom. Pontif. in signum supremę potestatis sunt reseruata.

10 Quartò iam principalitèr eisdem legatis competit potestas ad reseruãda suæ prouisioni beneficia vacatura in illis terminis, in quibus eisdẽ competere potestatẽ illa conferendi hucusque declarauimus; atque ita probãt *Cap. Cum dilectus. C. Dilect. C. Præsenti. C. Deliberatione.* in specie text. in dicto cap. *Cum dilectus*. 28. de iure patronatus, cap. *Dilectus*, de officio legati. cap. *Præsenti*. 3. cap. *Deliberatione*. 4. eodem tit. lib. 6. & ibi omnes Doctores, post alios latè Bimoneta de reseruatione, q. 2. per totam. Nec refragatur text. in cap. *C. Constitutus.* *Constitutus*. 11. de concessione præbendæ, vbi agens de legat. in fine prohibet fieri huiusmodi reseruationes, quamuis factam ibi à legato cõfirmauerit, quia respondetur textum solum agere de reseruatione facta ab Episcopo, & hanc solùm faciendam reprobare propter Concilium Lateranense: legatis verò nihil prohibere, quinimò dici potest reseruationem, de qua ibi, ideò tantùm à Romano Pontifice fuisse confirmatam, tanquã validam, quia scilicet eã legatus etiã cõfirmauerat. Hodiè tamẽ ex Decreto A Concilij Trid. sess. 24. de reforma. *Trident.* cap. 19. huiusmodi reseruationes in totum prohibentur, etiamsi per Cardinales legatos de latere fiant.

11 Ampliabis autem primò prædictã reseruationem beneficij vacaturi fieri posse à legato de latere etiam in fauorem certæ personæ, vt probat optimè text. in d. cap. *Cum dilectus*, ibi, *de qua, G, clerico*. cap. *Si Apostolica*. 22. ibi, *volens tibi prouidere, &c.* de præbend. libr. 6. *Cap. Cum dilectus. C. Si Apostolica.* Et licet reseruatio hoc B modo facta videatur importare promissionem beneficij vacaturi certæ personæ concessam, quam etiam legatis de latere non licere probat tex. in cap. *Dilectus*. 19. de præbend. *Ca. Dilectus.* Aduertendum est illam reseruationem, tunc solùm prædictam promissionẽ importare, quando fit insimul cum expectatiua, quia tunc statim ius quęritur illi, in cuius fauorem facta est; daturque occasio captandæ mortis; ac subindè solum in eo casu etiam legatis interdicitur, proceditq; textus C in dicto cap. *Dilectus*; secùs si reseruatio fiat absque expectatiua etiam in *C. Dilectus.* fauorem certæ personæ, tunc enim talem promissionem non continet, nec vllum ius per eam eidem personę quæritur, imò reseruans, alij cuicunque conferre poterit; vnde cum sic cessent rationes prohibitionis, illam legatus facere valebit, iuxta dictum *Cap. Cum dilectus. C. Si Apostolica.* cap. *Cum dilectus*, & d. cap. *Si Apostolica*, quæ in hoc casu necessario sunt intelligenda, vt patet ex verbis illorum, D ibi, *volens*, & ibi *prouidere disposuerat*, quæ verba magis significant primum animi motum, & quasi destinationem faciendi, quam aliquam obligationem inductam.

Amplia-

25 Ampliabis secundò posse quoque legatum de latere reseruare, seu constituere pensionem in beneficijs à se collatis, vt argum. text. in cap. *Cum venisset*, de restit. spoliat. qui dicit Archiepiscopum, de quo ibi potuisse pēsionem constituere, notant scribētes omnes ibidem, constat nanque non minorem habere potestatem legatū in sua prouincia, quam Archiepiscopum, facit etiam text. in cap. *Nisi essent* de prębendis, vbi pro bono pacis pensio à iudicibus de legatis imposita per Romanum Pontificem approbatur: ergo idem erit à fortiori dicēdum in ea, quæ à legatis Apostolicis constituitur.

Ca. Cum venisset. *Cap. Nisi essent.*

26 Neque obstat text. in cap. *Prohibemus*. 7. de censibus, vbi Cōcilium Lateranense omnibus inferioribus Romano Pontifici prohibuit nouos cēsus, seu pensiones in Ecclesijs constituere, aut veteres augere; omissis enim varijs antiquorum intellectibus dicendum est prædictā Concilij prohibitionem procedere solùm in pensione perpetua, & per quam Ecclesia perpetuò censualis efficitur, & oneratur, non verò in pensione temporali duratura tantùm in vita posidētis; hanc enim legatus cōstituere poterit, sicut, & Archiepiscopus, & alij prælati inferiores, vt optimè probat textus in dicto cap. *Cùm venissent*, & in d. cap. *Nisi*, qui in hoc casu sunt intelligendi, vt ex eorum verbis constat ibi, *interim post discessum*, & ibi, *dignitas, non persona*, resoluit Gigas de pensionib. q. 6. Corras. de sacerdot. 1. p. cap. 4. Et ita etiam seruat stylus Curiæ, secundum quē pensiones duraturę vltra vitam posidentis, Ecclesiā, vel beneficiū à supradicto Romano Pōtifice imponuntur, tradit Soto lib. 8. de iust. q. 7. art. 2. Grac. 1. p. c. 5.

C. Prohibemus. *Cōc. Lat.* *Ca. Cum venissent* *C. Nisi.* *Gigas.* *Corras.* *Garc.* *Soto.*

Limitabis tamen primò prædictā potestatem reseruandi legatis competentem, non extendi ad reseruanda simul plura beneficia, ad collationem illius vnius collatoris pertinentia, vt expresè decidit Bonifacius in cap. *Præsenti*. 3. vers. *Nec etiam*, de officio leg. libr. 6. vbique omnes scribētes. Cæterùm quia hoc difficile videtur, ex eo quod legatus potest in simul plura conferre cum præiudicio Ordinarij, vt videtur sentire text. in cap. 1. eodem titulo, & lib. dum loquitur in plurali numero; vnde videbatur plura etiam posse reseruare, cum idem præiudicium, eademque potestas in vtroque casu reperiatur. Declarandum, & aduertendum est, tunc solum non posse legatum secundam reseruationem facere, aut tertiam, si priores à se factæ adhùc pendeant, nec sortiri fuerint effectum; in hoc enim solum casu procedit text. in dicto cap. *Præsenti*, ne aliàs in totum ordinarijs potestas conferendi auferatur, cum imposibile sit, vt conferant, quandiù plures pendent reseruationes; secùs dicendum est, si legatus secundam, aut tertiam reseruationem faciat, postquam prima sortita fuerit effectum; tunc enim valebunt, si de priori faciat mentionem, quia tunc deficit ratio, de qua suprà, cum prima finita maneat locus ordinario, in quo præueniendo legati potestatem, beneficium conferre posit, mentio autem prioris ex eo requiritur, quia in dubio legatus, non intendit grauare Ordinariū, qui iam per prius mandatum grauatus est, iuxta doctrinā Glossæ. 2. in cap. *Mandatum*, de Rescriptis. Limita-

27 *Cap. Præsenti.* *Cap. 1.* *Glossa.*

28 Limitabis secundò, & magis generaliter non solùm prædictam potestatem reseruandi, sed etiam conferendi, de qua suprà, vt scilicèt procedāt in illis beneficijs, quorum collatio auctoritate Apostolica Episcopis commissa est; cum enim in illis cō ferendis Episcopi delegati censeantur, Pontificemque repræsentantes, iuxta regulam text. in cap. *Sanè*. 2. de officio delegati, nullo modo legatus circa illa se poterit intromittere, imò eorum potestas in hoc per aliā Episcopis concessam derogata censebitur, succedetquè regula text. in cap. 2. de officio legati. Secundum quam nullam habet iurisdictionem in ijs casibus, in quibus per aliqua iura Episcopis delegata iurisdictio specialiter committitur. Ex horum numero est potestas conferendi beneficia deuoluta in specie, Clementin. 1. ibi, *Auctoritate Apostolica*, de supplēd. neglig. Potestas item visitandi exemptos apud Tridentinum sess. 7. cap. 5. & alia multa similia, quinimò non solùm ea, quæ Episcopis competunt, tanquam delegatis sedis Apostolicæ, sed etiam omnia alia, quæ eisdem speciali iuris beneficio, etiam tanquam Ordinarijs reseruantur, ad legatos, nisi alias Apostolico priuilegio sint muniti; non spectant ex regula l. *Quod verò*. l. *Ius singulare*, ff. de legibus, vt v.g. concursus cum Inquisitoribus in causis fidei, quippè qui saltem, quando ipsi Inquisitores contradicunt contra iuris regulas, & speciali beneficio sustinetur. cap. *Per hoc*, ibi, *Nolumus derogari*, de hæretic. in 6. approbatio item confessariorum, quæ apud Trident. etiam sess. 23. cap. 15. solis Episcopis specialiter reseruatur.

C. Sanè. *Cap. 2.* *Clem. 1.* *Trident.* *L. Quod verò.* *L. Ius singulare.* *Cap. Per hoc.* *Trident.*

A Limitabis tandem, & vltimò legatum non posse reseruare, aut etiam conferre beneficia omnia, quæ per viam electionis prouidentur, vt expressè statuit Bonifacius in cap. *Deliberatione* in principio de officio leg. in 6. Decius cons. 149. regula 3. Cancellar. cum sua Glossa, quod etiam in ijs procedere, quæ per viam cōmendæ conferuntur, dixit Domin. & Perus. in d. cap. *Deliberatione*, iuxta doctrinam Archidiacon. receptam ibi in cap. *Nemo*. de electione in 6. 29

Ca. Deliberatione *Decius.* *Reg. 3. Cācellar.* *Domin.* *Perus.* *Archid.*

B Quintò, & vltimò principaliter legatis Apostolicis competit potestas condendi statuta perpetua in spectātibus ad suam iurisdictionem, vt clarè supponunt, & probant text. in cap. vltimo de officio leg. cap. 1. de locato cum alijs, idque sine consensu prælatorum, seu populi, nisi in illorum tendant præiudicium, vt per Innocentium ibidem, quem sequuntur omnes; competit etiam si sint legati à latere potestas absoluendi excommunicatos pro violenta manuum iniectione in clericos, iuxta textum in C cap. penultim. de officio legat. cap. *Ad eminentiam*, de sentent. excommunicat. nec refert siue læsio aut iniuria enormis fuerit, siue non, secundum communem ibi. quicquid Hostiens. contrarium velit. Tandemque generaliter in suis prouincijs omnia possunt, quæ specialiter Romano Pontifici in signum supremæ potestatis reseruata non sunt; hæc enim tanquam ardua, & specialia sub generali potestate D eisdem concessa non comprehenduntur, iuxta regulam textus in cap. 2. & 3. de officio Vicarij libr. 6. probant in specie text. in cap. *Nisi*, text. celebris in cap. *Quod trāslationē*, vbi 30 31

Cap. vlt. *C. 1. de locato.* *Innocent.* *C. penult.* *Cap. Ad eminent.* *Hostiens.* *C. 2. & 3. de offi. vicar. in 6.* *C. Nisi.* *Ca. Quod translat.*

Glossa. vbi Glossa magistra, & Doctores de officio leg. Sic legatus etiam de latere non potest ea omnia, de quibus in prædictis iuribus;nec etiam alia,quæ latè recenset Glossa verbo *reseruata*, in dicto cap. *Quod translationem*, quæ quia ibi numerata sunt non curo referre, dum autē Glossa inter illa enumerat congregationem Cōcilij vniuersalis nō est extendēda ad congregationem Concilij Prouincialis, vt perperam fecit Glossa in cap. *Regula*, §. *Porrò*. 3. distinct. illud enim legatus congregare potest, vt tenet communis nostrorum schola, quandoquidē illud etiā Metropolitanus facere potest,iuxta caput *Sicut*,de accusationibus. Legatum maiorem illo habere potestatem ex regula tex. in cap. 2. de officio legati. Iuncta l. *Nec quicquam*, ff. de officio Proconsulis.

Glossa. C. Sicut. Cap. 2. L. Nec quicquā.

32 Post omnia suprà dicta solùm restat explicare, qualiter in legatis, legationis officium finiatur, qualiterq; ipso finito expirent ea, quæ per ipsum gesta sunt. aut inchoata, & quoad primum dicendum est cum Glossa verbo *finitur*, in cap. 3. de officio legati lib. 6. legationis officium reale, scilicèt annexum dignitati, vt in legato nato, nunquam expirare etiam deficiente persona, cum conseruetur in dignitate, iuxta textum in cap. *Quoniam Abbas*, de officio delegat. personale verò deficere, quoties persona, in qua creatum est deficit, vel quia tempus præscriptum finitum est. cap. *De causis*, in princip. de officio deleg. vel si à superiore legitimo reuocetur, iuxta regulam text. in l. *Iudicium soluitur*, ff. de Iudicijs, aut si prouinciam animo non redeundi fuerit egressus, aut tandem propter mortem sui ipsius, iuxta regulam l. 4. ff. locati, non verò propter mortem constituentis; per illam enim ipsius officiū, nequaquam expirare probat apertè text. in cap. 2. in fine de officio legat. in 6.

Glossa. Ca. Quoniam. C. De causis. L. Iudic. L. 4. ff. locati. Cap. 2.

A

33 Quoad secundum breuiter est resoluendum actus gestos à legato, ex quibus alicui tertio ius acquiritur, finito legationis officio, etiam re integra non expirare, vt v. g. est collatio beneficij, & alij similes, qui cum contineant iam gratiam, vel quid aliud factum nequaquam eo mortuo expirare possunt, iuxta textum secūdum verum intellectum, in cap. *Si cui* 36. de præbendis libr. 6. nisi fuerint actus iurisdictionales, & res integra in totum proponatur, vt probat optimè text. in cap. vltimo in fine de officio legati, propter regulam text. in cap. *Gratum*, & in cap. *Relatum*. de officio iudicis delegati. Actus verò, in quibus nullum ius alteri queritur, sed per illos ad solum legatum facientem habetur respectus, mortuo legato re integra statim finiuntur, cum in illis nihil iam factum, sed faciendum reperiatur.

B

C. Si cui. Cap. vlt. C. Gratū. C. Relatū.

34 Ex horum numero est reseruatio beneficij vacaturi à legato facta; hoc enim cum nullum ius parti tribuere posit, cum fiat sine expectatiua, atque ita tota adhùc in voluntate legati consistat, & pendeat, merito eo mortuo expirare cum omnibus processibus, super ea habitis si ad collationem non dum fuerit processum; decidit Pontifex in cap. *Præsenti*. 3. de officio legati libr. 6. Nec proderit si beneficium reseruatum vacans iam sit tempore quo finitur legatio, adhuc enim illius reseruatio expirabit, vt resoluit Francus ibi n. 3. Faciuntq; verba textus ibi, ***dummodò ad collationem***,

C

D

Ca. Præsenti. 35 Francus.

nem, &c. In quibus apertè text. sentit in omnibus alijs casibus rem esse integram ad effectum expirandi reseruationem, nisi solùm casu, quo beneficium iam collatũ sit, multa alia, quæ circa Legatorum materiam hìc poterãt desiderari tempus, seu institutum tractare non patitur; videri tamẽ poterunt apud Vilhadieg. Barbat. Gambar. & alios, qui peculiariter de legatis latissimè scripsere.

Viluad. Barbat. Gambar.

DISPVTATIO IIII.

De Patriarchis, & Primatibus

Tertium gradũ, Inspecta ratione dignitatis, & iurisdictionis obtinent in nostra Ecclesiastica Hierarchia, Patriarchæ, seu Primates, vtpotè quibus post Romanum Pontificem, & Cardinales, quibus solis vniuersalis Ecclesiæ administratio ex officio incũbit, iuxta suprà dicta in praeced. disputatione, maiores, & ampliores sedes tanquam capita Prouinciarũ pro gubernatione sunt assignatæ, vt probãt text. in c. 1. cũ sequẽtib. 80. dist. & in cap. 1. 99. dist. & infrà statim latiùs explicabimus, cuius administrationis ratione merito tertio gradu sedent, inter Episcopos verò primi reputãtur. Ex ordine igitur de illis agẽdũ sequitur, & primò de institutione, seu origine, deinde de iurisdictione, & potestate.

Cap. 1. 80 *dist.*
Cap. 1. 99 dist.

§. I.

De Institutione, seu origine Patriarcharum, & Primatum.

SVMMARIVM.

1 *Quando, & quomodo instituti fuerunt, Patriarchæ, & Primates, &* A *vnde eorum nomina deriuentur.*

2 *An huiusmodi dignitates Patriarcharum, & Primatum sint tantum nomine diuersæ, vel etiam re.*

Quod ergo ad institutionẽ, seu originẽ Patriarcharum, 1
& Primatum attinet; sciendum est primò olim initio nascentis Ecclesiæ, post singulas prouincias diuisas Beatum Petrũ, & successores, quasdam maiores sedes in- B stituisse, vt capita essent plurium Prouinciarũ, & earũ præsides præsidibus prouinciarũ, nempè Archiepiscopis præessent, ac tandem de eorũ causis, salua tamen sedis Apostolicæ auctoritate cognoscerẽt. Primò de qua primarum sedium institutione cognoscitur. Clemens Lucius in cap. 1. & in cap. *In illis.* 80. dist. vbi sic, *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni præ-* C *cepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum archiflamines, quos tamen minores esse tenebant, quam memoratos Primates: Archiepiscopos institui præcepit, in singulis verò ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabula sustinentur, &c.* De Anacleto Papa in cap. 1. 99. dist. qui autem Prouinciarum præsides Primates, seu Pa- D triarchæ appellabãtur Primates, quia primæ sedis erãt Episcopi, iuxta text. in ca. *Nulli*, ibi, *qui primas sedes tenent.* 99. dist. Patriarchæ verò Græco vocabulo, πατριάρχης, quasi princeps fratrum,

Cap. 1. 80 *dist.* Cap. *In illis.*
Cap. 1. 99 *dist.*
C. *Nulli.*

Q

Isidor. Cened. Bellarm. Henriq. Zechius. Conrad. Cassan. Asor. Altam. Hugo. D. Greg. Duaren. Anastas. Fra. Leo. Aug. Bar bos. D. Roder. à Cunha.

trũ, seu Archiepiscoporũ, Arcos, non. Græcè, Latinè Princeps interpretatur, vtpotè declarat Isidor. lib. 7. ethymolog. cap. 12. transcriptus in capite Cleros. 21. dist. ita Cened. Colle. 58. n. 1. ad Decretum post Bellarm. & alios, Henriq. 2. p. summæ de sacram. Ord. lib. 10. in fine, Lelius Zech. in republ. Ecclesiastica, tit. de stat. reuerend. Patriarch. Lancelot. Conrad. in templ. iudic. lib. 2. cap. 3. n. 4. Cassan. in Cathal. gloriæ mundi. 4. p. consideratione 9. Asor. institut. moral. 2. p. libr. 3. cap. 35. q. 11. Altamir. de Visitat. verbo Primates, n. 1. Hugo de præstant. Patriarch. in princip. Petrus Gregor. p. 2. lib. 15. cap. 5. n. 2. & 3. Duaren. lib. 1. c. 9. Anastas. lib. 3. sacr. immun. c. 3. n. 31. Franciscus Leo in thes. fori ecclesiastici cap. 2. n. 29. Augustin. Barbos. de Pastoral. solicitud. tit. 1. c. 6. n. 7. & 8. Doctissim. Roder. à Cunha in Cathal. Episcop. Portuẽs. 1. p. c. 6. n. 3.

2 Quærunt tamen Doctores, an huiusmodi dignitates Patriarcharum, & Primatum sint tantùm nomine diuersæ, vel etiam re. Post Immo. Galbert. Troc. de perplexit. cleric. cap. 13. n. 4. Pauin. de potestat. capit. prælud. 6. n. 12. Anastas. Germon. de sacrorũ immun. d. lib. 2. c. 5. n. 17. inquiunt etiam ratione officij dari differentiam inter Patriarchas, & Primates, ita vt Patriarchæ maiores officio, & dignitate cẽseantur, cui opinioni adhæret August. Barbos. dicto loco dum sentit, licet Primates, quodammodo Patriarchæ possint appellari, non tamen Primates verè esse Patriarchas, nec idem habere officium, eandemvè auctoritatem, sed propriè Patriarchas esse quatuor, videlicèt, Antiochenũ, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, relatos in cap. *Antiqua*, de priuileg. & affert Gõsal. ad reg. 8. Cancel. glossa 41. nu. 12. Et ratio est, quia repręsentãt quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei. Nihilominùs tamẽ Petr. Greg. d. 2. p. lib. 15. c. 9. Asor. d. lib. 3. c. 35. Bellarm. Henriq. Lęlius Zech. & omnes supracitati sentiunt, licet duo hæc nomina diuersa sint in effectu, tamen, & re idẽ esse officium, eádemq; potestatẽ habere, vt eleganter probat Anacletus in d. cap. 1. 99. dist. vbi sic: *De Primatibus autem quorum supra mentionem fecimus, quæritur, quem gradum in Ecclesia obtineant; an in aliquo à Patriarchis differant; quam obedientiam Archiepiscopi eis debeant? Primates, & Patriarchæ diuersorum sunt nominũ, sed eiusdẽ officij, &c.* Gratianus in principio. 99. dist. cap. *Duo simul*, iuncta glossa, verbo *Patriarchas*, de officio Ordinarij, & ibi Innocentius, & alij, quæ opinio mihi probabilior videtur, & ita promiscuè aliquando appellãtur Patriarchæ, aliquando appellantur Primates, vt cõstat ex suprà citatis iuribus. cap. *Conquestus*, cap. *Nunc verò*, iuncta subscriptione, ibi, *Bituriensi Archiepiscopo*. & ibi, *Galberio Patriarchæ*. 9. q. 3. quicquid distinguant contrariæ sententię Doctores.

C. Anti- qua. Gonsal. Pe. Greg. Bellarm. Henriq. Zechius. Cap. 1. 99 dist. Gratian. Cap. Duo simul. Glossa. Innoc. Ca. Conquestus. C. Nunc verò.

§. II.

De Patriarchis maioribus, seu principalibus.

SVMMARIVM.

1 *Quibus in locis primarias sedes summi Pontificis instaurauerint?*

2 *Sedes Romana est prima, & principalis primaria.*

3 *Hæreticorũ argumẽta contra hãc primã, & principalẽ Rom. sedis primatiã.*

4 *Respon-*

4 *Respondetur ad primum.*
5 *Variè exponuntur verba Canonis in cap. Mos antiquus. 65. dist.*
6 *Respondetur ad secũdum, & intelligitur tex. in cap. Renouãtes. 22. dist.*
7 *Secunda Patriarchalis sedes fuit Alexandrina.*
8 *Alexãdrina sedes quatuordecim annis post Romanam fuit instituta, & de aliquibus eius prærogatiuis.*
9 *Tertia Patriarchalis sedes fuit Antiochena.*
10 *Antiochena sedes à Petro fundata, & an prius eã, quã Romanã instituerit.*
11 *Antiquitus tres tantùm Patriarchales sedes fuere.*
12 *Illæ Ecclesiæ habitæ sunt Patriarchales, in quibus D. Petrus, vel per se, vel per aliũ, tanquã Episcopus sedet.*
13 *Quare Romana sedes maior Alexãdrina, & Antiochena, & quare Alexandrina maior Antiochena fuisset.*
14 *Quarta Patriarchalis sedes fuit Hierosolymitana, quæ ferè 500. annos post Romanam instituta fuit.*
15 *Hierosolymitana sedes in principio suæ creationis tantum patriarchalis fuit nomine, & honore, non autem re, seu potestate.*
16 *Hierosolymitana à principio Patriarchæ Antiocheno subiecta fuit.*
17 *Quinta patriarchalis sedes fuit Constantinopolitana.*
18 *Ex quo tempore Constantinopolitana sedes, secundum locum post Romanã obtinere incipisset.*
19 *Græci Constantinopolitanum Patriarcham Romano adæquare, seu potiùs anteponere voluere.*
20 *In omnibus supradictis Patriarchalibus sedibus, excepta Romana, hæretici fuerũt patriarchales, & quæ fuerint.*

A Est insuper sciendum Petrũ, sequentesq; summos Põtifices prædictas sedes primarias instituisse in illis locis, seu ciuitatibus, in quibus etiam apud Ethnicos, seu Gẽtiles primi flamines, seu primi legis Doctores erãt, vt etiã testantur text. in dictis capitibus 80. & 99. dist. Licet autẽ illę omnes sedes primæ, seu Patriarchales rectè cognominentur, iuxta suprà dicta, quędã tamen inter ipsas præcipuæ reperiũtur, quæ potiori nomine, & quasi per B anthonomasiam solùm patriarchales semper habitæ fuerũt, ex rationibus, de quibus specialiter loquitur tex. in d.c. *Antiqua* de priuilegijs. Inter istas prima, & pręcipua Patriarchalis sedes fuit, & est Romana, quã Petrus fũdauit, tenetq; Sũm' Põtifex eiusdẽ successor; qui per totius vniuersalis orbis Põtificatũ, secundũ quẽ est immediatus Pastor omniũ fideliũ, iuxta ea, quę latè diximus disp. 1. habet etiam primarium, & proprium Patriarchatum C septentrionalis totius regionis, & occidẽtalis, ratione cuius omnes eiusdẽ regionis Metropolitæ ei subijciũtur, vt expresè probat Anacletus in cap. *Sachristæ*. 22. dist. ibi, *Prima ergo sedes est in cælesti beneficio Romana Ecclesia*, & colligitur ex mutua Epistola Agathensi. Papæ ad Constantinum Augustum; & ex quibusdam Concilijs Romanis, quæ ex hac ratione fuerunt Patriarchalia, quibus intererant tantùm Episcopi Patriarchatus, vt sub Martino 1. Gelasio, Hilario, Cyma-D co; intenditquè text. in dicto capite *Antiqua*, ibi, *Post Romanam Ecclesiam, quæ disponente Domino, & cæt.* obtinet Principatum; comprobat ex Bellarmino, & alijs, Henriq. dicto lib. 10. de sacra-

1. C. Antiqua. 2. C. Sachristæ. Agat. papa. C. Antiqua. Bellarm. Henriq.

Asor. Germon. Aug. Ba. sacramento Ordinis cap. 29. litera A. Asor. dicto cap. 35. Germon. cap. 5. Augustinus Barbosa tit. 3. cap. 1. & 2.

3 Obijciunt tamen impij Hæretici, quos recensent suprà citati Doctores contra hoc primarium Romanæ Patriarchatum. *Conc. Nicæn.* Primò Can. 6. Concil. Nicæn. de quo in cap. *Mos antiquus.* *Mos antiquus.* 65. distinctione, vbi Pontifex Romanus inter alios Patriarchas assignatur, solùm certa regio, nempè Occidentalis; declaraturquè tantùm vnus ex Patriarchis, non autem primus, & caput aliorum. Deindè sextam synodum, & can. 36. de qua in cap. *Renouantes.* 22. distinctione, quæ videtur paria priuilegia concedere Constantinopolitano Patriarchæ, ac Romano: vnde non videtur illum præcipuum Patriarchatum inter alios obtinere; quibus argumentis vtuntur Luther. Illyric. ad Caluin. quos refert Bellarmin. tom. 1. libr. 2. de Romano Pontifice cap. 13. Sed parum, & nihil concludunt.

4 *6. Synod. C. Renouantes. Bellarm.*

Conc. Nicæn. Ca. Mos antiquus. Ad primum ex dicto Canone 6. Conc. Nicæni in d. cap. *Mos antiquus*, respondetur Concilium nihil statuisse circa Romanam Ecclesiam, nec ei religionem aliquã determinasse, sed tantùm ex forma, & consuetudine ipsius statum aliarum Ecclesiarum constituisse, vt benè aduertit Nicolaus primus in epistol. ad Michaelem, & patet ex verbis Canonis; quæ sunt, *Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Libia, & Pentapoli; vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidèm, & Episcopo Romano par illis mos est.* Quinimò si aduertamus ad initium huius Canonis, prout citatur à Paschasio Episcopo in Concil. Chalcedonens. Actor. 16. & ex Græco *Nicol. 1. Paschas. Episcop.*

A vertit Dionys. quidam Abbas, vt Alanus Cop. adnotauit in primo dialogo apertè fatetur primarium Romanæ Ecclesiæ Patriarchatum; sic enim incipit, *Ecclesia Romana semper habuit primatum, mos autẽ perdurat, &c*, quod initium hodiè deest in nostris libris vulgatis. *Dion. Abbas. Alan. Co.*

Addo inter verba illa Canonis, quoniam, & Episcopo Romano talis est consuetudo; varijs exponi à Rofino libr. 10. Histor. Ecclesiastic. cap. Theod. Balson in explicat. illorum Canonum Auctores summæ Concil. & alijs; quorum tamen explicationibus reiectis, vel dici potest cum Nicolao I. quem sequuntur Bellarm. vbi proximè Conciliũ solum dicere Alexandrum debere gubernare eas prouincias, subdens causam, quia scilicèt Romanus Episcopus ante Conciliorum, ita consueuit permittere, & gubernare, per illum, vel ad nostrum propositum, quasi sit sensus, vt ad similitudinem patriarchatus, quẽ Episcopus Roman⁹ exercet in prouincijs suo Patriarchatui subiectis Episcopus Alexandrinus habeat similem Patriarchatus dignitatẽ, in Aegyptũ, Lybiã, & Pẽtapolim; quo pacto intellexit Henriq. d. cap. 29. litera B. in fine. 5 *Rofin. Theod. Balsſ. Nicol. 1. Bellarm. Henriq.*

Ad secundum dicendum est dictũ caput *Renouantes*, solum in eo casu renouare constitutionem secundæ, & quartæ synodi Constantinopolitanæ, vt in principio apparet, ibi, *Renouantes*, & in quibus Constantinopolitanus Episcopus non fuit æquatus Romano, sed solùm antepositus Alexãdrino, & Antiocheno, vt patet ex c. *Constantinopolitana*, eadem dist. & infrà latiùs dicemus, nihil verò de priuilegio pari, seu æquali statuerunt. 6 *C. Renouantes. C. Constãtinopolit.*

Cano-

7 Canonem verò illum 36. sextæ synodi, qui Constantinopolitano Romanum æquauit, non esse 6. synodi veræ, legitimæ, atque œcumenicæ, sed alterius cuiusdam conuenticuli, qui se falsò sextam synodũ nominauit; cõstat enim sextam synodum verã nullos Canones edidisse, sed post annos quinque ab ea dissoluta iterùm conuenisse nescio quos Episcopos Græcos, auctore Iustiniano iuniore, ac multos Canones edidisse sub nomine sextæ synodi, quos quidem Canones erraticam synodum Beda appellat, & in lib. de sex ætatibus in Iustin. Iunior. scribit à Sergio Papa, qui tunc sedebat, fuisse reprobatos.

6. Synod. *Iustin. Iunior.* *Beda.*

8 Secunda Patriarchalis sedes fuit Alexandrina, quæ præerat omnibus Archiepiscopis, Aegypti, Libiæ, & Pẽtapolis, vt constat ex dicto Canone 6. Concilij Nicæni in dicto cap *Mos antiquus*. 65. dist. Anacletus in dicto capite *Sacrosancta*, vers. *Secunda sedes*. 22. dist. Eam elapsis quatuordecim annis post cathedram à Petro constitutam Romæ eiusdem Petri nomine

Conc. Nicen. *Ca. Mos antiquus.* *C. Sacrosancta.*

9 fundauit eius discipulus D. Marcus Euangelista, vt habetur expresse in dicto cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Cum beatissimus*. 24. q. 1. & ex Diuo Gregorio lib. 8. ca. 37. ad Eulogiũ. Leone Papa 53. ad Anatol. & alijs comprobat Bellarmin. lib. 1. de Romano Põtifice cap. 24. Henriq. litera F. proximè citato loco, quanuis contendat Nicephorus lib. 14. cap. 3. D. Petrum & per se Alexãdriæ sedisse. In illa floruit primò Christiana religio, & monastica: fuit etiam ex institutione Diui Marci schola de rudimentis fidei per Doctores Catholicos vbi docebatur symbolum, decalogus, & oratio

C. Sacrosancta. *Cap. Cum beatissim* *D. Greg.* *Bellarm.* *Henriq.* *Nicepb.*

A Dominica, fuit etiam schola Theologiæ contra hæreticos, ibidem enim anno 181. cæpit Pantenus 1. illam docere, cui posteà successit Clemens Alexand. & deindè Origenes, vt post alios testatur Genebr. lib. Chronic. pag. 200. *Genebr.*

Tertiò, Patriarchalis sedes fuit Anthiochena super omnibus Archiepiscopis, & Episcopis Orientis, vt constat etiam ex dicto cap. *Sacrosancta*, vers. *Tertia sedes*; illam per se D. Petrus fundauit; cum enim post passio- 10

C. Sacrosancta.

B nem Domini quinque ferè annis in Iudæa mansisset, posteà anno 5. ex illa profectus in Siriam, Antiochiæ fixit sedem, ibidemquè septem annis permansit tanquam Episcopus eius vrbis, antequam Romæ sedem collocaret, vt apertè inquit textus in dicto vers. *Tertia sedes*, cap. *Rogamus*. 24. q. 6. & ex grauissimis auctoribus, Hieronym. Beda, & alijs ostendit Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 6. quem sequitur Henriq. d. cap. 29. litera B. Neque probabile est, quod

C. Rogamus. *D. Hier.* *Beda.* *Bellarm.* *Henriq.*

C Onsephr. docet in additionibus ad Platinam, D. Petrum prius fixisse sedem Romæ, & posteà venisse Anthiochiã anno 10. aut 11. post Christum passum, cum nullum pro se veterem auctorem possit adducere, & loquatur contra textum expressum in dicto capite, *Rogamus*. In hac sede Petro successit Beatus Euodius, qui illam postquam Romæ sedem fixit, gubernauit. Illic etiam primum nomen Christianorum exortum fuit à

Onsephr. 11 12 *Cap. Rogamus.* 13

D Christo sumptum, vt notauit d. cap. *Sacrosancta*, & cap. *vnicum*, §. *Quia verò*, in fine, de sacra vnctione.

C. Sacrosancta. *C. vnic.*

14 Planè hæ solùm tres sedes hoc ordine constitutæ in initio habitæ fuerunt,

runt, tanquam primæ, ac patriarchales, & manifestè probat dictum cap. *Sacrosancta*, vt ex Concilio Nicæno, Chalcedonens. & alijs ostēdunt præcitati Doctores, quanuis autem miretur Caluin. lib. 4. institut. cap. 6. §. 13. cur tam paucæ, & cur isto ordine collocatæ fuerint, cum etiam videatur Ephesina numerari posse, quam Paulus fundauit, & Antiochena, in qua Petrus ipse fuit, Alexandrinam deberet præcedere; in qua solùm discipulus Petri sedit; cuius rei ipse Caluin. quandam præstitit rationem cap. 7. §. 17. desumptam ex nobilitate vrbium. *C. Sacrosancta.*

15 Nihilominùs tamen resoluendum est illam solam, & veram huius rei causam fuisse dignitatem Petri; solæ enim illæ Ecclesiæ habitæ sunt patriarchales, in quibus Petrus per se, vel per alium tanquam Episcopus sedit, vt ex multis auctoritatibus demonstrant Bellarmin. dict. cap. 24. & Henriq. Asor, & Zech. dictis locis. Hæ autem solùm fuerunt Romana, Alexandrina, & Antiochena, iuxta supra dicta. *Bellarm. Henriq. Asor. Zechius.*

16 Ratio autem cur prædicto ordine fuerint collocatæ, ex eodem etiam prouenit: Romanam enim ipse Petrus per se vsque ad mortem administrauit, ostendens ibi permansurum Pontificatum orbis; Alexandrinam per Marcum Euangelistam; Antiochenam per Euodium: vndè sicut Petrus maior erat Marco, & Marcus maior Euodio, ita quoque Romana Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam dignitate debebat superare; negandum tamen non est Petrum etiam in his sedibus eligendis habuisse rationem dignitatis vrbiū, vt videtur docere D. Leo in epistol. 84. ad Anastas. circa finem, non tamē hanc fuisse propriam, & immediatam causam, cur illę solum prædicto ordine patriarchales haberentur. *D. Leo.*

Quarto deindè loco, post annos ferè quingentos facta fuit quarta sedes patriarchalis, Hierosolymitana, ex eo quod vrbs, & regio illa fuerit Christi præsentia verbo miraculis, & passione illustrata, vt dicit Henriq. d. cap. 29. §. 2. Huic sedi præfecerunt Apostoli statim post Christi resurrectionem Iacobum fratrem Domini, & post eum Simonem etiam fratrem Domini, vt probat eleganter text. in cap. *Iacobus*, de consecrat. dist. 1. ibi, *Cur primum credita est Hierosolymitana Ecclesia, &c.* Addo tamen illam in initio suæ creationis fuisse tantum patriarchalē nomine, & honore, nō autē re, seu potestate; nam nulli Archiepiscopo, seu Episcopo pręerat, imò subiecta erat Archiepiscopo Cæsariensi, qui erat Metropolitanus Palestinæ; & proindè Patriarchę Antiocheno, qui, vt dixim⁹ toti Oriēti pręsidebat, quod etiam ex Concilio Nicæno, can. 7. in cap. *Quoniam mos. 65.* dist. vbi decernitur, vt Episcopus Hierosolymæ habeat honorem post Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum; sed tamen nihil propterea de auctoritate Metropolitani detrahatur, qui erat Cæsariensis. 17 *Henriq.* *Cap. Iacobus.* *Conc. Nicæn.* *Ca. Quoniam.*

Quintò posteà additus fuit Patriarchatus Constantinopolit. in vrbe Constantinopoli, quæ cum prius diceretur, Byzantium, posteà tamen anno 25. imperij Constantini, & 5. post Concil. Nicænum, cum ipse Imperator in illam Imperij sedem transtulisset cum Romanis dicta, & dedicata est Constantinopolis, quasi vrbs Constantini caput Imperij, & noua Roma, 18

C. Constantinus. Glossa. D.Hier. Roma, vt ex textu in cap. *Constantinus.* 96. dist. notauit Glossa in capite *Constantinopolitanæ.* 22. dist. & testatur D.Hieronym. in Chronic. quem sequuntur cæteri scriptores.
19 Non solùm autem Episcopus Constantinopolitanus, conatus est patriarchatum adipisci; sed etiam secundum locum inter Patriarchas post Romanum obtinere, idquè conatus fuit in Concilio 1. Constantinopol. & Chalcedonens. opera etiam Imperatoris; & licet tunc id non fuerit assecutus, postea tamen obtinuit à Vigilio Papa tempore Iustiniani Imperatoris, anno quingentesimo post Christū natum, vt habetur expressè in d. cap. *Constantinopolitanæ.* 22. dist. quod desumptum fuit ex dicto Concilio. 1. Constantinopolitano, & in cap. *Renouantes*, eadem dist. desumpto ex 6. synodo, testaturq; ipse etiam Iustinianus in Authent. de Ecclesiasticis titulis in princip. collatione 9. *C. Constantinopolitanæ. Ca. Renouantes. Authēt.* Ex quo factum fuit, vt licet olim Alexandrina Ecclesia secundum à prima locum haberet, deindè tertium Antiochena, & quartum Hierosolymitana, iuxta supradictum cap. *Renouantes*; secūdum quem ordinem, etiam prædictæ quatuor patriarchales sedes, excepta Romana, numerantur in Concilio generali Lateranensi, de quo in capite *Antiqua*, de priuilegijs. *C. Renouantes. C. Antiqua.* Est tamen hoc loco obseruatione dignum tantam fuisse Græcorum superbiam, vt non solùm Constantinopolitanum Patriarcham alijs præferre voluerint, iuxta suprà dicta, sed etiā Romam æquare, imò vniuersalem facere voluerūt, vt constat imprimis 36. sextæ synodi, vbi asserunt eidem paria priuilegia fuisse concessa, & ex Ioanne Con-

A stantinopolit. Episcopo, qui contendebat, se vniuersalem appellari. Cæterùm de Canone illo iam suprà diximus nullam habere auctoritatem; vniuersalis autem titulus prohibitus fuit à Pelagio in cap. *Nullus.* 96. dist. imò & D.Gregor. cum esset summus Pontifex illum respuit, vt sic etiam Ioannem ad deponendum similē titulum humilitatis exemplo promoueret, vt patet ex textu sic intelligendo. 99. dist. *Ca. Nullus. D. Greg.* quæ quidem, & alia cum non sufficissent ad illorum superbiā B comprimendam tandem iudicio Dei omnes cum suo vniuersali Patriarcha in manus Turcarum deuenerūt, prout hodiè sunt, quod eis euenturum prædixerat Sancta Brigitta lib. 7. c. 9. reuelation. nec non etiam Nicolaus Papa V. vt refert Genad. Scolar. in lib. pro Concil. Florent. c. 5. §. 14. *S. Brigitta. Genad.*

Illud tandem circa huiusmodi Patriarchales sedes, non est silentio prętereundum in prędictis omnibus Patriarchalibus sedibus aliquando sedisse Patriarchas Hæreticos, C præter quam in Romana, in qua nullus vnquam Romanus Pontifex, seu Patriarcha de hæresi fuit damnatus, vt latè diximus suprà disput. 1. huius relectionis: nam in Constantinopolitana sedit Hæresiarcha Macedonius, Nestorius, & Sergius; in Alexandria hæreticus Gregorius Arrianus, in Antiochena Paulus Samosatenus Hęresiarcha, in Hierosolymitana Ioannes Origenista, & alij, quos ita recensent Bellarmin. lib. 4. de Romano Pontifi- D ce cap. 3. & Henriq. d. cap. 29. §. vlt. 20 *Bellarm. Henriq.*

§. III.

De Patriarchis, seu Primatibus minoribus.

SVMMARIVM.

1 *De varijs Patriarchis, seu Primatibus, qui minores appellantur, vbi de Patriarchis Armeniorum, Maronitarum, & aliorum.*

2 *Quis fuerit prior Aetiopum Patriarcha.*

3 *Quando de nouo eligi possit Patriarcha.*

4 *Inter Latinos sex reperiuntur minores Patriarchæ.*

5 *Primus est Aquiliensis.*

6 *Secundus Grandensis.*

7 *Patriarchatus Grandensis, & Episcopatus Venetiarum vniti fuere, ibi de intellectu Glossæ, verbo singulis in cap. Illis. 80. dist.*

8 *Tertius minor Patriarcha Latinus est Bituricensis, qui in Burdegalensi, & Narbonēsi Prouincijs primas est.*

9 *Quartus est Cantuariensis.*

10 *Quintus Pisanus, & qui de eo tractarunt.*

11 *Sextus est Toletanus, seu Bracharensis, qui ab aliquibus inter maiores Patriarchas numerantur.*

12 *Qui Hispaniæ Primatiam tribuant Toletano Archiepisco, & qui Bracharensi.*

13 *De varijs exterarum nationum Patriarchis, seu Primatibus.*

1 Eodem mirabili ordine, & dispositione successores Petri Ecclesiam, labētibus annis, cæteris Patriarchis, & Primatibus ornarunt, qui tamen minores nuncupantur, & de quibus in præsenti aliqua dicemus; nam præter hos quinque primarios, & maximos Patriarchas, de quibus in §. præcedenti, alij sunt minores: nam sectæ Armeniorū tres habent Patriarchas: A vnus eorum residet in Sicilia, & Armenia minore; secundus in Armenia maiore; tertius quem non Partriarcham, sed Kabonichon appellāt, residet in Russia prouincia Polonorum. Vnicum etiam Patriarcham habent Maronitæ, qui commoratur, & præest in Syria in monte Libano. Habet etiam secta Cophtorum duos Patriarchas, quorū vnus residet in Mēphi, id est Cairo Aegypti; alter verò apud Aethiopes; secta quoque Iaco- B bitarum, duobus Patriarchis paret, quorum vnus in Cairo commoratur, alter in Syria, videlicèt in vrbe Damasco. Tandem nostris temporibus 2 creatus est Patriarcha Aethiopię Ioannes Nonnius Barretus Lusitanus vir summæ pietatis, & multarum literarum: cui in itinere mortuo successit Andreas de Ouiedo Castellanus, qui Aethiopiā penetrauit, ibiq; sanctissimè vixit, & mortuus est magna sanctitatis opinione. Vterque ex religione Societatis IESV, missus ad C pretiosum Ioannem Imperatorē Aethiopiæ, vt testatur Henriq. d. cap. *Henriq.* 29. §. 2. in fine, & Patriarcha: idque ex eo, quia in nouo orbe, de quo testatur *Soto.* Soto in 4. dist. 29. q. 2. artic. 4. & alij; quoties gens noua aliqua ad fidem conuertitur in tanta multitudine, vt opus habeat Primate, seu Patriarcha, ille de nouo creandus est, vt iu- 3 bet text. in cap. *Nulli.* 99. dist. quod *C. Nulli.* ita contigit in illis Aethiopiæ noui orbis regnis, in quibus propter mag- D nam crescentem fidelium multitudinem, varij fuerunt Episcopatus, & Archiepiscopatus instituti. & super illis noui etiam Patriarchatus erecti.

Inter Latinos tamen sex reperiūtur 4 tur

tur Patriarchæ minores, qui hoc Patriarchali titulo decorantur, vel Romani Pontificis indulgentia, vel inueterata consuetudine; sunt autem isti Aquilensis, Gradensis, Bituricensis, Canturiensis, Pisanus, Toletanus, seu Bracharensis, vt dicemus; de Aquilensi fit mentio in cap. *Nunc verò.* 9.q.3. De Grandensi meminit Vrbanus 2. in cap. *Erubescant.* 32. distin. & Cælestinus 3. in cap. *Ex literis,* de officio delegati, qui tamen Patriarchatus propter Gradensis ciuitatis aeris intemperiem anno 1451. à Nicolao Pontifice Maximo V. ad in inclytam Venetiarum ciuitatē translatus fuit.

C. *Nunc verò.*
5
Ca. *Erubescant.*
C. *Ex literis.*

6 Nec obstat, quod dicit Glossa verbo *singulos,* in cap. *In illis.* 80. dist. nempè Patriarcham Grandensem non esse Patriarcham Venetiarum, cum locus Grandi multum differat à Venetijs: quia respondetur posteà illis temporibus Nicolaum V. vnisse Patriarchatum Grandensem, & Episcopatū Venetiarum, de cuius Patriarchatus institutione Bernardus Iustinianus in sua de Venatorum gestis historia lib. 12. refert Germonius d. lib. 3. cap. 7. n.4. cum sequentibus. Barbos. titul. 4. cap.7.n.6.

Glossa.
Bern. Iustini.
Germon.
Barbosa.

7 De Bituricensi fit mentio in cap. *Conquestus.* 9.q.3. vbi Nicolaus II. vocat Archiepiscoporum Bituricens. Primatem, & Patriarcham, hoc est primæ sedis Episcopum, Albericus in Rubr. de statu hominum, colūna vltima dicit Archiepiscopum Bituricensem esse Primatem in Prouincia Burdegalensi, Cardinalis Alexander in cap. *Definimus,* 22. dist. Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas, Nicolaus Boerius additione ad tractatum de auctoritate, & præeminētia magni Concilij p.1.n.14. ait Bituricensem esse Primatem in Burdegalensi prouincia, & probat ex cap. vltimo de maiorit. & obedient. & cap. vltimo de dilationibus, & cap. vltimo de dolo, & contumacia, & esse Primatem in prouincia Narbonensi ex dicto cap. *Conquestus.*

Cap. Conquestus.
Alberic.
Ca. Definimus.
Boerius.

A

C. vlt. de maior.
Ca. vlt. de dilation.
C. vlt. de dolo.
Ca. Conquestus.

8 De Canturiensi meminit Glossa verbo *Archiepiscopus,* in cap. *Cleros.* 22. dist. De Pisano dicit additio marginalis ad Glossam in cap. *Definimus.* 22. dist. vbi Archidiacon. & Dominicus, idem Dominicus in cap. *Cleros.* n.20. in Glossa *Primatibus.* dist. 22. Præposit. in cap. *Concilia,* §. *Episcopus,* sub n.5. dist.17. Turrecrem. in c. *Prouinciæ,* vers. *Sed insurgit quæst.* dist.99. Cassaneus in Cathalogo gloriæ mundi, p.4. considerat. 19. in fin. Boerius de ordine, & precedētia graduum p. 1. num.13. & de auctoritate magni Concilij nu.54. Pauin. de officio, & potestat. cap. prælud. 6. nu. 13. Calefat. de equestri dignitate nu.94. Petrus Gregor. syntagmat. iuris libr. 15. cap.10. nu.30. in fin. Gig. de resid. Episcop. q.18. n.10. Marcus Anton. Anastas. Germon. d. cap.5. n.8. Gonsal. ad regul. 8. Cancell. nu.14. Augustin. Barbos. d. tit.4. cap.7. n.10.

B
C

Glossa.
Addit. marg.
Archid.
Dominic.
Præposit.
Turrecr.
Cassan.
Boer.
Pauin.
Calefat.
Pe. Greg.
Gigas.
Marc. Anton.
Gonsal.
Barbos.

9 De cuius primatus institutione latè disputant, & obiectiones facilimè elidunt, quarè in præsenti non immoror. De Toletano aliqui Doctores dicunt, sed ius pro Bracharensi dictat, vt posteà ostendemus. 10

Patriarchatus hic etiam inter maiores Patriarchas enumeratur à Germonio dicto loco, & à Garcia de Loaysa in Collectione Conciliorum Hispaniæ in Decreto Gundemari Regis pag. 296. à Rebuf. in comment. ad legē *Creditor.* 11. vers. *Quomodolibet,* ff. de verborum significat.

D

Germon.
Garc. de Loaysa.
Rebuf.

Cened.

Cened. Cened. Pract. & Canonic. q. sing. 95.
Pisa. n. 3. & 5. Franciscus de Piza in sua To
11 leti historia libr. 4. cap. 17. Et de hoc
Gre. Lop. primatu Gregor. Lopez partita. 1. tit.
Couas. 5. l. 9. §. *Primado*, Couas reg. *Possessor.*
Praeposit. 2. p. §. 10. nu. 5. & 6. Praeposit. in cap.
Specul. *Cum longe.* 63. dist. in principio, Speculat. in tit. de dispẽsat. §. *Sunt quoque*,
Moschon. n. 1. Hysidor. Moschon. de magestat. milit. Ecclesiastic. p. 1. cap. 8. pag. 151.
Marian. litera B. Marian. de rebus Hispan. lib.
Ambr. *Illescas.* 9. cap. 8. & 17. Ambros. de Moralit. lib. 9. suae histor. c. 7. & 8. Ilhescas histor. Pontific. libr. 4. c. 25. Thom. Ta-
Tamaio. *Narbon.* maio. in defens. Dextri. defension. 6. pag. 102. Narbona in vita Petri Tenor. Toleti Archiepisc. cap. 5. per to-
12 tum; sed pro Bracharensi Cald. cons.
Cald. *Ferret.* 8. nu. 54. & cons. 31. nu 13. D. Maur.
Ferret. in historia B. Iacobi lib. 1. cap.
Brit. *Sandon.* 14. fol. 53. Brit. de Monarch. Lusitan. 2. p. lib. 6. cap. 14. Fr. Prudent. Sandoual. lib. 1. de antiquit. ciuitatis Tullẽsis, Barbos. Pastor. solicit. tit. 1. cap. 5.
Barb. *Statius.* Statius de antiquitate Portugal. c. 57.
D. Roder. à Cunha. indicat Doctissimus Roderic. à Cunha in Cathalog. Episcop. Portuens. 2. p. cap. 6. pag. 76. Caeterosque, qui in aliqua natione obtinent similem ecclesiasticae dignitatis apicem. Plura
Asor. si vis lege tom. 2. Asor. p. 2. lib. 3. c. 35. vbi agitur de Primatib⁹, Patriarchis, & eorum potestate. Ad finem numerantur Primates, qui hoc nomine occidentalibus pronincijs decorantur, totius quidem Hyberniae Armachanus, Angliae Cantuariensis, Africae Cartaginensis, Hungariae Estrigoniensis. In Germania olim erat Magde-
13 burgensis; nunc verò est Salseburgẽsis; & in Galliarum prouincijs, videlicèt in Aquitania, & Celtica, & alijs Primates se appellant. Bituricensis, Remensis, Lugdunensis, Arclatensis,
A Viennensis Archiepiscopi. Poloniae Primas est sine controuersia Archiepiscopus Genemensis, Scotię Archiepiscopus Sancti Andreae, in Hispania certamen de primatu.

§. IIII.

De iurisdictione, seu potestate Patriarcharum, & Primatum,

SVMMARIVM.

B 1 *Patriarchae praesunt omnibus Archiepiscopis, & Episcopis sui patriarchatus.*

2 *Patriarchae super Episcopos iurisdictionem non habent, nisi in certis casibus.*

3 *Patriarcha in Archiepiscopos ordinariam habent iurisdictionem.*

4 *Patriarcharum suffraganei Archiepiscopi dicuntur.*

5 *Primates nõ solùm pallio vti, sed etiã idem Metropolitanis concedere possunt.*

C 6 *Primates, seu Patriarchae iudices ordinarij sunt in prima instantia in causis Metropolitanorum suae prouinciae, siue ab Episcopis siue à quibusuis clericis intententur.*

7 *Interpretatio tex. in cap. Si clericus. 11. q. 1.*

8 *Interpretatur textus in cap. 3. de foro competenti.*

9 *Qui olim Primates appellarentur.*

10 *Patriarcha, seu primas iudex est Episcoporum suae prouincia in causa*
D *appellationis.*

11 *Ad Primatem prouocandũ est in prouincijs suae iurisdictionis subiectis.*

12 *Vtrùm in appellationibus, quae ab inferioribus Episcopis interponuntur, possit*

possit omisso medio ad Metropolitanum Primatem recurri.
13 *Pars affirmatiua, & eius fundamẽta.*
14 *Pars negatiua verior.*
15 *Interpretatur textus in cap. Antiqua, de priuileg. quod erat 1. affirmatiuæ partis fundamentum.*
16 *Respondetur ad secundum.*
17 *Patriarcha debet à Metropolitano consuli in arduis, & quæ in Synodo prouinciali expediri non possunt.*
18 *Metropolitanus Episcopum non consecrabat, nisi de primatis consensu.*
19 *Metropolitanus Archiepiscopi electionem confirmabat.*
20 *Patriarcha supplebat defectus Metropolitani, disponebatq; de rebus Ecclesiæ ipsius vacantis.*
21 *Ad Patriarcham pertinebat declarare admittendam esse appellationẽ ab inferioribus ad Romanum Pontificem, si ab ipsis non admittatur.*
22 Patriarcha *etiam extra suam prouintiam ante vexilum Crucis deferre potest, & an hoc ei competat ratione officij, an ratione priuilegij.*
23 *Archiepiscopis licet ante se vexilum Crucis deferre intra suam prouintiã.*
24 *Crux, quam* Patriarcha *ante se præfert, differt in forma à Cruce, quam præfert Archiepiscopus.*
25 *An liceat Patriarchis extra suũ territorium solemnem immittere benedictionem.*
26 *An possit* Patriarcha *extra suũ territorium proprium subditum benedicere.*
27 *Quilibet simplex sacerdos licet non sit parachus, à peccatis venialibus absoluere potest.*
28 *Licet attento iure* Primatibus *minoribus potestas daretur super Archiepiscopos, hodiè tamen quatuor maioribus tantùm competit.*
A 29 *Patriarchæ minores impropriè Patriarchæ appellantur.*
30 *An Toletanus, seu Bracharensis Patriarcha maior priuilegijs vti possit, & quid de hac re sentiat Hẽriquez.*

Diximus iam de origine, institutione, numero, & sede Patriarcharum, seu Primatum; nunc verò de illorum iurisdictione, seu potestate, primò est sciendum, Patriarcham præesse omnibus Archiepiscopis, & Episcopis sui Patriarchatus; sed diuersimodè; nam super Episcopos, & eius subiectos iurisdictionem non habet, nisi in certis casibus, de quibus infrà iuxta textum in cap. *Duo simul*, de officio ordin. cum sint immediatè subiecti Archiepiscopis, tanquam ordinarijs, iuxta textum in cap. *Pastoralis*, eodẽ titulo, & ea, quæ circa illos infrà dicemus; in Archiepiscopos verò ordinariam habet iurisdictionem, & illius suffraganei dicuntur; sicut Episcopi suffraganei sunt Archiepiscoporum, vt eleganter declarat Abbas in cap. *Antiqua*, n. 3. de priuileg. quem ibi sequuntur cæteri Doctores, intendit text. in cap. 1. 99. distinct. & in cap. 1. 80. dist. cap. *Conquestus*. 9. q. 3. 1

Cap. Duo simul. *C. Pastoralis.* *Abbas.* *Cap. 1. 99 dist.* *Cap. 1. 80 dist.* C. Conq.

B, C (margin letters)

Vnde primò consequitur Primates, seu Patriarchas non solùm posse vti pallio, quod est insigne Pontificalis dignitatis, cap. *Nisi*, & per totum de actorit. & vsu pallij, sed etiam illud conferre Archiepiscopis Metropolitanis suarum prouinciarum recipiẽdo ab eis, tãquam à sibi subditis obedientiæ, & fidelitatis iuramentum, iuxta textum elegantem in dict. cap. *Antiqua*, vers. *Seruata*, de priuilegijs, iuncto 2

C. Nisi. D C. ap. Antiqua.

C. Dilecti 3. iuncto etiam text. in cap. *Dilecti.* de Maioritat. & obed.

Secundò consequitur Patriarchã, seu Primatem iudicem esse ordinarium in prima instantia in causis aduersus Metropolitanum suæ prouinciæ, siue ab alijs Episcopis, siue etiam Conc. Ch. à quibusuis clericis intententur, vt expressè statuit Concil. Chalcedonẽse in cap. *Si clericus aduersus*, vers. fin. 11. q. 1. ibi, *Pergunt ad ipsius diæcesis Primates*, vbi text. hanc generalem regulam, & legem proponit, dum verò posteà alternatiuè addit, *aut certè ad Constantinopolitanæ Regiæ ciuitatis sedem*; ex quo nihilominùs desumebat argumentum, Patriarcham Constantinopolitanum æqualem esse Romano quasi concurreret in iurisdictione cum alijs omnibus Patriarchis intelligendus est solùm circa illos, qui eidem Patriarchæ subijciuntur, quasi primo lex generalis pro omnibus cõstituatur, & deindè particularis, pro ijs tantùm, qui Constantinopolitano Bellarm. 4 sunt subiecti, vt declarat Bellarm. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 22. Est tamen in hac materia text. notabilis C. Sanè. in cap. *Sanè*, de foro competenti, vbi Concilium Africanum iubet, quod si inter duos Episcopos, diuersarũ prouinciarum causa vertatur, ille primus det iudices in cuius prouincia est locus, de quo contenditur; in quo duas textus inuoluit difficultates, primã, dum censet Primatem etiam iudicem esse inter Episcopos ordinarium cõtra suprà resoluta; solum enim primas inter Metropolitanos, ipsi verò Metropolitani inter Episcopos d. cap. *Si* C. Si clericus. *Clericus*. Secundã, dum iubet iudices dare, ac proindè non concedit facultatem per se cognoscendi, iuxta regul. l. *Cum prætor*. 12. ff. de Iudicijs. L. Cum prætor. 5

A Quapropter Doctores communiter resoluunt, & intelligũt Primatem ibi accipi pro Metropolitano, & inter ipsum solum eo casu iudices dari debere, quando per se non potest, vel non vult cognoscere, vt Glossa 1. ibidem adnotauit. Glossa. 6

Cæterùm omisso hoc intellectu, veriùs resoluendum videtur, attentis quidem antiquis Canonibus, inter quos decretum illius text. reperitur in Concilio Africano, cap. 88. & Mi- Conc. Afric. Mileu.
B leuit. cap. 24. Primatis ibi nomẽ propriè accipi, pro primate, de quo agimus, eo enim tempore Primates tãtùm appellabantur prælati prouinciarum capita assumẽdo prouincias, iuxta antiquam Romanorum diuisionẽ, quæ longè latiùs patebant, vt colligitur ex dicto cap. 1. 99. dist. Ideò autẽ Cap. 1. inter Episcopos de causa cognoscere contra resoluta, quia text. agit in casu secundæ instantiæ appellationis, vt patet ex originali, & integra, & insu-
C per ex eo, quia in prima instantia causæ Episcoporum, vel in synodo, vel apud vicinos Episcopos, quibus Metropolitanus præerat, tractare iubebantur, cap. *Saluo*, cum sequenti. 9. C. Saluo. q. 3. In quo quidem casu appellationis primates sunt competentes iudices, etiam Episcoporum, vt infrà apparebit. Deindè est resoluendum, 7 ideò etiam Concilium iudices dari iubere, non autem per se posse Primates cognoscere, quia cum Primates prouinciarum capita occuparent
D adeò ab Episcopis erant remoti, vt sine maximo dispendio ipsorum causas audire non potuissent, nec sine detrimento subditorum ipsius Episcopi, quem oportet gregi suo inuigilare assiduè:

L.Cũpost Barbat. C.1.4.q.5. asiduè: vnde quoties causa per appellationem ad illos deuoluebatur iubebantur iudices dari in loco rei site, vel propè, vt prædicto inconuenienti occurreretur, iuxta regul. tex. in l. *Cũ post*, C. de Appellat. ex cuius visceribus decretum illius fuisse desumptũ arbitratur Barbat. ibi colũna prima, iuxta quem sensum etiã intelligẽdus est text. in cap. 1. in principio. 4. q. 5.

8 Tertiò fit consequens Primatem, seu Patriarcham prouocandum esse in prouincijs omnibus suæ iurisdictioni subiectis, vt generaliter statuit Lateranens. Concilium in d. cap. *Antiqua*, vers. vltimo de priuileg. quod quidem de plano procedit in appellationibus immediatè interpositis à Metropolitanis ad Patriarchas, quia attento iure communi ab Archiepiscopo ad Patriarchã appellatur, iuxta textum in cap. *Si inter*. 6. q. 4. cap. *Conquestus*. 9. q. 3. d. c. 1. 99. dist. cum similibus: in illis autem appellationibus, quæ immediatè ab illis inferioribus interponũtur dubitant maximè Doctores, an videlicèt ad Patriarcham, seu Primatem appellari posit omisso medio in prouincijs suæ iurisdictioni subiectis. & quanuis Hostiens. quẽ sequitur Innocent. Speculat. & alij in dicto cap. *Antiqua*, affirmatiuam quęstionis partem ex eo tueantur; quia in dicto cap. *Antiqua*, hoc eis datur priuilegium, quod tamẽ aliàs nullum esset, si ad eos omissis medijs appellari non posit; & insuper ex similitudine legatorum, ad quos omisso medio appellari posse docet Glossa. 2. per textum ibi, vbi Doctores in cap. 1. de officio legati, Couas Pract. cap. 4. n. 9. Nihilominùs tamen probabilius est contrarium, quia minus præ-

Cõc. Lat. Ca. Si inter. Ca. Conquestus. Cap. 1. 99 dist. Hostiens. Innocent. Speculat. C. Antiqua.

9 Glossa. Cap. 1. Couas.

A iudicat iurisdictioni prælatorum. Et ex eo, quia non videtur hoc priuilegium Patriarchis concedendum cõtra expressam iuris regulam, de qua in cap. *Dilecti*. 66. de appellat. nisi in iure expresim cõcedatur, iuxta textum in capit. *Conquestus*. 9. q. 3. cap. *Duo simul*, de officio ordinar. ibi, *Primates, vel Patriarchas nihil iuris præ cæteris habere, nisi quantum sacri Canones concedunt, &c.* Ex quibus ita in terminis tenuit Glossa in dicto cap. *Antiqua*, cuius opinionem dicit æquiorẽ B Abb. ibi, & sequitur Henriq. d. c. 29. §. 3. August. Barb. dicto tit. 4. cap. 1. n. 29. Neque obstat textus in d. cap. *Antiqua*, inductus, vt suprà, quia respondetur textum non inducere de nouo priuilegia aliqua Patriarchis competentia contra iuris regulas, sed tantum renouare antiqua, & numerare ea, quæ secundum normas iuris ad Patriarcharum potestatẽ spectant. 12
Ex quibus vnum est, vt ad eos in suis prouincijs appelletur, scilicèt legitimè, & ab Archiepiscopo, qui est C immediatus prælatus. Neque etiam obstat similitudo legati, quia præterquã quòd illud quamplurimi Doctores negent, procedit ex eo, quia gerit vices summi Põtificis, ad quem omisso medio rectè appellatur; cap. *Ad Romanam*, cum multis ibidẽ. 2. q. 6. cap. *Si duobus*, de appellationibus. 13

D. Dilecti. C. Conq. Ca. Duo simul. 10 Glossa. Abb. Henriq. Barbos. 11 Ca. Antiqua.

14 Quartò fit consequens Primatem, seu Patriarcham semper esse consulendum à Metropolitano super negotijs arduis; & quæ talia sint, quæ in D synodo Prouinciali expediri nõ possunt, ita Bonifac. in d. c. *Si inter*. 6. q. 4. cap. *De Concilijs*. 18. dist. sic nõ licebat Metropolitano Episcopũ consecrare absq; Primatis cõsensu, cap. *De persona*

C. Si inter. C. De Cõcilijs. C. De persona.

R cum

cum sequenti, & præcedenti.65.dist.

15 *C. Igitur.* Confirmabat item electionem Archiepiscopi, vt notatur in cap. *Igitur*, 63.dist. Ex quo tamen patet, quod ipse Primas Concilijs Prouincialibus non assistebat, cum Metropolitanus teneretur, eum posteà consulere, vt probat optimè tamen text. in d.cap. *Ca.1.18. dist. C.penult.* primo 18.dist. cap.penultim. 92.dist. vbi Concil. integrum dicitur, & perfectum, cui solum Metropolitanus interfuit.

16 Quintò consequitur ad Patriarcham, seu Primatem pertinere supplere defectus Metropolitani, si fuerit *C. Cum simus.* negligẽs, aut remissus, cap. *Cum simus* 9. q. 3. Item vacante Metropolitana Ecclesia disponere, vt res ipsius Ec- *Cap. Præsenti.* clesiæ, custodiantur, argument. cap. *Præsenti*, de officio Ordinarij lib.6. ac tandem declarare iustam esse appellationem, & admittendam ab inferioribus ad Romanum Põtificem interpositam si ab illis non admittatur, ar-

17 *C. Solicitudinem. Syluest. Henriq. Zechius. Hugon.* gumento etiam tex. in cap. *Solicitudinem*, de Appellationibus, quæ omnia ponit Syluester in summa verbo *Patriarcha*, & posteà Henriquez dicto lib 10.cap.29. §.3. Lælius Zechius dicto loco n.3. Matth. Hugon. d. tract. de præstant. Patriarchal. vers. *Ita etiã.*

18 Tandẽ, & vltimò cõsequitur posse Patriarcham vbique etiam extra suã prouinciam ante se vexillum crucis deferre, præter quam in vrbe Romana, & vbi fuerit Apostolicæ sedis legatus Papalibus insignijs vtens, vt *C. Antiqua.* decreuit Concilium in dicto cap. *Antiqua*, vers. *Dominica*, de priuilegijs, &

19 notant omnes suprà citati. Neque obstat, quod delatio hæc crucis est insigne Patriarchalis dignitatis, ac proindè videbatur, quod etiam absq; priuilegio illius text. licitum erat Pa-

A triarchis illam vbique deferre: nam quilibet potest vti insignijs suæ dignitatis, etiam extra territorium, imò & voluntariam iurisdictionem exercere, iuxta text. in l.1. & 2. ff. de offic. *L.1. & 2. ff. offi. pro consul.* Proconsulis; respondetur enim cum Abb. in d.c. *Antiqua* n.pen. delationẽ *Abbas.* Crucis importare superioritatem, seu iurisdictionẽ, ideòq; absque priuile- 20 gio non fuisse licitũ Patriarchis, illam vbique deferre; quemadmodum ex eadẽ ratione Archiepiscopis licitum

B non erat, nisi tãtum in sua prouincia, *Cap. 1. vt lit. pend.* iuxta text. in cap. 1. vt lite pendente, nec etiam intra Prouinciam, per loca exẽpta, nisi speciali priuilegio eisdem fuisset concessum in Clement. vnica *Clem. vnica.* de priuilegijs; argumentũ verò solum procedere in alijs insignibus, quæ tãtum ad dignitatẽ extendendam, sunt instituta, vt portatio annuli, baculi gestatio, item in Põtificali, & similibus, quæ extra territoriũ prælati optimè deferre possunt, de quibus intelligitur tex. agens de proconsule in d. 21

C *L.1. ff. offic. proc. Glossa. Cassan. Pe. Greg. Zechius. Henriq. Gonsal. Panciro-la. Barb.* l.1. ff. de offic. proconsulis, Glossa penult. in cap. *Ad honorẽ*, de auctoritate, & vsu pallij; circa quæ Cassan. in Cathalog. gloriæ mũdi. p.1 consider.38. concl.4. Petrus Greg. syntagmat. iuris lib.5.c.9.n.6. Lelius Zech. vbi proximè n.2. Henriq. d. lib.10. c.29. §.3. Gonsal. ad regul.8. Cancellar. Glossa 41.n.26. Pancirola lib.1. c.20. §. *Habent*, August. Barb. d. tit.4. c.1. n.23. Ex quibus circa hoc priuilegiũ ferẽdi crucẽ inter Archiepiscos, & Patriar-

D chas illa apparet differentia, quod Patriarchis iure communi datum est vbique, Archiepiscopis verò intra Prouinciam, iuxta textum in Clementin. *Archiepiscopo*, de priuilegijs. *Clem. Archiepisc.*

Zech.

Zechius. Zech.d.tit.de stat.illustr.Patriarchar.
22 n.6.Alia quoad hoc inter eos est differentia, quia Patriarchæ Crucem ligno transuersario gemino constantem præ se ferunt, cuius lignum superius transuersum breuius est, inferius longius; Archiepiscopis verò intra suam prouinciam, vnius duntaxat transuersi ligni cruce præferre permittitur, vt optimè obseruarunt Cu-
Cuiac. iacius in paralip. ad titulum de foro competenti in capite *Sanè*. 3. in fine,
Iust.Lips. Iust.Lips.in notis ad suos de cruce li-
Iac.Grets. bros; Iac Gresor.de ortu sanctæ cru-
Hiero.Roman. cis p.3.in descript.crucis, Vuerdianę vers. *Verum*, Hieronym.Roman. p.3. de repub.Christ.lib.2. cap.6. ad finē, & lib.3.cap.6.

23 Dubitant tamē Doctores, an quēadmodum Patriarchis licitum est crucem vbique deferre, liceat etiā vbiq; benedictionem solemnem, aut aliam facere extra territoriū, quia hæc duo
Clem.vlt. æquiparantur in d. Clement. vltima
24 de Priuilegijs. Cæterùm cōmuniter resoluunt non licere, quia benedictio est actus iurisdictionis, cum per eam deleantur peccata venialia, & notat
Glossa. Glossa final.in prooemio Sexti,&pro
C. Aquā. bat cap. *Aquam*, de Consecrat. dist.3. qui actus solum à superiore in subdi-
Ca. Quod autem. tos exerceri potest, iuxta reg. c. *Quod autē*, de pœnit.& remissionib. ac subindè quanuis aliquo modo comparetur cū delatione crucis, nihilominùs
25 tamen ad illam textus extendi nō de-
Card. bet, quam sententiam post Card.Ab-
Abbas. batem sequūtur omnes in d.cap. *An-*
Syluest. *tiqua*, Syluester vbi proximè, Henri-
Henriq. quez verò d.cap.29. §.4. & alij suprà citati, contendit posse Patriarcham, sicut & alium quemcūque Prælatum inferiorē benedicere etiā extra territoriū; ex ea ratione quia ad remis-
A sionem peccatorum venialium, quæ solùm fit, per talem benedictionē, nō requiritur specialis aliqua iurisdictio in proprios subditos; imò etiam in quoscūque exercere possūt, & habēt; Quemadmodū etiā quilibet simplex sacerdos potest absoluere à peccatis 26
venialibus in foro sacramētali absque eo quod sit Parochus, quia ex generali Ecclesiæ consuetudine sic interpretāte iurisdictionē ab Ecclesia omnes habere censentur quoad absolu-
B tionem venialiū, iuxta ea, quæ tradit idē Henriq.lib.6.de pœnit.c.5.§.4.& *Henriq.*
c.8. §. 6. & est cōmuniter receptum.

Illud tamen antequam hinc discedamus aduertendum est, quod licet 27
potestas Primatum attēto iure super Archiepiscopos, de quibus hucusque ad hæc omnia extēderetur; hodie tamen sic illis non competere; nam priuilegia supra relata quatuor tantū veris Patriarchis, Constātinopolitano, scilicèt, Alexandrino, Antioche-
C no, & Hierosolymitano, nō verò alijs minùs propriè. ita appellatis, vtpotè 28
Aquilensi, Gradensi, Toletano, & similibus competere inquiunt, Cassan. d.cōsider.9.vers. *Alij autem*, Rodoan. *Rodoan.*
d.c.16.n.1. Aug.Barbo.d.tit.4.§.1.n. *Barbos.*
37. & videtur deduci ex text. in cap. *C.Graue.*
Graue. 29. in fine de præbendis, ibi, *aut proprij Patriarchæ, minimè relaxerētur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur*, & ex *Extrau.*
Extrauagant. *Sanctæ Romanæ*, de ele- *Sācta Romana.*
ctione inter communes, vbi Bene-
D dictus Nonus, postquam dictas quatuor patriarchales sedes Sanctam Romanam Ecclesiam instituisse refert, ipsasque, inquit, multis prærogatiuis, & honoribus, ac priuilegijs decorauit;

corauit; quasi diceret prædicta priuilegia, quibus Patriarchæ fruuntur, A proprijs Patriarchis, non verò improprijs fuisse concessa: nam omnes præter illos quatuor impropriè potiùs, & perperam vsitata voce Patriarchæ ab omnibus solent appellari, Alber. in dicto verb. *Patriarcha*, vers. *Patriarchas, & Primas*. Iacobat. lib. 1. de Concil. à nu. 256. Anastas. Germon. lib. 3. de sacror. immun. cap. 7. nu. 11. Lælius Zechius d. n. 2. Augustin. Barbos. d. cap. 2. excipiunt tamen Toletanum Antistitem, qui ex priuilegio B Pontificio omnibus, & singulis prærogatiuis, ac priuilegijs, quæ dictis patriarchis competunt, vti, & gaudere liberè, licitèque potest, vt inferiùs suo loco dicemus. Henriq. verò dict. lib. 10. cap. 29. §. 4. in fine, inquit, *Hodie tamen Archiepiscopum Toletanum, qui est primas suo iudicio in nostra Hispania nihil aliud retinere super Metropolitanos, quam vt præsideat in Concilio Nationali, id est, totius nationis Hispaniæ*. Plura alia in hoc proposito de præcedentia Patriarcharum, seu Primatum videri possunt per Doctores suprà citatos, & nos aliqua dicemus in §§. sequentibus.

29 Albert. Iacobat. Germon. Zechius. Barbos.

30 Henriq.

§. V.

Vtrùm in Hispania detur Primatus, & quisnam sit Hispaniarum Primas?

SVMMARIVM.

1 *Primatus dari non potest, nisi per veram Primatiæ sedis erectionem.*

2 *In omnib⁹ prouincijs, in quibus Christi fides acceptata fuit, Primates, seu Patriarchæ erecti fuerunt.*

3 *Patriarchæ in primarijs vrbibus erigi solebant.*

4 *In Hispania Primas vnus ab Apostolis creatus fuit.*

5 *Brachara vrbs fuit Hispaniæ primaria, & de aliquibus eius prærogatiuis.*

6 *Brachara Augusta ab Octauiano Augusto appellata fuit Sueuorum sedes, regnum, & sepulchrum.*

7 *Testimonium Innocentij 2. & Callixti 2. pro nobilitate, & dignitate Bracharensis ciuitatis.*

8 *In Brachara primi flamines, id est, legum Doctores habitarunt.*

9 *Primi flamines in vrbibus* Primarijs *præesse solebant.*

10 *Diuus Petrus, & eius successores Patriarchas, non nisi in primarijs vrbibus constituerunt.*

11 *Diuum Iacobum anno Christi 41. in Hispaniam venisse vera traditio refert, & probabilius naui vectū Galleciæ, aut Lusitaniæ portum tenuisse.*

12 *Verosimile est D. Iacobum Bracharā* C *præcipuam Hispaniæ vrbem primitus adiuisse.*

13 *D. Iacobus nouem afferens discipulos Hispaniam intrauit, quorum duos in Galleecia, & Lusitania reliquit.*

14 *Diuus Petrus Ratensis Hispaniæ Protomartyr, à Diuo Iacobo primus Bracharensis Episcopus creatus fuit.*

15 *Diuus Petrus in villa Ratensi martyrij palmam adeptus est anno Domini. 43. vel 44.*

16 *Diuus Petrus Ratensis prius Bracharensis Archiepiscopus creatus fuit, quā* D *Diui Petri cathedra ex Antiochia Romam fuisset translata.*

17 *Diuus Petrus Ratensis, D. Petro Apostolorum principe adhùc viuente, ei Ecclesiam dedicauit.*

18 *Bra-*

18 *Bracharensem Archiepiscopum esse Hispaniæ Primatem efficaci probatur argumento.*

19 *Asturiensis,& Lucensis Ecclesia (etiã postquam Metropolis in Concilio Lucensi creata fuit) obedientiam præstiterunt Bracharensi Antistiti.*

20 *Solùm Primates Metropolitanos subiectos habere possunt.*

21 *Decreta Nationalis Concilij ad quod Episcopi, & Archiepiscopi Hispaniæ confluxerunt, à Bracharensi præsule confirmata fuere.*

22 *Toletanus Episcopus subiectus erat Carthaginensi, & Carthaginensis Bracharensi.*

23 *Archiepiscopus Bracharensis præfuit 2. & 3. Concilio Bracharensi, & 2. Lucensi.*

24 *Præsules olim non ex locorum dignitate, quibus præerant, sed antiquitate consecrationis ius habebant præcedendi.*

25 *Bracharensis præsul licet consecratione iunior, quia tamen primas erat, cæteris præcedebat.*

26 *Toletanus Antistes nunquam Concilio præfuit.*

27 *Hispania in septem conuentus partiebatur, quorum præsules Bracharensem antistitem Primatũ agnouerũt.*

28 *Brachara etiam dum Hispania Maurorum annis tenebatur, suos habuit prælatos, non tamen Toletus.*

29 *Brachara à Mauris recuperata suum sustinuit Primatum, sicut sustinebat, antequam à Mauris occuparetur.*

30 *Christianam religionem in Hispania à Brachara semper initium habuisse probatur varijs rationibus.*

31 *Ius Primatiæ in Bracharensi Ecclesia sine controuersia perdurauit, vsq; ad tempora Innocentij tertij.*

32 *Toletanus Antistes, vt primatialem sedem sibi affectet nititur priuilegio quodam Vrbani 2. quod priuilegium aliqui Vrbani successores in forma cõmuni confirmarunt.*

33 *Falluntur Auctores, qui putant Toletum litem cum Brachara habuisse, vbi primum à Maurorum potestate liberata fuit.*

34 *Toletanum Archiepiscopum non posse Primatum suum antiquitate defendere, probatur.*

35 *Euãgelicus sermo Bracharæ prius innotuit, ibidemq; prius templum erectum fuit.*

36 *Toletana Ecclesia primum habuit Episcopum Eugenium, multò postquam Bracharensis Ecclesia erecta fuit.*

37 *Toletanum Archiepiscopum non posse Primatum suum priuilegio defendere probatur.*

38 *Summus Pontifex non censetur ius alicui adimere, nisi id expressè declaret.*

39 *Princeps, qui expressè derogat iuri tertij censetur id facere propter importunitatem, & ideò concessio vires non habet.*

40 *Literæ Apostolicæ, quæ non habent diem, mensem, & annum, nullæ omninò reputantur; sicut qualibet alia scriptura.*

41 *Priuilegium Toletano Archiepiscopo ab Vrbano 2. concessum à subditis receptum non fuit.*

42 *Priuilegium, quod á subditis non recipitur, nullius est momenti.*

43 *Priuilegium alicui Ecclesiæ concessũ perit per non vsum 40. annorum.*

44 *Reges Castellæ ab Archiepiscopis Bracharensibus confirmationes aliquorũ electorum Episcoporum, tanquam à primatibus impetrarunt.*

tum, & Toletum ingressus est praeunte Cruce in altum sublata. A

72 *Idem Praesul ad Comitia veniens, quae in oppido Thomar habita sunt, sub Philippo II. Hispaniarum Rege, & ab ipso Rege Hispaniarum Primas vocatus fuit.*

73 *Alexius de Menezes Bracharensis Praesul viuens Primatialem crucem extulit, & Madriti moriens cum eadem cunctis spectātibus sepultus est.*

74 *Alphonsus Furtado de Mendoça eādem Primatialem prae se tulit.*

75 *Bartholomaeus Carranca Archiepiscopus Toletanus erectam crucem prae se ferre volens, à Burgensi Episcopo suffraganeo, & ab alijs fuit interdictus, & qui interdixerunt laudati à Romano Pontifice.* B

76 *In quā plurimis bullis Innocent. III. & Bonifacij IX. & aliorum Bracharēses praesules* Primates *appellati sūt.*

77 *Lusitani Reges, semper Bracharae praesulibus* Primatialem *honorem praestiterunt, vt videre est in quamplurimis diplomatibus, & melius in lege vrbanitatis lata anno 1597.* C

78 *Iudicatum fuit Archiepiscopum Bracharensem, vt* Primatem *citandum esse.*

79 Phelippus *III. Hispaniarum Rex. cū ad regni Comitia Bracharensem Archipraesulem appellasset cum* Primatem *nominauit.*

80 *Olysipponensis Camera Bracharensem Archiepiscopum primatē nominauit.*

81 *In literis sentent. Curia Bracharensis eiusdem Archiepiscopus* Primas *nominatur, & eiusmodi literae ab omnibus Lusitaniae praesulibus obseruantur.* D

82 *Ab Apostolorum tempore vsque in hodiernam diem Archiepiscopus Bracharensis est, & fuit in possessione* Primatus.

83 *Rodericus à Cunha quanto Bracharensi Ecclesiae sit ornamento attingitur.*

PRomisimus in hac disputatione de Patriarchis, & Primatibus inuestigare, quisnam sit Hispaniarū Primas: quia tamen dari non potest Primas in Ecclesia, nisi per veram Primatus sedis erectionem à Romano Pontifice, primò inquirendum est: Vtrùm in Hispania detur vera Primatus sedis erectio? Secundò, quisnam iure proprietatis sit Hispaniarū Primas? Tertiò, An Bracharensis Antistes, seu Toletanus sit in possessione huius Primatus? 1

Quod ad primum attinet, sciendū est in omnibus prouincijs, seu regnis principalibus, in quibus Christi fides promulgata, & acceptata fuit, Beatū Petrum, & eius successores Patriarchas, seu Primates instituisse, qui Episcopis, & Archiepiscopis praeessent (salua tamen in omnibus Apostolica authoritate) vt suprà diximus, cap. *Vrbes*. 80. dist. & ibi Glossa, & Doctores, post alios Hugo, de praestant. Patriarch. col. 3. vers. *Possem*, Butrius, & Panormit. in cap. *Duo simul*, de officio ord. & alij statim citandi, qui tamen Patriarchę, seu Primates mirabili hac dispositione, semper in primarijs vrbibus, & regio splendore claris collocati fuerūt. cap. *In illis*. 80. dist. Clem. Rom. epist. 1. & D. Anton. 3. p. Theolog. tit. 20. cap. 4. Hugo vbi suprà, Petrus Gregor. institut. benefic. cap. 4. n. 4. & syntagmat. iuris lib. 15. c. 7. n. 7. & cap. 6. n. 3. Altamir. de Visitat. verbo *Patriarcha, vel Primates*, num. 4. 2 *C. Vrbes. Glossa. Hugo. Butr. Panorm.* 3 *C. In illis. Cle Rom. D. Anto. Hugo. Pe. Greg. Altamir.*

Germon. Anastas. Gom. d. lib. 3. cap. 7. Asor. 2.
Asor. p. lib. 3. d. cap. 36. Barbos. tit. 1. cap. 5.
Barbos. Quibus prehabitis cum certum sit
4 Hispaniæ Prouinciã ex omnibus Eu-
ropæ maximam, ac florentissimam
esse, & religione Primariam, benè cõ
sequitur Primatem in illa extitisse, ac
eodem ordine quo cæteri creatum
ibi fuisse ab Apostolis, & ita de hoc
Hispaniæ primatu insigne habemus
C. Corã. testimonium in cap. *Coram*, de in in-
tegrum restitut. & est communis tra-
ditio, quæ præcipuè stabiliri potest
ex antiquitate Ecclesiarum Hispaniæ,
Irenaus. cuius meminit Irenæus lib. 3. aduer-
Tertull. sus hæreses cap. 3. & Tertull. aduersus
Iudæos, idem etiam confirmat aduẽ-
tus D. Iacobi in Hispaniam, & probãt
omnes, qui de hac materia scripsere;
Specul. Speculat. in tit. de dispens. §. *Sũt quoq;*
Boer. *nonnulli*, Boerius de authorit. magni
Cassan. Conc. n. 94. Cassan. in Cathalog. glo-
riæ mundi. 4. p. considerat. 9. Petrus
Pe. Greg. Greg. syntag. lib. 15. cap. 10. Zech. tit.
Zechius. de patriarch. n. 2. Gregor. Lop. in l. 9.
Greg. Lopez. tit. 5. part. 1. Gloss. verb. *Primado*, Cal-
Caldas. das consil. 8. n. 54. & consil. 31. nu. 13.
Ferrens. Ferrens. in histor. D. Iacobi lib. 1. cap.
Sandou. 14. & Fr. Prudent. Sandoual in lib. 1.
de antiquit. ciuitatis Trident. Brit. de
Brito. Monarch. Lusit. 2. part. lib. 6. cap. 14.
Statius. Statius de antiquit. Portug. cap. 57.
Barb. Barbos. pastor. solicit. titul. 1. cap. 5. &
nos in sequentibus copiosiùs dice-
mus.

5 Supposito ergo quod detur Pri-
matus in Hispania, vt constat ex præ-
cedenti quæstione; in præsenti quæ-
rimus, quisnam sit Hispaniarum Pri-
mas? Ad cuius resolutionem præmit-
tendum est fuisse olim Bracharam in-
signem vrbem Hispaniæ Primariam,
notissimamq; Romanorum Coloniã,
de cuius antiquitate videri potest Flo *Florian.*
A rian. libr. 3. cap. 26. Ayres Barbosa in *Ayres*
suis poblemat. August. Pasens. in vita *Barb.*
Beati Petri Martins Archiepiscop. *Pasens.*
Bracharens. Brito de Monarchia Lu- *Brito.*
sitaniæ lib. 2. c. 6. Statius de antiquit. *Statius.*
Portugal. cap. 57. Doctissimus Rode- *D. Rod. à Cunha.*
ricus à Cunha in Cathalogo Episco-
por. Portuens. 1. p. cap. 11. Augustin. *Barbos.*
Barbos. d. tit. 4. c. 8. & alij apud quos
Auctores huiusmodi vrbis antiqui-
tas, & dignitas latissimè ostenditur,
&, vt Plinius auctor est lib. 2. c. 3. tota *Plinius.*
B Hispania diuisa erat suo tempore in
conuentus septem, in quibus Bracha-
ram nominat: deindè addit Bracharã
obtinere 24. ciuitates, quæ ducenta,
& septuaginta quinque millia capitũ
recensebat; qua de re legi etiam po-
test Sandoual. in Tidensi histor. fol. *Sãdoual.*
13. & Maur. Ferret. in historia D. Ia- *Maur. Ferret.*
cobi Compost. cap. 17. Hinc est, quod 6
ab Octauiano Aug. Augustæ nomi-
ne sit decorata, cuius tituli monumẽ-
ta, hodieque extant latinis literis in-
cisa in columnis, quæ cernuntur ere-
C ctæ, iuxta ædiculam D. Annæ in ea-
dem vrbe; similiter ab scriptoribus
appellatur Augusta, vt legitur apud
Ambros. de Morales libr. 9. cap. 43.
Ferret. citato, Brito, Sandoual, & Sta- *Ambr. Ferret.*
tio allegatos; imò, vt testatur idem *Brito.*
Brit. ex Laimundo, hic, & sedes Sue- *Sandou.*
uorum fuit, & regnum, & sepulchrũ. *Statius.*

Cuius nobilitatis insigne habem⁹ *Brito.*
testimonium ex Innocentio Papa hu 7
ius nominis secundo in Bulla quadã, *Innoc. Papa.*
D qua Lusitaniæ, & Gallecіæ vrbes Bra-
charensi subiectas esse confirmat, in
hæc verba, *Bracharensem Metropolim*
insignem quondam fuisse, atque in Hispa-
niarum Regno multis, & dignitatis, &
gloriæ titulis claruisse. Nec non antiquæ
nobilita-

nobilitatis indicia, quam & veterũ scripturarum testimonia manifestant. Data fuit hæc Bulla anno 10. sui Pontificatus, & eadem verba repetit Callistus *Callist. 2. Papa.* 2. in Bulla, qua hæc eadem confirmauit anno tertio sui Pontificatus; quæ quidem Bullę in archiuio eiusdem ciuitatis seruantur.

8 Et propterea iam olim residebant in hac vrbe primi flamines, seu primi legis Doctores, qui semper in vrbibus primarijs præesse *Clem. P.* solebant, vt testatur Clemens Papa in d. cap. *In illis.* 80. dist.

9 Quæ omnia ex antiquis, & recentibus librorum monumentis constant, quibus in simili materia, credendum est, vt notat *Glossa.* Glossa verbo *magis*, & in cap. *Inter* *Bald.* *dilectos*, de fide instrument. vt post *Felin.* Bald. Felin. n. 12. Bartol. In l. 1. n. 22. *Bart.* ff. si certum petatur.

10 Præmittendum etiam est, vt patet ex supra dictis Diuum Petrũ, eiusq; successores, Primates, & Patriarchas non nisi in nobilioribus vrbibus cõstituisse. Ita legitur cap. *Vrbes*, dist. 80. *C. Vrbes.* vbi sic Lucius Papa. *Vrbes*, inquit, *& loca, in quibus Primates præsidere debẽt, non à modernis, sed multis ante aduentũ Christi temporibus statutæ sunt. quorum Primates Gentiles etiam pro maioribus negotijs appellabant; in ipsis verò vrbibus post aduentum Christi Apostoli, & eorum successores Patriarchas, & Primates posuerũt, ad quos Episcoporum negotia (salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causæ post Apostolicam sedem sunt referendæ.* Et probatur; nam propterea D. Petrus ab Hierosolymis in Antiochiam vrbem Syriæ præcipuam, & indè Romam perrexit orbis totius caput. Et idem etiam legimus de reliquis Apostolis in Prouincijs, quas sortiti sunt.

His positis, communis est traditio 11
A Diuum Iacobum Apostolum in Hispaniam venisse. Ita in Breuiario Romano, & Bracharensi, testatur etiam Vasq. tomo 1. Moral. historiar. lib. 1. *Vasq.* S. Isidor. de Vita, & obitu Sanctorum *S. Isidor.* cap. 73. Ilhescas in Historia Pontific. *Ilhesc.* lib. 1. cap. 3. in vita Sancti Iacobi, & præsules alij, quos refert, & sequitur Cened. collect. 43. ad Decretum, & *Cenedo.* alios plures nouissimè cõtra Baron. Card. congerit, Ferret. in historia D. *Ferret.* Iacobi lib. 1. cap. 16. fuit verò hic ad-
B uectus anno Domini. 41. vt post Dextrum grauissimum, & antiquissimum Auctorem, cõcludit Ferret. vbi pro- *Ferret.* ximè, cap. 12. Et probabilius videtur naui aliqua vectum Gallecię, aut Lusitaniæ portum aliquem tenuisse, vt tenet Callistus 2. cuius verba infrà *Callist. 2.* referemus n. 5.

12 Cum verò Brachara nobiles adeò portus non longè habeat, verisimile est in aliquo fuisse expositum, vt vrbem præcipuam primitus adiret; ita ex D. Isidor. citato, & *D. Isidor.*
C Ferret. cap. 16.

13 Cum ergo nouem secum discipulos afferret Beatus Apostolus, duos in Gallecia, & Lusitania reliquit, vt affirmat Callistus Papa in prologo *Callistus* translationis D. Iacobi in hæc verba. *Papa.* *Nouem in Gallecia dum adhuc viueret Apostolus elegisse dicitur, quorum septem, alijs duobus in Gallecia prædicantibus, cũ eo Hierosolymam perrexere. Horum discipulorum alter fuit D. Petrus dictus Ratensis Hispaniæ, imò Europæ protomartyr, quem Bracharensi Ecclesiæ præfecit Episcopum anno Domini.*
D 42. & post Dextrũ *Dextr.* affirmat Ferretus lib. 1. cap. 16. & col- *Ferret.* ligitur ex Sandoual. fol. 16. & affert *Sandou.* idẽ P. Cosmas Magal. in manuscrip- *Cosm. Magal.* tis de Primatu Hispanię c. 13. & c. 31.

Adeptus

14 Adeptus est D. Petrus martyrij palmam in Villa Ratensi anno Domi- A ni 44. vel 43. vt vult Ferret. lib. 2. cap. 10. & Valdesius de dignitate reg. cap. 6. nu. 22. *Ferret. Valdes.* semper tamen constat prius electum fuisse Bracharæ Archiepiscopum, 15 quàm D. Petri Apostolorum Principis cathedra ex Antiochia Romam fuisset translata, vt latè probat Brito 2. p. Monarch. libr. 5. cap. 4. & *Brito.* colligitur ex Sandoual. in vita sancti Epitacij fol. 13. *Sãdoual.* imò dum adhuc viueret Diuus Petrus Apostolus noster Petrus martyr primus Bracharæ Pô- 16 tifex dedicauit sacro Apostolo, quandam Ecclesiã, vt testatur Hieronym. Roman. in historia D. Iacobi, quem refert, & sequitur Valdes. de dignit. reg. cap. 6. n. 22. *Hier. Roman. Valdes.*

17 Constat prætereà Bracharensem Ecclesiam extructam fuisse à Diuo Iacobo, vt affirmat Ferret. lib. 1. c. 14. *Ferret.* additquè hanc veritatem esse secundum antiquissimas traditiones, additquè idem Auctor (quem sequitur Brito citato cap. 3. vbi Pio hac parte *Brito.* allegat Callistum Papam) Beatũ Apostolum Iacobum à Brachara præcipuus fuit Romanorum conuentus, in quibus diuisa erat Hispania vsque ad Titum Vespasianum. 18 Cum verò cõstet Carthaginem, Tarragonam, Corunam, Asturias, & Lucam, quæ vrbes Romanorum erant conuentus, non intentasse inquàm Hispaniæ Primatum contra Bracharam euidenter colligitur inibi, & non alia quacũque vrbe Primatum fuisse collocatum.

19 Confirmatur hæc veritas ex obedientia, quam semper Bracharensi Antistiti præbuerunt Prælati Lucensis & Asturiensis Ecclesiæ (in quibus duo erant iuridici Romanorum conuentus) etiã postquam Lucensis Ecclesia constituta fuit Metropolis in Cõcilio, *Cõc. Brachar.* quod in eadem ciuitate celebratum est anno Domini 564. regnante Theodomiro Sueuorum rege, In quo de partione, ac limitibus suarum diœcesum actum est, assistentibus Portugaliæ, & Galleciæ, Archiepiscopis præfuit Lucretius Metropolitanus Bracharensis, & cum in hoc Concilio Lucensis Ecclesia creata sit Metropolis declaratum etiam fuit, vt Bracharensi subijceretur, vt constat B ex Ambros. Moral. post Vasæum lib. 11. cap. 59. *Ambros. Vasæus.* *In Lucensi*, inquit, *Concilio facta est Metropolis Ecclesia Lucensis, Ecclesia tamẽ Bracharensi subiecta*. Quę ex eodem Moral. colligit Brit. 2. p. libr. 6. cap. 14. *Brito.* cum igitur euidenter colligatur ex cap. *Vrbes*. 80. dist. cap. *Prouincia*. 99. *C. Vrbes. Ca. Prouincia.* nullum nisi Primatem, vel Patriarcham habere posse Metropolitanos sibi subiectos, & in hoc 20 Concilio fuisse Lucensem Metropolitanum subiectum Lucrecio Bracharensi, C euidenter etiam constare debet, omnes illos prælatos vtriusque Regni Archiepiscopo Bracharẽsi primatus iura debuisse.

21 Item apud *Celenas* Galleciæ oppidum coactum est Concilium Nationale *Conc. Nation.* Leonis Papæ auspicijs, in quod confluxerunt Episcopi, & Archiepiscopi Hispaniæ Metropolitani, quales fuere Carthaginensis, & Tarragonẽsis, qui omnes huius Concilij decreta Bracharam miserunt, vt à Balconio Archiepiscopo Bracharensi, tanquã D à Primate confirmarentur. Ita Moral. lib. 11. cap. 26. *Moral.* & post Garciam de Loaysa idẽ affirmat Brit. citato cap. 8. *Loaysa. Brito.* Ferret. lib. 1. cap. 14. in historia D. Iacob. *Ferret.* Quod si Balconius non esset Primas,

Primas, quo pacto confirmare posset acta huius Concilij? nam, vt suprà dictum est, nullus nisi Primas, aut Patriarcha præesse potest, Metropolitanis, & cum eo tempore Episcopus Toletanus subiectus esset, ac suffraganeus Carthaginensi, vt fatentur omnes Auctores, qui hanc materiam tractarunt, idem etiã Toletanus huic
22 Cõcilio affuit, siquidem aderat eius Metropolitanus, quod affirmat citat. *Brit.* Brit. cap. 8. Ex quibus constat Bracharensem Archiepiscopum ab illis omnibus prælatis recognitum fuisse, vt primatem, & præcipuè à Carthaginẽsi, & Toletano eius suffraganeo.

23 Probatur idem institutum ex alijs Concilijs, quibus Bracharenses Archiepiscopi pręfuerunt: nam D Martinus primam sedem obtinuit in secundo Concilio Bracharensi Theodomiri Regis Sueuorum iussu congregato, & in 2. etiam Concilio Lucensi à Rege Iniro indicto, hoc est, in sua, & aliena Metropoli: cum tamẽ Nitigius Metropolitanus Lucẽsis pro motione antiquior vtrique Concilio interfuerit, & subscripserit. Et in tertio Concilio Bracharensi, Iulianus Hispalensis Metropolitanus secundo loco post Bracharensem (qui tamen consecratione iunior erat) sedit, & subscripsit, quæ præterquamquòd constent ex Chronicis, & Concilijs Hispaniæ in 3. tomo Conciliorum correcto, in subscriptione primo loco nominatur Leodigius Bracharensis, secundo Iulianus Hispalensis, quæ omnia doctè, & eruditè probat P. Cosm. Mag. cit. cap. 15. *Cos. Magal.*

24 Agnouerunt igitur Metropolitani dum iuniori detulerunt Primatus iura illi deberi; quod vlterius declaratur ex eo, quod olim non ex locorum A dignitate, quibus Episcopi præerant, sed ex antiquitate consecrationis habebant præcedendi facultatem, iuxta Canon. 3. Concil. Tolet. 4. *Et conuenientes*, inquit, *omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis sua tempora resideant*: ergo cum antiquiores Metropolitani Lucensis, & Hispalensis Bracharensi, qui erat consecratione iunior assederint, id ex eo scilicèt factum est, quia Primatẽ eum agnouerunt. Quod verò nunquam B Toletanus præfuerit Concilijs, cui Metropolitani affuerint iure primatus, aut prærogatiua aliqua, sed tantũ consecrationis antiquitate, locũ, qualis ille fuerit, obtinuerit, asserit, & probat Franciscus Caldas, quem allegat P. Cosmas Mag. discurrendo, per vndeviginti Toleti Concilia congregata. 25 *Conc. Tolet.* 26 *Caldas. Cosmas Mag.*

Ex ijs, quæ dicta sunt constat ciuitates illas, quinque conuẽtuum, quales sunt Luca, Morga, Carthago, Tarracona, Corunia, Primatem Bracha- 27 C ram agnouisse. Ibique nimirum Syracusarum vrbs fuit confirmata Bracharæ suffraganea ab Eugenio Papa anno 1153. & ab Alexãdro tertio anno 1163. vt constat ex Archiuo Bracharensi, qui sex conuentus, simul cũ Brachara, quam Primatem agnouerunt sunt septem illi suprà dicti: vnde patet à partium enumeratione, quod siquidem Hispania in septem illos cõuentus partiebatur (inter quos numerabatur Brachara) sexq; illã supe- D riorem agnouerũt, Hispaniæ Primatem proculdubiò fuisse recognitam. *Archiu. Brachar.*

Perseuerauit hoc ius primatus nõ solùm vsque ad excidium Hispaniæ, sed etiam dum Maurorum armis tenebatur 28

Brito. Ferret. nebatur Brachara, quæ suos adhùc habebat prælatos, vt affirmat Brit. 2. p. lib. 7. cap. 16. Ferret. in historia D. Iacobi, cap. 19. lib. 3. quod tamen lõgè aliter euenit Toleti, nullum enim prælatum habuit, dum fuit Mauris subiecta, vt constat ex literis Vrbani secundi, *Ad nihilum*, inquit, *Christianæ religionis libertas illic redacta est, vt nulla vigueris Christiani Pontificis dignitas.*

29 At postquam ab Alphonso Rege Catholico Brachara recuperata est, suum sustinuit primatum, quem mirabantur ciuitates reliquæ, quæ à Mauris vendicabantur, vt affirmat *Ilhescas.* Ilhesc. in histor. Pontif. lib. 5. cap. 165. Moral. lib. 11. cap. 73.

30 Et verò considerandum valdè est Catholicam religionẽ semper in Hispania initium habuisse à Gallecia, & Brachara, quæ huius prouinciæ caput, ac Primas erat. Primo enim Romanorum tempore creatus est Bracharensis præsul D. Petrus martyr ab Apostolo D. Iacobo, cuius erat discipulus, vt suprà diximus. Secundò, veluti de integro introducta est fides in Hispaniam Arrianis erroribus cõtaminatam, cum scilicèt Gotthi, ac Sueui religionem Romanam, & Catholicam amplexi sunt, quo tempore prius Bracharæ fidei reconciliati sunt Sueuorum Reges, tempore Theodomiri anno Domini. 558. iuxta Loaysam, vel potiùs anno 557. iuxta Brit. 2. p. libr. 6. cap. 7. *Loaysa. Brito.* Gotthi autem nonnisi multò post annũ. l. Domini. 627. Toleti hæreses damnauerunt regnãte Recaredo, vt testatur idem Loaysa *Loaysa.* in Decretum Gundemari, §. 3. Tertiò redacta est Hispania in pristinam religionem post Maurorum expulsionem, Bracharæ autem fides reddita anno 757. iuxta Brit. citat. lib. 3. cap. *Brito.* vel potiùs anno 840. iuxta Ludouicum Nunez in sua Hispania cum per *Ludo. Nunez.* Alphonsum Castum à Mauris recepta fuit, Toletum verò, non nisi longo post tempore anno scilicèt 1083. & fidei, & libertati fuit restitutum, vt inquit Ilhescas lib. 1. histor. Pontific. *Ilhescas.* in vita prædicti Regis. Itaque semper fides per Bracharam in Hispania instaurata, vel ipso etiã Numine hoc fauorem Bracharæ primatum manifestante. Atque ad hæc vsque tempora suo priuilegio Primatis pacificè gaudebat Brachara, vt patet ex grauissimis Auctoribus apud Ludouicũ *Lud. Nunez.* Nunez in sua Hispania illustrata dicto cap. 51.

31 Perseuerauit hoc ius sine vlla cõtrouersia vsque ad Innocentium tertium, quo tempore cæpit Toletum ad Primatum aspirare, Regum scilicèt Castellæ præsidijs fretum vsque ad Honorium Papam item tertium, vt constat ex cap. *Coram*, de Ininteg. restitut. *Cap. Coram.* quæ lis adhùc indecisa est, vt liquet ex literis eiusdẽ Honorij, quæ asseruantur in Archiuo Bracharensi.

32 Cum hæc suprà dicta vera sint, & indubitata, inuestigandum est quonã iuris colore nitatur Toletum, vt Primatialem sedem sibi affectet? Respõdetur niti priuilegio quodam Vrbani secundi, quo primatum illi concessit, vt affirmant, & ibi supponũt citati Doctores in quæst. præcedenti n. 4. quod priuilegium confirmatum sit in forma communi per aliquos Papas Vrbani successores, vt probat Loaysa in Decreto Gundemari. §. 5. *Loaysa.* Alij etiam Doctores in hanc rem afferũt Decretum quoddam in cap. *Cum longe.* 63. distinct. *Ca. Cum longe.*

Vnde

33 Vnde quamuis Doctores aliqui affirment Toletum hanc litem intentasse, vbi primum à Maurorum imperio est liberata, in ea qualitate ostẽdisse Primatum sibi non solùm priuilegio, sed etiam antiquitate deberi, egregiè falluntur. Rex enim Alphonsus sextus Toletum recuperauit anno Domini. 1083. vt suprà dictũ est, ac proindè centum, & quinquaginta anni interfuere ante litis promotionem. Quod si Toletum iure antiquitatis Primatum intenderet, non ita

34 priuilegio illo Vrbani secundi niteretur, quod posteà Bernardus Toletanus Archiepiscop⁹ ãno scilicèt 1088. impetrauit à Summo Põtifice, vt inquit Loaysa vbi suprà §.5. in additio. margin. lit. A. quo priuilegio per centum annos, & vltra non ausi sunt Toletani Prælati in litem descendere.

Loaysa.

35 Illud ergo verum habet, neq; antiquitate, neque priuilegio suum ius tueri posse Toletum; nõ antiquitate, quia in ordinem ad primatum magni penditur vetusta vrbium nobilitas, quibus, vt capitibus Prouinciarum fides primo est denunciata. cap. *Sacrosanct*a.22.dist. Tempore vero obitus Seruatoris Christi, & aduentus Diui Iacobi in Hispaniam Brachara clarissima Romanorum Colonia, ac dicẽdi iuris conuentus præcipuus erat, cũ tamen Toletum longè adeo abesset ab hac dignitate, vt potiùs obscura quędam ciuitas esset Carthaginis ditioni obnoxia ad vsque Imperium Gotthorum, quo Metropolitanæ titulus à Carthagine in Toletum est translatus, teste D. Ildephonso illustrium virorum cap. 2. Loaysa in Decreto Gondemari, Brito 2. part. lib. 6. cap. 5.

C. Sacrosancta. *S. Ildeph.* *Loysa.* *Brito.*

36 Quod vero euãgelicus sermo Bracharæ prius innotuerit, quod ibi primum à D. Iacobo templum fuerit positum, quod D. Petrus in primum Archipræsulem illius vrbis ab eodem Apostolo fuerit electus anno à partu Virginis 42. quod idem Petrus martyrium fuerit perpessus in oppido *Rates*, anno 44. vel 45. satis probatum suprà est nu. 5. & 6. At Toletana Ecclesia, vt commune est inter Auctores primum habuit Episcopum Eugenium cõmilitonem, vel (quod verius est) discipulum D. Dionysij, qui extitit anno 68. vt tenet Gracia de Loaysa supra faciente fidem tabula, quæ in Toletana sede seruatur: vnde liquet Diuum Petrum Bracharensem Archiepiscopum martyrio coronatũ quatuor, & viginti annos, antequam Toletana Ecclesia emergeret.

Loaysa.

37 Iam vero neque priuilegio niti potest: nam Decretum in cap. *Cum longè.* 63. distinct. decerptum est ex quoddam Toletano Concilio, quod Primatum dare minimè valebat, & licet valeret tantummodo concessit facultatem ad confirmandos creatos præsules, quin ne verbum quidem habeat text. circa Primatum. Imovero cuiusque alterius prouinciæ ius illæsum omnino vult ad illa verba, *Saluo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ*; & confirmatur ex verbis text. ibi *permittimus*, quæ satis indicant priuilegium hoc de iure Toleto non cõpetere, tanquam Hispaniæ Primati, sed ex quadam Pontificis permissione, eaque de causa asserit Glossa ibi, verbo *Priuilegio*, & Turrecrem. n. 2. illud potiùs fuisse iniungere onus Toletano præsuli, quam immunitatem, aut priuilegium.

Cap. Cum longe. *Glossa.* *Turrecr.*

S Deni-

38 Denique priuilegium Vrbani ſecundi quantumuis à nonnullis ſucceſſoribus confirmatum ius ad Primatũ Bracharẽſi Eccleſię non ademit; nam Pontifex antiquum ius alicui tertio adimere non intendit, niſi cũ expreſſè id declarat, præſertim cum agatur de iure tanti ponderis ex text. in l. 2. §. *Siquis à Principe*, ff. Ne quid in loco publico, cap. *Paſtoralis*, de priuilegijs, & ibi Doctores, Corneus conſil. 194. n. 7. l. 4. Ruynus cõſil. 3. n. 8. volum. 5. Felin. in cap. *Nonnulli*, n. 12. de reſcriptis, & poſt alios multos Staphileus de literis gratiæ, titul. de priuileg. motu proprio, fol. 155. Menoch. conſilio 136. nu. 3. & de hac materia latè Gomez in regula de non tollendo iure quæſito per totam; quod adeo verum eſt, vt ſi Princeps expreſſè deroget iuri tertij intelligatur id facere propter importunitatem, & priuilegiũ vires non habeat, vt per Felin. in cap. *Olim*. col. 3. & 4. de re iudicata, ſequitur Gomez vbi proximè q. 1. quę reſponſio aptanda eſt confirmationibus illius priuilegij.

L. 2. §. Si quis. C. Paſtoralis. Corneus. Ruyn. Felin. Staphil. Menoch. Gomez.

39 *Felin. Gomez.*

40 Quod priuilegiũ illud (vti vocant) non eſt authenticum, imò deſtituitur ſolemnitatibus, quibus priuilegia, & literæ Apoſtolicæ minuuntur, neque enim habet ſubſcriptionem, nec diẽ, menſem, aut annum, neque indictionem: omnis verò bulla, aut ſcriptura, cui deſunt hę ſolemnitates nulla omninò, ac nullius vigoris ſunt, vt in Authent. ad Tabellion. §. *Illud quoque*, & in Authent. vt præponatur nomen Imperat. §. *Vnde Sancimus*, vbi Gloſſa verbo *Auctore*, Bartol. num. 3. & alij reſoluunt, quod ſcriptura non habens annum Domini nullius eſt momenti, Gloſſa verbo, *Indictionis*, in capite *Inter dilectos*, de fide inſtrum. Abbas in Proœmio Gregor. col. 5. Doctores communiter in capitẽ primo de fide inſtrument. quæ res ſine dubio eſt. Additur, quod nunquam Toletanus Archiepiſcopus, vt talis receptus eſt in Hiſpanias, vt infrà probabimus, neque priuilegium illud, vt tale recognitum; quod verò in Luſitania non fuerit receptum certiſsimum eſt; priuilegium vero non acceptum à ſubditis nullius eſt vigoris, ita reſoluit Gozadin. conſil. 23. nu. 9. ſicut aliàs lex nõn recepta non obligat, vt docet Gloſſa in cap. 1. de tregua, & pace, quam communiter approbatam dicit Felin. ibi. n. 8. idem ait Nauar. n. 1. q. 5. tit. de Conſtit.

Auth. de Tabell. Auth vt præponatur. Gloſſ. Bartol. Gloſſa.

Abbas. Cap. 1. 41 42 *Gozad. Gloſſa. Felin. Nauar.*

43 Perit etiam priuilegium ex nõ vſu per ſpatium annorum 40. quãdo alicui Eccleſiæ eſt conceſſum, vt hoc fuit, de quo agimus, vt per Abb. conſilio 61. n. 7. lib. 2. Decret. cap. *Terra*, de priuileg. Felin. in cap. *Cum acceſſiſſent*. n. 27. de Cõſtitutionib. Menoch. conſ. 727. n. 15. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45. n. vlt.

Abbas. C. Terra. Felin. Menoch.

44 Habemus preterea exempla plurima, quibus oſtẽdimus Bracharenſes Primates, vt tales ab Epiſcopis, & Caſtellæ Regibus fuiſſe recognitos. Nã Rex Alphõſus 8. Hiſpaniæ Imperator 45 (etiam poſtquã prędictus Bernardus Toletanus ad primatiam adſpirauit propter illud præfatum priuilegium) confirmationem Lucenſis Eccleſiæ, quæ fortè vacauerat, impetrauit ab Archiepiſcopo Bracharẽſi, cũ iã Luſitania diuiſa eſſet à Caſtella; conſtat hoc ex epiſtola ipſius Regis, quę ſeruatur in Archiuio Bracharæ. Idem 46 etiã accidit tempore Ferdinandi Regis prędicti Alphonſi filij anno 1174. in

Epiſt. Alphonſi.

in confirmatione electionis Tudensis Episcopi Nonij Perez: & in confirmatione Rondoniẽsis Episcopi anno 1346. per D.Gonsal.Pereira; hæc etiam exempla in archiuio Bracharensi sunt,ex quibus facilè colligitur, si Toletanus primas esset ab ipsis postulandas has confirmationes præcipuè ab Hispanis Regibus; legitur in hanc rem testimonium prædicti Imperatoris Hispanię Alphõsi apud Vasæum in Chronico Hispan.toto cap. 20. cuius auctoris ea inter alia multa carpsi verba,quæ sic habent: *Ego certè professionem obedientiæ Mindoniensis,Asturiensis,Tudensis,Lamecensis,Olysipponensis,Zamorensis,Auriensis,Episcoporum Bracharensi Archiepiscopo factam vidi,etiam post Toletum Sarracenis adeptum, & epistolam Alphonsi Hispaniæ Imperatoris ad Ioannem Bracharensem Archiepiscopum,super confirmationem Episcopi Lucensis,&c.* Hæc de re plura affert P.Cosm Magal. in manuscriptis de Primatu Hispan.cap.27. qui etiam cap. 22. agit de prædictis confirmationibus,& præcipuè cap.21.

Archiu. Brach.

Vasæus.

P. Cosm. Magal.

47 Cõcludimus ergo priuilegium illud, vt nominant inualidum fuisse, defectu solemnitatis,quę quanuis daretur nihil obstitit iuri Bracharensi; etenim optimè prosequitur P.Cosmas Mag. cap.19. nulla in ea concessione antiqui primatus fiebat mentio, nec decretũ illud inducitur, quo ius alterius Ecclesiæ lædatur; nec præsumendum est talem fuisse Summi Pontificis intentionem. Dato vero,& non cõcesso, quod de priuilegij illius valore dicunt aduersarij ex eo saltem redderetur cassum, quod nusquã est receptũ vsu,imò iam aduersus illud præscriptũ esse patet ex dictis.

P. Cosm. Magal.

48 Etenim dicet fortasse Toletanus Archiepiscopus in multis Concilijs Toletanis inuentos fuisse præsules Bracharenses, quin præessent, imò potiùs præerant Toletani: ergo isti, non illi sunt Primates. Respondetur tamen facilè, non ex eo præfuisse, quod Primates, sed quod legati essent Apostolici, vt videre est in literis Papæ Paschoalis, quæ sunt in Archiuio Bracharensi: ex quibus literis colligitur priuilegiũ illud Legati cõcessum Bernardo Toletano Archiepiscopo per Vrbanum secundum, reuocatum fuisse per Paschoalẽ secundum, respectu Ecclesię Bracharensis.

Litera Pasch. Papæ.

49 Quid quod Bracharenses Antistites in Toletanis Concilijs præfuerunt? ita profectò accidit in 6.Cõcilio Toletano,vbi afficit,& præfuit Eugenio Toletano Iulianus Bracharensis; in alijs verò non præfuerunt, quia aderant Hispalenses Archiepiscopi, S. Isidor.& S.Leandrus, qui quia legati præesse debebant Primatibus,& Patriarchis, vt per Asor. 2.p. instit. moral.lib.3.cap.36.vers. *Item in Hispania.*

Cõc. Tolet.

50

Asor.

51 Addit verò Dexter in Annalibus, primo scilicèt Toletano in Concilio præfuisse Patroninum Archiepiscopum Bracharensem; quanuis alij legant Patronum; alij verò Paternum, imò volunt Archiepiscopũ fuisse Toletanum. quod fieri non poterat, nisi esset legatus: nam tũc tẽporis adhùc Toletum subiectum erat Carthagini Metropoli,Carthago verò Bracharę, Conciliũ enim celebratum est anno 400.iuxta Moral.lib.11.c.4. Brito de Monarc.2.p.lib.5.c.30.& idẽ videtur sentire Ilhescas in histor. Pont. Carthaginiensis vero ciuitas excisa est anno 418. in Metropolim est electũ,

Dexter.

Moral. Brito. Illescas.

 vt

Moral. vt constat ex Moral. libr. 12. cap. 12.
Loysa. Loaysa in synodo Toletano sub Gãdamaro. Ex quibus collige, quo iure nitatur Toletum cum ad illa vsque tẽpora suffraganeũ fuisset Carthagini: Primatus verò iuxta prædicta nõ nisi in primarijs vrbibus foret, &c.

51 Cõfirmatur verò præter dicta ius Bracharensis Primatus, ex eo quod postquam in Concilio Lucẽsi ea Ecclesia est Metropolitana, vt diximus, Archiepiscopus Lucẽsis interfuit Cõcilio Bracharensi tertiò, communiter 2. eique, vt Metropolitanus subscripsit authore Fr. Bernardo de Brito 2. p. lib. 6. c. 15. Præcedit autem ei Concilio Bracharẽsis Archiepiscopus, qui ibi in quoddam decreto Primas est declaratus, vt constat ex Canon. 24. illius Concilij, quod scripsit Fr. Bernard. citatus. Interfuere autem Præsules Gallecię, & Asturiarũ, & ex Lusitanis, Vicensis, Conimbricẽsis, Aegitaniensis, Lamecensis, & Magalonensis, &c.
Brito.
Cõc. Bracbar.
Brito.

53 Ad hæc Summi Pontifices, vt Primates habuerunt, & nominarunt Bracharẽses Archiepiscopos, vt patet ex Bulla Innocentij 4. transmissa ad Lusitaniæ Regem, qui tunc erat circa cœnobiorum reformationem, & ex Bulla Bonifacij 9. expedita tempore Archiepiscopi D. Laurentij, qua reuocatur immunitas quædam Grimarensi Ecclesiæ ante concessa; inueniere est has bullas, diplomata, & literas, & alia, quæ hanc veritatem stabiliunt in Bracharensi Archiuio.
Bulla Innocent. 4.
Bulla Bonifac. 9.
Archiu. Brachar.

54 Præterea cum in Concilio vltimo Bracharensi præsedisset D. Fr. Bartholomæus à Martyribus, heros ille, & sanctitate, & literis celeberrimus, cumquè Hispaniarum Princeps vocaretur in edictalibus decretis, alijsq; eiusdem Concilij acta eius Romam missa sunt, vt confirmarentur ibique Conciliũ Apostolica auctoritate munitum fuit à Cardinali Alexandrino, 55
Cõc. Bracbar.
qui cum aliqua in Decretis emendauerit, nihil omnino correxit imò cõfirmauit ea, quæ dictum præsulem Primatem nominabant; idemq; Cardinalis Apostolicæ sedis nomine, eũdem Primatem vocat in diplomate confirmationis, quod ad finem eiusdem Concilij annexum est. E contra verò in vltimo Toletano Concilio habito anno 1565. qui conuenerant Prælati, Archiepiscopum Toletanum Primatem dici nunquam passi sunt. Ea propter in nullo decreto, aut parte Concilij eo titulo insignitur. 56
Conc. Tolet.

Deindè Lusitani Reges, Prælati, Archipræsules, & Antistites, omnis denique Clerus, & sæcularis Curia Archiepiscopos Bracharenses Primates semper vocitarunt; id constabit fusè ex sequenti quæstione. 57

Ex præcedenti igitur discursu notissimum est Primatum Hispaniæ esse in Bracharensi Ecclesia, non verò in Toletana, vt post alios auctores idem affirmat Ferret. in Historia D. Iacobi lib. 7. cap. 14. Cabedo decis. 179. num. 3. p. 1. Dexter auctor grauissimus, quem refert citatus Ferret. in hæc verba. *Nam & Apostolus Sanctus Iacobus peragratis vrbibus Hispaniæ, multisquè erectis Ecclesijs, & Episcopis creatis, primum Brachara reliquit Episcopum.* Imò Hispani etiam Authores, qui Toleto fauent, fatentur Bracharensem Ecclesiam ab Ecclesiæ Primitiuæ tempore pacificè possedisse Primatum vsque ad Alphonsum VI. qui Toletũ à Mauris recepit, 58
Ferret.
Cabedo.
Dexter.
Ferret.

ita

Ilhescas. Moral. ita Ilhesc. in histor.Pontif. lib.5. cap. 165.Moral.lib.11.cap.73.vbi fatetur propter Gotthorum Regũ potẽtiam extortam fuisse à Brachara primatiã. Quæ si attenderent minimum Toletani priuilegij valorem, & quod Reges Gotthi Primatũ nec tollere possent, nec dare, nimirum faterentur Primatum in Brachara hodieq; durare.

60 *Honorius Papa. 3.* Ex quibus tandem infertur, quod si Honorius Papa 3. non iuberet, vt lis ista omnino maneret indecisa, per Decretum quoddam, quod Bracharę asseruatur, sine dubio victoriam Bracharensi Præsuli adiudicandam fore, pro quo, & ratio pugnat, & iustitia.

61 Præcedentibus quæstionibus egimus de Primatu Hispaniæ secundum ius proprietatis, resoluimusq; Archiepiscopum Bracharẽsem verum esse, ac proprium Primatem. Tertiò verò quærimus, vtrùm idem Archipræsul habeat huiusmodi dignitatis possessionem? Ad cuius quæstionis resolutionem, necessarium est ea ab exordio recolere in quibus prædicti Archiepiscopi primatiales actus exercuerunt.

62 Primus igitur Diuus Petrus de Ratez Præpositus Bracharensi Ecclesiæ à D. Iacobo Episcopum Tudensem creauit, vt affirmat Sandoual de antiquitat.Tudens.fol.16. *Sandou.* prẹfecit etiã Portuensi Ecclesiæ D. Basilæum, qui posteà Diuo Petro successit, vt auctor est idem Sandoual, quos actus præstitit, vt verè Primas.

63 Iam verò constat ex præcedenti quęstione; Patronium Bracharensem Archiepiscopum prẹfuisse primo Cõcilio Toletano, tanquam Primatem, vt diximus n.26. & in 1.Cõcilio Bracharæ nuper inuento, nominatus est primæ sedis Episcopus. Et in secun- A do recognitus, ac declaratus est Primas, vt patet ex n.27. & in Concilio Lucensi suffraganea facta est ea ciuitas Bracharensi, vt constat ex n.9. & non obfuit, quod Lucensis Ecclesia iam Metropolis esset. Deniq; in Cõcilio apud Celenas celebrato à multis Metropolitanis missa fũt eius acta Bracharensi Præsuli, vt ab illo tanquam Primate confirmarentur, vt constat ex n. 10.

64 Ex quibus actibus manifestum est B possessionem Primatus ab ipso principio in Brachara fuisse præterquam quòd vnus tantùm prædictorũ actuũ sufficiẽs foret ad ius possessionis acquirendum; 65 possessio enim iuris corporei in materia tam graui per vnicũ actũ acquiritur, ita resoluit Bart. in l. 1.§.*Hoc interdictũ*,ff.de itinere,actuq; *Bartol. Innocent.* priuat.Innocent.in c.*Cum Ecclesia*,de causa possessionis,& propriet. & ibidem Butr.n.25. Abbat.n.22. & ibidẽ *Butr. Abbas. Mascard* communiter alij, quos sequitur Mascard.de Prob. concl.1191.nu.9. post C Decium consil.134. nu.1. vbi asserit, *Decius.* quod ex vnico actu præsentandi cũ effectu acquiritur quasi possessio iuris patronatus; 66 imo resoluunt Auctores non solùm acquiri dominium per vnicum actum in actus eiusdem speciei, sed etiã in omnes alios, qui pertinent ad munus, de quo fuit possessio, ita Abb.consil.71.col.2.n.3. lib.2. *Abbas.* Felin.in cap.*Auditis*,n.19. de præscri- *Felin.* ptionibus, Capella Tolosan. q. 322. *Capel.Tolos.* Vant.de nullit.tit.quibus modis sent. *Vant.* D nullæ defendi possint num.40. post *Rebufus.* Rebufum ad ll.Galliæ tom.3. titul.de matern.possess. 197. & alij, quos refert, & sequitur Mascard. de Probat. conclusione 946.cum seq. *Mascard.*

67 Hanc pacificam possessionem tenuerunt Bracharenses Prælati vsque A ad tempus Innocent.3. in quo Toletanus litem de hac re intentauit, in qua Toleti Archiepiscopus Auctor fuit, Bracharensis verò Reus, vt probat textus in cap. *Coram*, de restit. in integ. vt supponunt ibidem Butr. Panormit. Asor. instit. moral. 2.p. libr.3. cap.36. vers. *Alexandri tertij*, cum sequenti, & clariùs patebit ex processu, qui est in Curia Romana; cum verò Archiepiscopus Bracharensis fuerit Reus, patet ipsum possessorem esse B ex regula text. in l. *Officium*, ff. de Rei vendic. & ibidem Doctores, si enim non esset possessor ab eo minimè Primatus peteretur.

C. Coram. Butr. Panorm. Asor. L. Officii.

68 Mota verò lis in hunc modum nõ ademit, imò possessionem confirmauit, dum sentẽtia non resoluitur; imò Toletanus vim inferret Bracharensi, si pendente lite actus aliquos primatiales exerceret, vt in materia possessionis, seu quasi iurium corporalium, resoluit Innocent. in cap. *Abbate*. 5. C Syluan. n. 2. de verborum significat. Flores in lege prima, col.1. ff. si seruitus vendicetur, Capissius decis. 259. n. 13. speciatim verò in subiecta materia crucem attollendi probat text. in cap. 1. vt lite pendente, & ibidem omnes, Capissius vbi proximè n.12.

Innocent. Syluan. Flores. Capissi. Cap.1. vt lit. pend. Capissius

69 Probatur eadem possessio vsque ad recentiora tempora; nam postquã Bernardus Toleti Archiepiscopus ad Primatum adspirauit per Vrbani priuilegium, confirmauit nihilominùs Bracharensis Episcopos aliquos Ca- D stellæ, & Galleciæ, quod tamen non prçstitit Toletanus, nec Bracharensis idem faceret, nisi esset Primas, quæ omnia patent ex quæst. præcedenti.

Discurrendum modò breuiter est per eos Archiepiscopos, qui ius suum tutati sunt ibi Primatialem crucem præferendo, ibi alia suæ dignitatis insignia ostendẽdo, Ferdinandus imprimis Bracharensis Primas Olysipponem ingressus est Primatiali cruce præeunte, cui cum resisteret Olysipponensis prælatus, per inhibitorias literas Summi Pontificis prohibitus est, in quibus videbatur, vt in sua possessione Bracharensis Primas insisteret, vt constat ex Archiuo Bracharæ, huius vestigijs insistens Emmanuel Sousa, nemine contradicente, duplicatam crucem, vt primatem decet, gestare cæpit, vt testatur P. Cosm. Magal. cap.26. similiter etiam Georgius da Costa Archiepiscopus, cum Eboram peteret ad nuptias Alphonsi, Ioannis secundi filij, omnia Primatis munia exercuit, vt constat ex publicis literis, quæ seruantur in Archiuio Bracharæ. 70

Archiu. Brachar. Cos. Magal. Archiu. Brach.

Barthòlomęus de Martyribus, cuius nota est omnibus sanctitas, cum è Concilio Tridentino reuerteretur, Madritum, & Toletum ipsum est ingressus, præeunte cruce nudata operimentis, & in altum sublata, vt præter Eduard. Nun. in description. Lusit. cap.6. testatur P. Cosm. Magal. ex auctoritate Comitis Portalegrensis Toleti nati, & qui tunc temporis in eadem vrbe, vnus erat ex ijs penes quos regimen incumbebat. Idem in Comitia veniens, quç in oppido *Thomar* habita sunt sub Philippo II. Hispaniarum Rege, cum adessent grauissimi Archiepiscopi, prçunte cruce ingressus est, omnesq; Ordines Primati debita obsequij iura concesserunt, vt constat ex Archiuio Bracharensi; ipse 71 72

Eduard. Nun. Magal. Archiu. Brachar.

ipse insuper Philippus Primatē eum, & literis ante se subscriptis, tum etiā sermone honorificè compellauit, vt testatur P.Cosm.Mag.cap.26.

P.Cosm. Mag.

73 Alexius de Menezes verus Ecclesiæ Dei Antistes, vir omnibus ingenij, virtutisquè dotibus ornatissimus cum palliū Olysippone acciperit statim Primatialem crucem extulit, vt decebat Primatem, qua sublata, solēni supplicatione Olysippone processit; qua de re testatissimæ literæ asseruantur. Idem cum in Curia Philippi tertij obiret anno 1617. elatus ad tumulum præeunte cruce Primatiali, cunctis spectantibus.

74 Vltimò tandem Alphonsus Furtado de Mendoça, in quem omnia tū naturæ, tum artis, tum sanguinis ornamenta confluxisse videntur, qui modo Lusitaniæ moderator est dignissimus, cum ad Comitia Regni Olysipponem pergeret sub Philippo III. crucem semper præ se tulit, populo mirabiliter applaudente. Quicquid Olysipponensis immerito repugnaret; idemquè duplicatam crucem de antiquo Primatū more inuexit, &c. quæ omnia testem habent Lusitaniā.

75 Hæc Bracharenses Primates: quicquid Toletani Archiepiscopi? Bartholomæus Carrança Toletanus en Britania in oppidum *Laudo* appulsus non est, cum maximè vellet crucem extollere, quia Burgensis Episcopus suffraganeus resistebat, ita P.Magal. citat.cap.27. imo laudati sunt à Summo Pontifice, qui Toletano crucem in aliena diœcesi præferenti obstiterunt, vt probat fusè P. Cosm. Magal. citat.cap.28. Nec profuit occasione alia Toletano, quod Aragoniæ Regis filius esset, ne excommunicationis

P.Mag.

A fulmine interdiceretur à Tarraconēsi, & Cæsaraugustano Præsule, vt crucem erigeret, imo recognita à Summo Pontifice veniam dandam censuit Metropolitanis resistentibus, absoluendum prætereà à censuris Toletanum, si fortè legatus esset, iussitq; vt dum causa penderet nec Toletanus, si illac iterfaceret crucem præferret; ita constat ex Annalibus Aragoniæ 1.p. volum.2. & 6. c.33. quod accidit anno 1431. & p.2.lib.14.c.6.

Annal. Arag.

B Cōfirmatur possessio ista Bracharensis Primatus, quia in Archiuio Bracharensi multæ sunt bullæ, & breula Innocentij 4. Bonifacij 9. & aliorum, in quibus Primates vocantur Bracharenses Archiepiscopi, adde ex eodem Archiuio constare eodem titulo donatos fuisse Archiepiscopos Olysipponensibus, Eborensibus cū suis Capitibus. 76

Archiu. Bracbar.

C Deindè extant diplomata multa tum antiqua, tum recentia vel in Archiuio Bracharensi, vel eiusdem vrbis relatione; vt præter eam scripta alia Regum tam publica, quàm priuata, ex quibus patet Lusitanos Reges & agnouisse semper, & vocasse Bracharenses Archipræsules Hispaniarum Primates, & vt talibus honorem detulisse. In lege verò de vrbanitate lata anno 1597. iubet Rex vt tantummodo erga Archiepiscopum Bracharensem vtpotè Primatem honorifica præfatio, *Senhoria reuerendissima*, exhibeatur. Qua præfatione illum allocutus semper est ecclesiastica, & sæcularis Curia; ipse vero Archipræsul Bracharensis, vel scripto, vel alloquio, vel quocunque alio actu D in quo Regis mentionem fecerit potest dicere, *Elrey meu Senhor*, vt constat 77

stat ex manifesta consuetudine, id tamen nulli alij prælato conceditur.

78 Et ex his nominationibus, atque obseruantia præcipuè vtriusque status Ecclesiastici, & sæcularis, probatur iurisdictionis possessio, & iurium aliorum incorporalium, vt post Alban. consil. 64. n. 5. post Soc. sent. consil. 187. col. 3. in princip. l. 2. quos sequitur Menoch. de retinend. remed. 3. nu. 387. atque secundum hanc possessionem iudicatũ est in domo supplicationis Archiepiscopum Bracharensem citandum esse tanquam Primatem, vt per Caldas decis. 19. 1. p. vt suprà attigimus, qua præcedenti nu. 9. Nuper etiam in epistola, quam Philippus III. misit Alphonso Furtado de Mendoça dignissimo Bracharensi Archipræsuli, in qua eum vocabat ad Regni comitia Olysipone celebrata Primatem nominabat.

Alban. Socin. Menoch.

Cald.

79 *Epist. philip. 3.*

80 *Epist. Camera.*

Olysiponensis Camera in epistola, quã rescripsit Augustino de IESV Archiepiscopo Bracharẽsi, & de omnibus illum optimè merito Primatem appellat. Confirmatur tandem

81 hæc possessio, quia ab antiquissimo tempore vsque ad præsentem ætatẽ Bracharensis Curiæ mos est in omnibus literis sentent. Reuerendis. vt Bracharensis se Primatẽ in subscriptionibus assignet: quæ literæ feruntur ad præsules Lusitaniæ, & ab illis seruantur ea, quæ in literis iubentur; quæ omnia latè videre est in Archiuio Bracharensi.

82 Ex quibus actibus prædictis manifestè deducitur Archiepiscopũ Bracharensem esse in possessione Primatus Hispaniarum ab Apostoloaum tẽpore vsque ad præsens tempus.

Archiu. Brachar.

83 His omnibus attentè consideratis liquidò apparet, quanto iure Bracharensis Ecclesia primatum Hispaniarũ obtineat: quod tum auctoritate, tum rationum momentis, tum titulo possessionis per tot annorum seriem nũquam interruptæ optimè stabilitur. Et verò si rem diligenter inspicere voluerimus, nullam in Hispanijs digniorem primatu inueniemus: siue vrbis ipsius antiquitatem, siue potentiã, siue gloriam militarem, cuius Romani olim testes fuerunt, respiciamus; quæ certè etsi longius petita videantur, tamen indicia quædam principatus, & quasi præsagia videri possunt. Quod si diuina spectemus ea primũ fidem recepit, ea Christi vexillum extullit, ea Protomartyrem Hispanũ fudit, ea plurimos viros sanctitatis, & scientiæ laude præstantes, vel peperit, vel educauit, vel gremio suo complexa est. Sed nihil eam æquè commendat, quam præclarissima illa Archiepiscoporum ab initio ad nostra vsque tempora ducta series, quæ vel ipsa mentis acie decursa, & inspecta primam sibi & sedem vendicare, & dignitatem videtur. Neque verò antiquiores tantùm, sed & ij, qui consequentibus annis, & nostris item sæculis floruerunt primatu digni iudicabuntur. Prouidit enim certè, si vsquam alibi Deus ne Bracharensi Ecclesiæ Prælati deessent, qui cum ad sustinendam Primatũ personam apti, tum ad suam legitimam possessionẽ tuendam, & continuandam facti viderentur. Atque vt omittam veteres illos Heroas, quorum plures cœlesti palam sunt ciuitate donati, nemo sanè ambigere potest Bartholomæo de Martyribus, Augustino Castrio, Alexio Menesio, Alphonso Furtado Mẽdocio

docio clarissimis Prelatis omnia fuisse ornaméta virtutum, quæ tum eos prioribus non impares, tum primatu Ecclesiarum Hispaniarum dignos efficere possent. Atq; vt ex vnius persona cæteros pendamus, ad eum veniamus, qui nunc ad eandem est Sedem, & dignitatem promotus magna animorũ consentione magna omnium ordinum lætitia, & gratulatione: cuius ille Sedis nõ magis possessionem modo accepit; quam omniũ qui ante se fuerunt, Archiepiscoporum virtutis, sapientiæ, splendoris, gloriæ hæreditatem adiuit. Hic est ille D. Rodericus à Cunha Portuensis olim Episcopus, vir in quo sunt omnia, quæ Pastorem perfectum, & omnibus numeris absolutũ reddunt. Nam in eo splendor sanguinis eximius clarissima tum paternæ, tum maternæ familiæ luce accensus irradiat. Generosa,& excelsa indoles, magnarum rerum capacitas prope imméfa animi altitudo maxima comitas singularis, humanitas incredibilis naturam per beatam deprædicãt virtutes suauẽ in eodem cõcentum efficiunt, ex pietate in Deum, misericordia in pauperes, iustitia in causis, clementia in subditos, ac reliquis omnibus temperatus. De ingenio, dequè doctrina nihil amplius dicam, quam quod libri ab eo hactenus editi clamant. Quorum alter de solicitatibus multiplicẽ continet in re tam intricata, tamq; scopulosa scientiam. Alter de Iubilæo miram præ se fert in differendo subtilitatem in componendo facilitatem, in tractando dispositionem, in proponẽdo perspicuitatem, in decidendo veritatem. Tertius vero de Episcopis Portuensibus

A præter laudabile quoddam studium ornandi cæteros, miram in maiores obseruãtiam, incredibilẽ eruditionẽ, maternæ linguæ scientiam, styli præstantiam testatur. Neq; vero his tantum euulgatis cõquieuit, pergit feliciter, aliumque iustæ magnitudinis, quem in manibus habet, tomũ super decreto emittet prope diem in lucẽ: ex quo quãta eius sit in sacris Canonibus eruditio, doctrinaq; facile apparebit. Aequum nẽpe est, vt qui dũ Portuensi Ecclesiæ præfuit, tot edi-

B dit in lucem libros; nunc Bracharensi præfectus plures emittat. Ex quo omnium quasi virtutum concursu intelligere licet quanto illi Bracharensi Ecclesiæ sit ornamento futurus, quãquè Primatus possessionẽ non modo firmaturus verum, & ad posteros firmiorem transmissurus. De alijs vero Ecclesijs illud profectò est sperandũ, quòd gaudeant tantum Primatem se habere, quod multũ de eo sibi gratulentur cuius virtutes adeo celebrabũ-

C tur, vt in illũ quadrare aliquãdo possit, quod de Cypriano dixit Nazianz. Orat.18. Non soli Carthaginensi Ecclesiæ præfuit, aut Africæ, quæ merito eius hodie celebratur, sed vniuerso Occidenti, imò Orienti fere ipsi, & Meridiei,& Septentrioni, quocunq; ille admiratione sui peruenit. *D. Greg. Nazianz. Orat. 18. de laud. Cyprian.*

DISPVTATIO V.

De Archiepiscopis, seu Metropolitanis.

D Post Patriarchas, seu Primates numerantur in Ecclesiastica Hierarchia Archiepiscopi, vtpotè qui iurisdictione, & potestate cæteros omnes prælatos

quinimò apertè docent text. in dictis capitibus primis. 80. & 99. dist. ipsos in illis ciuitatibus fuisse positos, in
6 quibus apud Ethnicos Archiflamines erant constituti. Hodie etiam Archiepiscopi in Hispania connumerantur
S. Thom. inter magnates, & coram Rege sedet operto capite, & vt asserit D. Thom. 1. p. q. 114. illos habere in sui custodiā ratione officij Archangelum præter priuatum Angelum, qui sibi, vt alijs priuatis concessus est.

§. II.
De potestate, & officio Archiepiscoporum

SVMMARIVM.

1 *Potestas Archiepiscopi duplex est vel in subditos suæ diœcesis, vel in totam prouinciam, cui præsunt.*

2 *Qualis sit potestas in diœcesi circa suos subditos.*

3 *An in consecratione Metropolitani ab Episcopis discriminentur?*

4 *Metropolitanus licet rectè consecratus sit, antequam pallium à legitimo superiore accipiat, non potest exercere, quæ ad ordinem pertinent Pontificalem.*

5 *De significatione, antiquitate, & authoritate pallij.*

6 *Archiepiscopi infra tres menses à die consecrationis tenentur pallium à Romano Pontifice, vel superiore petere.*

7 *Quæ iurisdictio competat Archiepiscopis in tota prouincia.*

8 *Intellectus cap. 3. de foro competenti.*

9 *Quid Archiepiscopus in Concilio prouinciali, & quando illud celebrare possit.*

10 *Qualis sit potestas quam Archiepiscopus in subditos suffraganeorum habeat.*

11 *An Archiepiscopus per se tantum de causis subditorum suffraganeorū possit iudicare, seu etiam illas subdito cuicunque suffraganei sui in eius diœcesi delegare, & expenditur cap. Renouantes de officio ord. lib. 6.*

12 *Quo casu Metropolitanij in diœcesi suffraganei habere iudicem, aut tribunal permittatur, & subditos suffraganei ad testimonium compellere.*

13 *An Metropolitani per simplicem querelam, de causis subditorum suffraganei cognoscere possint.*

14 *Vtrùm per viam nullitatis.*

15 *Item quando ipsi subditi suffraganeorum sponte se Metropolitani iudicio subijciunt.*

16 *An prætextu consuetudinis Metropolitani in subditos suffraganeorum iurisdictionem possint exercere.*

17 *In quibus casibus hæc cōsuetudo vim habeat.*

18 *Intellectus capitis duo simul de officio ordinarij, & capitis Cum contingat, de foro competenti.*

19 *Vtrùm totius prouinciæ cura, & suffraganeorum excessus ad Metropolitanum pertineant.*

20 *Quando, & in quibus casibus negligentia Episcopi per Metropolitanum suppleri potest.*

21 *Archiepiscopus notoria crimina subditorum suffraganei liberè punire potest absque appellatione.*

22 *Intellectus cap. Nullus de iure patronatus.*

23 *An Metropolitani, quādo subditi suffraganeorum de iusta excommunicatione conqueretur, de ea cognoscere possit.*

24 *Prima limitatio huius regulæ secundum caput Venerabilibus, de sententia excom. lib. 6.*

25 *Secunda limitatio iuxta idem caput Venerabilius.*

26 *Quando excommunicatio suffraganei prima facie, & ex tenore processus iusta apparuerit non potest Metropolitanus subditum absoluere, sed eum remittere tenetur.*

27 *E contra verò quando excommunicatio iniusta apparuerit.*

28 *Quid possit Metropolitanus si dubitetur, an excommunicatio iustè prolata sit, vel non.*

29 *Licet in aliquibus casibus Archiepiscopus remittere teneatur nihilominùs si absoluerit, valebit absolutio.*

30 *Metropolitanus Canonicorũ excessus iniustè cessantium contra suũ Episcopum vindicare, & metu pœna coercere potest.*

31 *Vtrùm Ecclesia vacante Archiepiscopus Capituli negligentiam suppleri possit.*

32 *An ratione visitationis Archiepiscopi inter suffraganeorum subditos iurisdictionem valeant exercere.*

33 *Quid possint Archiepiscopi in quocũque loco sua prouinciæ, quantumuis exempto exercere.*

COgnita ergo institutione Ar-
1 chiepiscoporum de illorum potestate, & officio solito ordine agendũ restat. Quoad potestatem attinet dupliciter possunt considerari, vel in sua tantùm diœcesi, & circa suos subditos. Vel
2 rursus in tota prouincia, cui præsunt. In diœcesi sua habẽt omnia iura, potestatem, & obligationes, quas cæteri Episcopi in suis diœcesibus obtinẽt, de quibus infrà agendum est, & sunt veluti quilibet alij Episcopi, solùmq; in duobus ab illis discriminantur.

Primo in consecratione, debet enim 3
A Metropolitanus à trib° Episcopis suffraganeis consecrari, omnibus alijs prouinciæ, vel præsentibus, vel saltẽ si non potuerint per literas consentientibus, adhibitoq; etiam consensu Primatis, vt probant text. in cap. 1. 66. dist. cap. *Quia*. 64. dist. aliter verò facta consecratione, non recipit consecratus executionem, vt notant Innocent. in cap. *Ne Episcopi*, de temp. ordin. & cum Syluestro Henriq. dicto lib. 10. c. 31. §. 2. Episcopus verò ali- *Cap. 1. 66 dist.* *C. Quia.* *Innocet.* *Sylvest.* *Henriq.*
B ter, vt infrà notabimus. Hodie verò quia Rex est Patronus sufficit, vt ille, quem præsentat confirmetur à Papa, vt patet ex praxi, & notat Henriquez *Henriq.*
lib. 10. cap. 24. litera E. Secundo, quia 4
Metropolitanus licet rectè consecratus sit, imò etiam si possessionem accipiat, non potest tamẽ exercere ea, quæ ad ordinem pertinent pontificalem; imò nec se Archiepiscopum nominare, antequam pallium à legitimo superiore suscipiat, hoc est, vel à Pa-
C pa, vel à Patriarcha, si ei subiectus est, cap. *Nisi*, cap. *Cum sis*, de authorit. & vsu pallij, cap. *Quod sicut*, §. 1. de electione; non ita Episcopi, qui pallio vti non possunt. *C. Nisi.* *C. Cũ sis.* *Ca. Quod sicut.*

In quo insuper aduertendum est, 5
quod pallium in hoc sensu acceptum, prout sumitur in dicto titulo de authoritate, & vsu pallij est vestis quædam summa lanea, & candida, cuius vtrinque pendent duæ facies, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita, prout
D per eadem verba explicat Polydor. Virgil. lib. 4. de inuentione rerum c. 12. per huiusmodi vestem significatur, & confertur Pontificalis officij plenitudo, iuxta dictũ cap. *Nisi*, cap. *Polydor.* *C. Nisi.*

Cum

Ca. Cum fis. C. Antiqua. Cũ sis, c. *Antiqua*, de priuileg. ac subindè illius quidẽ vsus ex Romani Pōtificis decretis ad solũ Papã spectat, & insuper ad Patriarchas, & Metropolitanos; sed diuersimodè; nam cum per eam vestẽ significetur, & conferatur Pōtificalis officij plenitudo, iuxta d. cap. *Nisi*, cũ alijs, Romanus Pontifex semper, & vbiq; in Missarum solẽnijs pallio vti potest, cap. *Ad honorẽ*, de authoritate, & vsu pallij. Patriarcha verò, seu Metropolitanus solũmodò in Ecclesijs suæ prouinciæ in Missis eo vti potest, d. cap. *Cum sis*, c. *Ex tuarum*, eodem tit. cap. *Pallium*. 100. dist. extra verò minimè etiã in processionibus cap. 1. eodem tit. cap. *Contra* eadẽ dist. Tenentur autẽ prælati infra tres mẽses à die consecrationis pallium à Romano Pontifice, vel superiore petere aliàs dignitate priuantur, cap. *Quoniã* 100. dist. Et debent prius præstare fidei, & fidelitatis iuramentum cap. *Optatum*, eadem dist. cap. *Significasti*. 4. de electione, postquam verò concessum fuerit, illud alteri accommodare non possunt, sed cum eodem debent sepeliri, cap. 2. cap. *Ex tuarum*, de authoritat. & vsu pallij. Sanè huius insignij rationem reddit D. Gregor. ad Maximũ Episcopũ Solymitanũ, & de eo Tertull. librũ scripsit, quo eiusdem venustatẽ, & vsũ edocet. Et hæc quo ad Archiepiscopos in sua diœcesi.

C. Nisi. C. Ad honorem. C. Cũ sis. Cap. Ex tuarum. C. Palliũ. Cap. 1. C. Cōtra. 6 Cap. Quoniam. C. Optat. C. Significasti. Cap. 2. Cap. Ex tuarum. D. Greg. Tertull.

7 In tota prouincia habent etiã Archiepiscopi iurisdictionẽ, iuxta textum in cap. *Per singulas*. 1. & 2. 9. q. 3. c. *Cleros*, ibi, *totius prouinciæ solicitudo*. 21. dist. quæ quidem iurisdictio Metropolitanũ ius appellatur, & in multis consistit: nam primo ratione illius habẽt Archiepiscopi ordinariam iurisdictionẽ in Episcopos omnes eiusdem prouinciæ cap. 1. & 2. 99. dist. d. cap. *Per singulas*, dicunturque eisdem suffraganei, & Metropolitana lege sub iecti cap. *Pastoralis*, in principio de officio ordinarij attento iure antiquo, aut in synodo, aut cum vicinis Episcopis sine quibus eas tractare non poterant cap. *Saluo*. cap. *Archiepiscopus* cum sequenti. 9. q. 3. cap. *Placuit*, sic intelligendus. 2. q. 6. cap. *Si inter*. 6. q. 4. c. *Si clericus*. 11. q. 1. Hodie tamen quia neque plures Episcopi, neque synodus facilè poterant conueniri, consuetudine obtentum est, vt soli Archiepiscopi ciuiles causas Episcoporum suffraganeorum definiant; criminales verò in Concilio prouinciali, iuxta ea, quæ infrà, cum de illis egerimus latè dicemus.

Cap. Per singulas. C. Cleros. A C. 1. & 2. 99. dist. Cap. Per singulas. C. Pastoralis. c. Saluo. C. Archiepiscop. c. Placuit c. Si inter C. Si clericus. B

8 Ex quibus apparet rectè Doctores communiter intelligere textum in cap. 3. de foro competenti, dum iubet, quod si Episcopi, inter quos causa vertitur, sint diuersarum prouinciarum, illum Primatem deberi dare iudices in cuius prouincia est locus, de quo contenditur, procedere etiam in Archiepiscopo, & in prima instantia, in qua iuxta modò dicta, Archiepiscopus de causis Episcoporum cognoscebat, quanuis rectius de Primate, seu Patriarcha intelligatur in 2. instãtia, vt suprà diximus disput. præcedenti. Ideò autẽ dicendum est, Conciliũ ibi iubere, vt Archiepiscopus in illis terminis det iudices, nõ verò cognoscat; primò, quia melius per illos causa instruitur, & cognoscitur, quã per remotos Archiepiscopos, & deindè, quia cum res sita in diœcesi suffraganei non sit in territorio Archiepiscopi, non poterat in rigore iuris de illa cognoscere, per actionem

Cap. 3. de foro compet. C D

realem, qua res petitur, non in personam, sed in rẽ dirigitur obligatio, §. *Omnium*, Inst. de Actionib. quia autẽ laboriosũ esset semper petere iudices deficiẽtib⁹ in hoc casu, iussit Cõciliũ, vt Archiep. qui alias est iudex ordinarius Episcopi, in loco rei sitæ det iudices, qui de causa cognoscere valeant. *§. Omniũ*

9 Secũdò ex eodẽ iure Metropolitano, seu Metropolico potest Archiepiscopus Cõciliũ prouinciale celebrare irrequisito inuito Primate, c. *Siquis Episcopus vacãs*. 92. dist. c. 1. 18. dist. in eoq; testes synodales designare, qui in futura synodo referãt ea, quæ digna fuerint reformatione, iuxta reg. c. *Episcopus in synodo*. 35. q. 6. notat post Syluest. Henriq. d. lib. 10. c. 30. §. 4. in fine, potest etiã prauas cõsuetudines à prouincia sua tollere, vt v. g. in celebratione diuinorũ officiorũ, iuxta text. in c. *De his*. 12. dist. & Trid. sess. 22. c. *de vitandis*, de celebrat. miss. Potest denique indulgentiarũ literas per totam prouinciã concedere cap. *Nostro*, de pœnitent. & remissionibus. *C. Si quis Episcop.* *Ca. Episcopus.* *Syluest.* *Henriq.* *C. De his.* *Trident.* *C. de vitandis.* *Ca. Nostro.*

10 Tertiò competit eisdem Archiepiscopis iure Metropolico iurisdictio in subditos suffraganeorũ suorũ, sed non ordinaria, queadmodum in ipsos suffraganeos, sed tantũ in quibusdam casibus expressis, vt eleganter inquit Põtifex in d. c. *Pastoralis*, in principio de officio ordin. Laborãt autẽ ibidẽ Doctores in enumerãdis his casibus, & octo refert Glossa verbo, *exceptis*, Syluester verb. *Archiepiscopus*, & alij Sũmistæ, quia verò aliqui iure nõ probantur, agemus de omnibus, qui à iure afferuntur, vt inter illos appareat, in quibus propriè cõpetat iurisdictio. Primus est quando subditorũ causæ ad Archiepiscopum deuoluuntur, per *C. Pastoralis.* *Gloss.* *Syluest.*

A viam appellationis, tunc enim in illis habent iurisdictionẽ, vt manifestè inquit text. in d. c. *Pastoralis*, in princip. cap. *Duo simul* in fine eodem tit. cap. 1. de officio ordin. lib. 6. c. 1. in princip. de foro compet. eodem lib. cap. *Consuestus*. 9. q. 3. cum mille alijs vulgaribus latè Couas Practicarum cap. 9. n. 2. Quod quidem ampliatur, vt nõ solùm Archiepiscopus per se de istis causis possit iudicare, sed illas etiam subdito cuicunque suffraganei sui in eius diœcesi delegare, vt probat d. *C. Pastoralis.* *Cap. Duo simul.* *C. 1. de offic. ord.* *C. 1. de foro comp.* *Ca. Consuestus.* *Couas.*

B cap. *Pastoralis*, d. cap. 1. de officio ord. in 6. & quanuis illum inuitum cogere non possit ad delegationem acceptãdam d. cap. 1. §. 1. de foro comp. lib. 6. d. c. *Pastoralis*. Episcopus tamẽ suffraganeo præcipere poterit, vt illum acceptare cõpellat, vt notat Glossa in d. c. *Pastoralis*, verbo *Nullam*. Henr. d. c. 30. §. 3. quia cũ Metropolitano ex solo defectu potestatis hęc coactio interdiceretur, meritò per subditũ fieri possit. *C. Pastoralis.* *Cap. 1.* *Glossa.* *Henriq.*

11 Neq; obstat, quod delegatio facta

C non subdito extra delegantis territorium, nõ aliter sustineri potest, quam de cõsensu ipsarũ partiũ, & iudicis illius loci, vt in effectu docet Gloss. 1. in c. *Vt litigantes*, de officio delegati. Et ratio est; quia nullus extra territorium inuito iudice, & partib⁹ ius dicere potest. l. 3. de offic. præsidis, l. 1. ff. de officio Procõsulis: vnde videbatur, nec etiã Archiepiscopũ posse in diœcesi suffraganei extra illius cõsensum delegare. Respondetur enim diœceses *Glossa.* *L. 3 ff. de off. præsid.* *L. 1. ff. offic. proc.*

D suffraganeorũ esse partes prouinciæ, cui Metropolitanus præest, & vti tales Metropolico iure eidem subesse in illis, quæ ad eum de iure pertinent in spectantibus ad prouinciam. Vnde

Vnde cum inter hæc præcipuè numerentur causæ per appellationẽ delatę, iuxta supra dicta iura; meritò poterit eas etiã in diœcesibus suffraganeorũ absque ipsorũ consensu delegare, iuxta text. in c. 1. de officio ordinar. in 6. Hodie tamen per nouã Bonifacij cõstitutionem in cap. *Vt litigantes*, codẽ titulo, & lib. coarctatum fuit, ne Episcopi possint causas ad ipsos per appellationem, vel aliter deuolutas, alibi, quã in sua diœcesi, aut illius à quo appellatum fuit delegare, nisi aliud de consuetudine competat, vel partes, & Episcopus illius loci consentiant, vt Glossa 1. ibi declarauit.

Cap. 1. de off. ord. *Cap. Vt litigantes.* *Glossa.*

12 Limitabis tamen posse Archiepiscopum in diœcesi suffraganei habere iudicem, aut tribunal erectum pro appellationibus audiendis propter cõmoditatem litigantium absque consensu ipsius, vt disponit textus in d. cap. 1. de officio ordin. lib. 6. nec etiã subditos suffraganei compellere ad testimonium perhibendum in causis per appellationem deuolutis; nec tãdem ad sententias, seu præcepta sua, exequenda, nisi aliud de consuetudine obtineat speciali, iuxta text. in d. cap. 1. §. de foro competenti lib. 6. vbi Doctores. Quo pacto autem consuetudo in hoc possit iurisdictionem tribuere infrà explicabimus.

Cap. 1. de off. ordin. *Cap. 1. de foro cõp.*

13 Secundum casum, in quo Metropolitanus inter subditos suffraganei iurisdictionem potest exercere assignant Doctores, nempè quando causa ad illum deuoluitur per simplicẽ querelam. & ita sine appellatione afferẽtes textum in cap. *Ad reprimendam*, de officio ordin. ibi, *de iniusta tibi fuerit excommunicatione conquestus*, vbi Metropolitanus aditus per simplicem querelam, de iniustitia excõmunicationis cognoscit, subditumq; absoluere potuit. Cęterùm casus hic nullo modo sustineri potest; refragatur enim manifestè text. in cap. 1. de offic. legati; & cætera iura, de quibus suprà passim asserentia non posse Archiepiscopum de causis subditorũ, nisi per appellationẽ cognoscere; vnde text. in d. cap. *Pastoralis*, Glossa verbo *prouocauerit*, in cap. *Conquestus*. 9. q. 3. facilè soluitur, si dicas causam iniustæ excommunicationis, de qua ibi non versari inter subditos alicuius suffraganei, puta, quãdo excommunicatio in fauorem alicuius lata fuit, tunc enĩ non posset Metropolitanus absq; appellatione de illa cognoscere, iuxta suprà dicta, text. optimus in cap. *Venerabilibus*, ibi, *neutra verò partiũ*, de sẽt. excomm. lib. 6. sed potiùs inter ipsum Episcopum suffraganeũ, & suum subditum, vt patet ex text. ibi, *Eidẽ Episcopo satisfaciat competenter*, ac subindè, vti talem secũdum iuris regulas absq; vlla appellatione ad Metropolitanum spectare, vt text. habet, quia iuxta suprà dicta, iudex est ordinarius causarũ Episcop. c. 1. 99. dist. c. *Si clericus* 11. q. 1. nihilq; speciale tex. cõtinere, quod Glossæ præcitatæ, & DD. non aduerterũt.

C. Ad reprimend. *Cap. 1. de off. leg.* *C. Pastoralis. Glossa.* *C. Venerabilibus.* *Ca. 1. 99. dist.* *C. Si clericus.*

Tertium casum adducũt, vt videlicèt possit Metropolitanus per viam nullitatis etiã absque appellatione de causis inter subditos suffraganei cognoscere, prout dixit Abb. in cap. *In literis* in fin. vbi Barb. nu. 15. de officio delegati, idque ex doctrina Bartoli in l. *Si expressim*, ff. de Appellat. col. pen. qui scribit causam nullitatis, non tantùm posse tractari coram iudice qui sententiã pronunciauit, sed etiã coram superiore. l. *Absentem*, ff. de 14

Abbas. Barb. Bartol. *L. Absentem.*

T 2 Appel-

L. Præses Appellationib. notatur in leg. *Præses*, C. quibus, & quando iudex, vers. *Neque hic casus admitti potest*, confūditur enim ex iisdē fundamētis, de quibus suprà, & insuper ex eo, quia ex doctrina Archidiaconi, & Dominic. in c. *Consecrationi*, de appellationib. in 6. *Archid. Dominic.* iudex, qui nō potest adiri per querelā, non potest etiā de nullitate absque appellatione tractare, sed Metropolitanus nō potest adiri per querelā, iuxta suprà dicta in 2. casu: ergo neq; etiā per viam nullitatis, atque ita expressè tenuit Felinus, & Decius in d. cap. *Ex literis*, col. vlt Franc. in ca. *Dilecto*, de appellat. q. 27. Et ex iisdē fundamentis, latè Cou. pract. dist. c. 9. n. 2. *Felin. Decius. Franc. Couar.* Neq; obstat doctrina Bartoli; procedit enī secundum eum in illo iudice superiore, qui absque appellatione potest adiri, non autem in eo qui tantum est iudex in causa appellationis, vt Metropolitanus.

Quartus casus videtur, quādo ipsi
15 subditi suffraganeorum sponte se Metropolitani iudicio subiecerint, tunc enim inter illos iurisdictionem poterit exercere, licitum est enim, cuicūque priuato alieni iudicis iurisdictionem prorogare, iuxta textum in l. 1. ff. de iudiciis, quinimò in specie hoc apertè significare videtur, textus per argumentum à contrario in cap. *Duo simul*, de officio ordin. ibi. *Quando clerici tui coram te voluerint, &c.* *L. 1. ff. de Iud. Ca. Duo simul.* Quasi significans, quod si noluerint, poterunt coram Patriarcha, seu Archiepiscopo respondere. Cæterùm casus hic apertè repugnat decisioni text. in cap. 1. in princip. de foro comp. lib. 6. *Cap. 1.* vbi decisū est, ne clerici suffraganeorum possint citra sui Episcopi cōsensum in Archiepiscopi iudiciū cōsentire; ac per consequēs necessariò fatē-

A dū est in proposito nō posse Metropolitanū in hoc casu inter Episcopos iurisdictionē exercere, nisi suffraganei consensus adsit. Nec refragatur, quod secūdū iuris regulas, cuiuscūq; iudicis prorogatio licita est absq; cōsensu proprii iudicis, iuxta d. l. 1. hoc enim in clericis respectu sui Episcopi limitatū reperitur, per text. in c. *Significasti*, de foro compet. *L. 1. C. Significasti.* cuius decisionis proles doctores ibid. & alibi afferunt rationes; illa tamen verior est,

B quod ita per sanctos Patres olim cōstitutū fuit, vt nullus parœcianū alienū citra sui Episcopi cōsensum possit iudicare, seu ordinare, text. optimus agens expressè de iudicio fori exterioris in c. 1. 9. q. 2. iuncto cap. *Episcopus*, ibi, *nisi forte cum voluntate*. eādem causa, & q. cap. *Nullus*. 3. de Paroch. *Cap. 1. 9. q. 2. C. Episcopus.* qua stante prohibitione nullo modo *C. Null.* clerici Archiepiscopi iurisdictionem, sine cōsensu Episcopi prorogare poterunt, iuxta d. c. *Significasti*. *C. Significasti.* Cæterū

C quia adhùc id in nostra specie dubiū habere poterat; cum agatur de proroganda iurisdictione Archiepiscopi, qui non est extraneus prælatus, sed prouinciæ, quo casu prohibitionem nō habere locū videtur probare text. in cap. *Non liceat*, ibi, *Ad alias consolare prouincias, & aliarum prouinciarū, &c.* 3. q. 6. *C. Non liceat.* Propter quod fortasis attento tempore Decretalium hoc satis cōpertum non erat, emanauit decisio text. in d. c. 1. in princip. de foro cōpet. qua expressè id cautū reperitur. *Cap. 1.*

D Vnde ex his iam intelliges text. in d. cap. *Duo simul*, quod in contrarium facere videbatur, ibi, *Quandiù clerici tui, & cæt.* *Ca. Duo simul.* Ad excludendum enim hunc casum, dubium, de quo Pontifex

sex ibi non fuerat interrogatus; consulto prædicta verba adiecit, sic significans non satis id adhuc iure compertum esse, nec se voluisse tunc temporis dubium illud definire, & sic cessat argumentum à contrario ex illo text. desumptum. Colliges etiam clericos suffraganeorũ non solùm sponte, verum etiã nec inuitos cogi posse citra suorum Episcoporũ consensum Archiepiscopi iudicium in prima instantia subire, vt à fortiori concludũt rationes suprà adductę, vt probat expressè tex. in d. cap. *Duo simul*, cap. *Conquestus*. 9. q. 3. Et est extra omnẽ controuersiam.

Ca. *Duo simul.* Cap. *Conquestus.*

16 Quintus casus est quando prętextu cõsuetudinis Metropolitani in subditos suffraganeorum iurisdictionem exercent; hoc enim consuetudinem posse operari constãter affirmat Domin. Perus. n. 2. Prob. ad finem in d. cap. 1. §. 1. de foro competenti lib. 6. Capella, & additio. 75. idquè ex duobus fundamentis. Primò ex text. in dicto cap. *Duo simul*, ibi, *Vel prisca illis consuetudo, & cæt.* Deinde ex eo quia consuetudo iurisdictionem potest tribuere non habenti; cap. *Cum cõtingat*, iuncta Glossa de foro competenti, cũ multis, de quibus Couas in regula *Possessor*. 2. p. §. 3. n. 1. In contrarium tamen stare videtur d. cap. *Duo simul* in fine, dum solum excipit casum appellationis, vel priuilegij summi Pontificis, ac subindè casum etiam consuetudinis videtur includere; deindè d. c. 1. §. 1. de foro comp. lib. 6. per argumẽt. ab speciali, ibi, *Nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineant*, quasi consuetudo in alijs nihil possit operari; quibus fortè argumẽtis hãc partem tuentur Archid. & Ioann. Andr. ibid. Blatius in additionib. ad Guilh. in eodem cap. 1.

Do. Per. Capella. Ca. *Duo simul.* Ca. *Cum contingat* Couas. C. *Duo simul.* Cap. 1. Archid. Ioã. And. Blatius.

Vnde in hac opinionum varietate media quædam via est eligenda, qua prædicta iura, & opiniones concordentur; in illis enim causis, quæ attẽto iure communi ad Archiepiscopos, seu alios maiores prælatos non spectant, vt v. g. causa suffraganeorum in prima instantia non poterunt ipsi prætextu consuetudinis de illis cognoscere, & iudicare, talis enim consuetudo, vtpotè offendens regulas sanctorum Patrum, & Canonum antiquorum, de quibus in cap. *Nullus*. 9. q. 2. cap. *Per singulas*. 1. & 2. ibi, *secundum antiquum nostrorum patrum*, cap. *Conquestus*, ibi, *auctoritas sacrorum Canonum*, cap. *Archiepiscopus*, ibi, *iuxta statuta Apostolorum*, cum alijs. 9. q. 3. nullo modo erit tanquam valida obseruanda, iuxta regulam text. optimi in cap. *Cum satis*, de officio Archidiaconi. & sic procedunt multa iura d. cap. *Duo simul* in fine, & dicto cap. 1. de foro compet. in argumento speciali; & opinio Archidiaconi, de qua suprà; in illis verò causis, quæ de iure ad ipsum Archiepiscopum spectant, vtpotè appellationis, & cæteris maioribus consuetudo poterit operari, vt ipse Archiepiscopus, seu alius superior iurisdictionem habeat in aliquibus casibus præter illos, in quibus de iure id expressum reperitur, hoc enim licet etiam prohibitum reperiatur per easdem regulas, tamen veluti in quãdam consequentiam permissum videtur, iuxta regulam cap. *Præterea* de officio deleg. sic procedunt text. in d. cap. 1. & 2. de foro comp. lib. 6. cap. 1. cap. *Vt litigantes*, de officio ordin. eodem libro, dum consuetudinẽ per- 17

C. *Null.* Cap. *Per singulas.* Cap. *Conquestus.* C. *Archiepiscopus* Cap. *Cum satis.* C. *Duo simul.* Cap. 1. Ca. *Præterea.* Cap. 1. *de foro cõp.* Cap. 1. C. *Vt litigantes.*

mittunt tribuentem iurisdictionem Archiepiscopis in subditos suffraganei, agunt enim in causis, quæ iam de iure ad illos pertinebant.

18 Cap. Duo simul. Qua retenta distinctione non obstat dict. cap. *Duo simul*, in princip. ibi, *vel prisca illis consuetudo, &c.* est enim intelligendum de consuetudine præterita à tempore Apostolorum, quæ eisdem prælatis iurisdictio concessa fuit, vt patet ibi *prisca*, non verò de consuetudine posteà introducta, nec tandem regula dicti capitis *Cum contingat*, quia secũdum textum in dicto cap. *Cum satis*, non procedit in consuetudine contra sanctorum Patrum decreta, qualis censetur hæc, de qua agimus. Et ratio est, quia licet illa decreta ius humanum continere dicantur, quod cõsuetudo vincere potest, cap. *vltimo de consuetudine*, in tanta tamen apud nostros Pontifices habentur veneratione, vt nulla temporum varietate mutationem recipere patiantur, cap. *Igitur*, vers. *Institutionis*, cũ alijs ibidem. 25. q. 2.

Ca. Cum contingat. Cap. Cum satis. Cap. vlt. C. Igitur.

19 Sextus casus, in quo Metropolitano licitum est ordinariam potestatem in subditos suffraganeorum exercere, est quando ipse suffraganeus negligit iustitiam eisdem subditis ministrare, aut aliàs facere id, quod debet, vt notat Glossa in d. cap. *Pastoralis.* Glossa similis in summa. 9. q. 3. & in cap. *Conquestus*, verbo *prouocauerit*, eademquè; sic si Episcopus negligat ponere œconomos eius negligentia per Metropolitanum suppletur, cap. *Cum simus*. 9. q. 3. Sic etiam idem erit quoties partibus Episcopus iustitiam nõ ministrauerit, cum enim propriũ Metropolitani munus sit occurrere grauaminibus suorum suffraganeorum, iuxta dictum cap. *Per singulas*. 9. q. 3. cap. *Cleros*, ibi *Solicitudo totius prouinciæ*. 21. dist. & non aliter melius occurratur, quam partibus iustitiam ministrando; meritò in hoc casu Metropolitanus iurisdictionẽ exercere poterit, quanuis hoc ita in iure generaliter expressum non sit; per necessarias tamen consequentias deducitur, ex illis iuris regulas secundum quas totius prouinciæ cura, & suffraganeorum excessus ad Metropolitanum pertinent, ac subindè in illis casus hic expressus censetur, vt iam immerito Abb. in d. cap. *Pastoralis*. nu. 9. & alibi contendat Metropolitanũ non posse nisi tantùm in casibus iure expresisis suffraganeorũ supplere negligẽtiam.

Glossa. Glossa. Ca. Cum simus. Cap. Per singulas. C. Cleros. Abbas.

20 Neque obstat, quod negligentia Episcopi in conferẽdis beneficijs per Capitulum saltem primo loco supple tur, cap. 2. de concessione præbendę. Item quando Episcopus est impeditus, vtputà excommunicatus, aut ab inimicis captus Metropolitanus se intromittere non potest, cap. 1. & 3. de supplend. negl. prælat. lib. 6. Respondetur enim textum in d. cap. 2. de cõcessione præbend. cõstituere ius speciale contra iuris regulas, text. vero in d. cap. 1. & 3. de supplenda neglig. ex eo procedere, quia licet ibi Episcopus sua culpa fuerit impeditus, supposito tamen impedimento, non est cur ei imputari posit, si iustitiã partibus non ministret: vnde non data culpa, seu negligẽtia, iurisdictio quoque Metropolitani cessare debet.

Cap 2. Cap. 1. & 3.

21 Ampliabis etiam prædictũ casum, vt scilicèt ex eadem ratione possit Archiepiscopus notoria crimina subditorum suffraganei liberè punire, absque appellatione, quia scilicèt in illis

illis puniẽdis suffraganeorum negligentia notari potest, cum sint notoria, vt probat text. sic intelligendus in cap. 1. §. *Sanè*, vers. *notoria*, de censibus libr. 6. idque poterit circa officiales Episcopi, si impunè delinquant in officio, vt notat Henriquez dicto libr. 10. cap. 30. §. 3. Limitabis tamen prædicta non procedere, quando Episcopus negligit præstare consensum alicui actui, in quo ipse consensus ad validitatem necessariò desideratur, tunc enim talis cõsensus debeat præcisè, & in sua forma specifica, non per æquipollens adimpleri, iuxta cap. penult. iuncta Glossa, verbo *Mandantibus*, de re iudicata libr. 6. non poterit per Metropolitanum suppleri, sed tũc ad summũ Pontificem necessariò erit recurrendum. Iuxta quæ iam procedit, & intelligitur text. difficilis in capit. *Nullus*, de iure patronat. ibi, *Romano Pontifici nuncietur*, cũ enim agat de consensu Episcopi circa res Ecclesiæ in religiosum locum transferendas, qui quidem pro solemnitate actus desideratur. cap. *Cum Apostolica*, de his, quæ fiunt à prælatis meritò asserit, quod nolente Episcopo nõ Metropolitanus, sed summus Pontifex adiri debet. Adde tamen quod licet Metropolitanus non possit supplere huiusmodi consensum, poterit tamen eundem Episcopum ad consentiendum cogere, & ad hunc effectum rectè adiri poterit, vt optimè notauit Ioann. Andr. Abb. & communis, in eodem cap. *Nullus*, de iure patronat.

Cap. 1. de censib. — Henriq. — C. penult. — 22 — C. Nullus — Cap. Cum Apostolica. — Ioan. Andr. — Abbas.

23 Septimus casus est quando scilicèt subditi suffraganeorum apud Metropolitanum de iusta excõmunicatione conqueruntur, tunc enim illum posse cognoscere, & absoluere, probat tex. in cap. *Ad reprimendam*, de officio ordin. cap. *Per tuas*. 40. de sententia excommunicat. cum alijs, & hũc casum inter alios notauit etiam Glossa in d. cap. *Pastoralis*, in principio, cui similis tex. in cap. *Conquestus*, verb. *prouocauerit*. 9. q. 3. Verum quia in contrarium aliqua vrgere videntur. Et casus hic multiplices patitur limitationes, vt clariùs intelligatur per quasdam distinctiones procedere oportet.

C. Ad reprimend. — Cap. Per tuas. — Glossa.

Prima est quod si iniustæ excommunicatis causa vertatur inter subditum suffraganei, & ipsummet suffraganeum Episcopum; v. g. quia ipse ex officio vel aliter non ad partis fauorẽ ipsum excommunicauit, tũc siue per simplicem querelam, siue etiam per appellationem Archiepiscopus de illa cognoscere poterit; ita probat textus in cap. *Venerabilibus*, in principio, vers. *Attamen*, & 8. pen. & vltim. de sẽtentia excommunicationis lib. 6. textus sic intelligendus in dicto cap. *Ad reprimendam*, ibi, *conquestus*, & ibi *eidẽ Episcopo satisfaciat*. de officio ordin. d. cap. *Per tuas*, vers. *Verum*, & ratio est, quia in causis suffraganeorum, qualis est hęc, iuxta textum in cap. *Sacro*, ibi *excommunicator condemnetur*, de sententia excommunic. Metropolitanus iudex competens est, siue per appellationem, siue per simplicem querelam adeatur, cap. *Per singulas*. 9. q. 3. & diximus supra hac disputatione. 24

C. Venerabilibus. — C. Ad reprimendã. — Cap. Per tuas. — C. Sacro. — Cap. Per singulas.

Secunda distinctio est, quod si per contrarium causa excommunicationis inter subditos suffraganei vertatur, puta, quia in fauorem partis excommunicatio lata fuit pro offensa ei illata, vel debito non soluto; tunc Metropolitanus non poterit cognoscere, seu iudicare, nisi ad ipsum per ap- 25

pellationem causa deuoluatur, ita expressè text. in c. *Venerabilibus*, in principio, iuncta Glossa, versiculo *competit*, in §. *Sanè* eiusdem capitis. Ratioq; est, quia inter subditos suffraganei non aliter Metropolitanus competēs efficitur, quam per appellationē iuxta regulam capitis *Duo simul*, cap. *Pastoralis*, de officio ordinarij cum alijs, de quibus suprà. Addit tamen elegāter text. in d. cap. *Venerabilibus* in principio, vers. *Sed si excōmunicatus*, quod si pars excommunicata voluerit cōtra suffraganeum ex tali excommunicatione interesse prætēdere, quod poterit, quo ad illum effectum, etiam per simplicem quærelam causam ad Metropolitanum deferre, idque ex ratione, de qua in prima distinɛt.

C. *Venerabilibus*. C. *Duo simul*. C. *Pastoralis*. C. *Venerabilibus*.

26 Tertia distinɛtio sit, quod in casibus, in quibus Metropolitanus potest, siue per appellationem, siue etiā per querelam de iniustitia excommunicationis cognoscere; quæri insuper potest, an possit ipsum subditum suffraganei statim absoluere, an verò debeat ad ipsum suffraganeum excommunicatorē remittere absoluēdum? In qua etiam per triplicem distinɛtionem procedere oportet. De qua tex. in cap. *Venerabilibus*, §. *Sanè*. Et imprimis si excommunicatio prima facie, & ex tenore processus iusta apparuerit, non potest Metropolitanus absoluere, sed remittere tenetur, vt post absolutionem de causa cognoscat, ita textus in d. §. *Sanè*, cap. *Sacro*, sic intelligendus, ibi, *ad excommunicatorem remittas*, de sententia excomm. d. cap. *Per tuas*, vers. final. Et ratio est, quia iniuria fieret excommunicatori, si cōstito de iusta excommunicatione, & non requisito excommunicatus per alium absoluatur, contra regulā cap. *Seruetur*. 11. q. 3. Vnde talis remissio meritò induɛta fuit: nam aliàs ante absolutionē Metropolitanus de causa cognoscere non potest, cap. *Cum contingat*, ibi, *antequam*, de officio deleg. diɛt. cap. *Per tuas*, vers. *Verum*. Limita tamen nisi periculum sit mora, aut nisi suffraganeus requisitus maliti osè absolutionis beneficium denegaret, prout expressè limitant text. in d. cap. *Sacro*, §. *Sanè*, & d. cap. *Per tuas*.

Cap. *Venerabil*. C. *Sacro*. Cap. *Per tuas*. C. *Seruetur*. Ca. *Cum cōtingat*. Cap. *Per tuas*. C. *Sacro*. Cap. *Per tuas*.

Quarta distinɛtio sit, quod si excōmunicatio iniusta apparuerit, tunc Metropolitanus statim subditum absoluere, nec ad suffraganeum remittere tenetur, posteaquè de causa cognoscere poterit, ita text. in d. §. *Sanè*, vers. *Si verò constet*. Et ratio est, quia in hoc casu, nulla suffraganeo fit iniuria, quinimò data manifesta iniustitia illius iam ad Metropolitanum attento iure iurisdiɛtio. & potestas absoluendi speɛtat. iuxta regulam text. in cap. 1. §. *Sanè*, vers. *notoria*, de censibus libr. 6. iunɛtis supra resolutis in sexto casu. 27

Cap. 1. *de censib*.

Quinta distinɛtio sit, quod si excommunicatio iniusta non apparuerit, sed dubitetur an iustè prolata sit, Archiepiscopus attento rigore iuris nulla data remissione excommunicatum per se absoluere, & posteà de causa cognoscere valebit. Ita Pontifex in d. cap. *Per tuas*. vers. *Quod si*, d. §. *Sanè*, vers. *Quod si dubitetur*; & ex eo constat, quia cum ipse Metropolitanus ad cognoscendum de causa sit iudex competens. iuxta supradiɛta, ita & ad absoluendū competens erit, iuxta regulam cap. *Prætereà*, de officio delegati, iunɛta regul. diɛti capitis *Cum* 28

Cap. *Per tuas*. §. *Sanè*. Cap. *Prætereà*.

C. Cum cōtingat. *Cum contingat*, ibi, *Antequam neque in hoc vlla excommunicatori iniuria fit*. Declarabis tamen distinctionem hanc non procedere secundum debitum honestatis, quo attento Metropolitanus potest, seu debet excommunicatum pro absolutione ad suffraganeū remittere, prout in effectu declarat
§. Sanè. Cap. Per tuas. expressè Pontifex in d. §. *Sanè*, vers. *Quod si*, dicto cap. *Per tuas*, ibi, *Nisi suo duxerit suffraganeo deferendum*; textus
C. Ad reprimēdā. sic intelligendus in d. cap. *Ad reprimēdam*, ibi, *Ei quasi Coepiscopo deferens remittas*, quasi solum importet honestatem. Et ratio est, quia imprimis nulla subdito fit iniuria, si dum non constat de iniustitia excommunicationis ad suum prælatum pro absolutione re-
C. Quib. mittatur, ex regula capitis, *Quibus Episcopi*. 11. q. 3. & deindè ipsis prælatis debitus honor, & reuerentia seruatur
C. Seruetur. iuxta regulam cap. *Seruetur*, eàdem causa, & quęstione. Quod si suffraganeus absolutionem malitiosè distulerit, aut denegauerit, tunc Metropolitanus absoluere debet, iuxta textum
Cap. Per tuas. c. Ad reprimend. in d. cap. *Per tuas*, & in dicto cap. *Ad reprimendam*.

29 Adde quod in prædictis omnibus casibus in quibus Metropolitanus potest de causa excōmunicationis cognoscere, si absoluat absque remissione, licet eam facere teneretur, valebit absolutio, quāuis iniusta, quoniā,
§. Sanè. vt inquit text. in d. §. *Sanè* in fine, & si contra ius litigatoris, non tamen cōtra ius constitutionis absoluit.

30 C. Irrefragabil. Octauus casus reperitur in specie capitis *irrefragabili*, §. *Cæterum*, de officio ordin. vbi Metropolitano iurisdictio tribuitur circa Canonicorum excessus, iniustè contra suum Episcopum à diuinis cessantium, quæ quidē iurisdictio non in eo consistit, quod A possit Metropolitanus iniustam Canonicorum cessationē reuocare; hoc enim Romano Pontifici reseruatur, iuxta textum in d. cap. *Quanuis*, de officio ordin. lib. 6. Sed vt possit Canonicorum excessus iniustè cessantium C. Quanuis. vindicare, & metu pœnæ coercere, vt planè colligitur ex verbis text. nec mirum est, quod in hac spe noua Metropolitano iurisdictio tribuatur, qua si antea illam non haberet, sicq; delegatus efficiatur, non ordinarius, B quoniam licet secundum iuris regulas, Episcoporum causæ, qualis est hæc, ad Metropolitanos spectēt, iuxta supradicta, vel ad arbitros iuxta textum in cap. *Si clericus*. 11. q. 1. in C. Si clericus. hoc tamen casu nec ad Metropolitanum de iure poterat spectare, quia non erat causa aduersus Episcopum suffraganeum, sed aduersus subditos, quorum iudex Archiepiscopus non est, nisi in casibus expressis: nec etiā ad arbitros, quia causa erat criminalis, quam arbitri tractare non possunt C C. vlt. iuxta regulam capitis vltimi in fine de arbitr. & insuper quia tangebat causam cessationis soli Romano Pōtifici reseruatam, iuxta dictum cap. C. Quanuis. *Quanuis*: vnde merito in proposito noua Metropolitano iurisdictio concessa fuit.

Nonus casus assignatur à Glossa 31 C. Pastoralis. in d. cap. *Pastoralis*, scilicèt, mortuo Episcopo, & vacante sede Episcopali, tunc enim videtur intendere, Archiepiscopum iurisdictionē habere. D Cæterùm casus hic ex mente ipsius Glossæ declarandus est, vt videlicet ex sola vacatione sedis Episcopalis per mortem Archiepiscopus se intromittere nō possit, nec etiamsi ægrotos

tos Epiſcopus, aut alio ſimili impedimento impeditus ſit, tunc enim ſecūdum regulas iuris Capitulum ſuccedit, vt in prædictis probat tex. in cap. vnico de maioritate, & obed. lib. *6.* cap. 1. cap. *Si Epiſcopus*, de ſupplenda neglig. eodem libr. cum alijs: vnde Eccleſia Cathedrali vacante, non viſitare, nec viſitatorem dare poteſt, vt poſt Sylueſt. verb. *Archiepiſcopus* q. 2. & 3. Notat Henriquez dicto cap. 30. §. 3. Niſi fortè capitulum in ſpiritualibus, & temporalibus negligenter, & malè adminiſtrauerit; tunc enim illius negligentiam poterit ſupplere, iuxta ſuprà dicta in *6.* caſu. Item nec moriente Epiſcopo circa illius bona, aut res ſeruandas, ſe intromittere valebit, cap. *Non liceat.* 12. q. 2. Solum autem eidem licitum erit deficientibus clericis in Eccleſia ſuffraganei, ſub quorum cuſtodia eiuſdem bona retineantur illa cuſtodire, vt illibata ſucceſſori reddat, quemadmodū diſponit text. in d. cap. *Non liceat*, verſ. *Si verò*, quod ſolum voluit Gloſſa in d. cap. *Paſtoralis*, de qua ſuprà.

C. vnic. Cap. 1. C. Si Epiſcopus. Sylueſt. Henriq. C. Non liceat. Gloſſa.

32 Decimus, & vltimus caſus, in quo Archiepiſcopus inter ſe ſuffraganeorum ſubditos iuriſdictionem poteſt exercere, eſt cauſa viſitationis, nempe viſitando prouinciam, prout ei de iure ex officio ſuo facere permittitur, vt apertè probat text. in cap. *Cum ex officij* de præſcriptionib. cap. *Sopitæ.* cap. *Cum nuper*, de cenſib. cap. 1. & vltimo eodem tit. libr. *6.* proſequitur Marianus de viſitatione n. 7. verſ. 3. & n. 8. verſ. 4. Riſcius de præeminentia Archiepiſcopali priuilegio. 16. poteſt autem, vt diximus Archiepiſcopus prouinciam ſuam viſitare, ſubditosq; ſuffraganeorum punire, aut de illis inquirere, iuxta formam latè traditā in d. cap. 1. de cenſibus lib. *6.* cum omnibus §§. quamuis ipſi ſuffraganei negligentes non ſint, vt apertè probat tex. in d. cap. vltimo. Et eſt communis contra Gloſſas in dicto cap. *Cum ex officij*, verbo *conſuetudine*, & verbo *authoritate* in dict. cap. *Cum nuper*. Poterit etiam dum ſic viſitat procurationes recipere, & alia conſueta à locis viſitatis, vt probant omnia iura ſuprà citata; ac tandem audire confeſſiones ſubditorum, & abſoluere illos in vtroque foro à cenſuris, & peccatis, iuxta textū in d. cap. vltimo, verſ. final. Sylueſt. & Henriq. vbi proximè, aliàs verò extra caſum viſitationis ſubditos abſoluere non poteſt, iuxta ſuprà dicta, probat Soar. tomo 4. diſput. 25. ſect. 1. n. 14. vbi agit; an iuriſdictio in hoc caſu ſit ordinaria, vel delegata. Hodie tamen per Decretū Concilij Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. nō licet Archiepiſcopis prouinciam ſuam viſitare, niſi poſt diœceſim ſuam plene viſitatam, & ex cauſa in Prouinciali Concilio approbata.

C. Cum ex officij. C. Sopitæ. Ca. Cum nuper. Marian. Riſcius. Cap. 1. Cap. vlt. C. Cū ex officij. Ca. Cum nuper. Cap. vlt. Sylueſt. Henriq. Soar. Conc. Trident.

Adde Archiepiſcopum in quocūque loco ſuæ prouinciæ quantumuis exempto poſſe celebrare in Pontificalibus, vel abſque illis facere celebrari ſine cuiuſque licentia, item populo benedicere, & crucem ante ſe portari facere, dum per ea tranſit, etiamſi nec viſitet, aut iuriſdictionem aliquam tunc exerceat, vt diſponit expreſſè Clementin. *Archiepiſcop.* de priuileg. ex qua ita notant Sylueſt. & Henriq. §. vltimo dictis locis. Cætera verò alia circa Archiepiſcopos, nè longiores ſimus, per Doctores videri poterunt. Illud certum eſt quod extra prędictos caſus, vel ſi qui ſunt alij, 33

Clement. Archiep. Sylueſt. Henriq.

qui in iure expressi sunt, vel ad illos reducantur, nullam Archiepiscopos in subditos suffraganei habere iurisdictionem, iuxta text. in cap. *Pastoralis*, in principio de officio ordinarij.

C. *Pastoralis*.

DISPVTATIO VI.

De Episcopis.

POST Archiepiscopos, seu Metropolitanos Episcopi ponuntur in nostra Ecclesiastica Hierarchia ratione iurisdictionis, dignitatis, seu officij; nam ordine, & consecratione inter se non differunt, quia priorem locum obtinent Episcopi, vt expressè definit, & probat Concilium Tridentinũ sess. 23. de Sacramento ordinis cap. 4. vers. *Proindè*, ibi, *Sancta synodus declarat (præter cæteros ecclesiasticos gradus) Episcopos ad hunc Hierarchicum ordinẽ præcipuè pertinere*; & in eadem sess. cânon. 6. vbi anathematizat eos qui negauerint EcclesiasticamHierarchiam ex Episcopis præsbyteris, ac ministris distinctam; eodem modo Dionysius de Ecclesiast. Hierarch. cap. 5. Hierarchiam constituit, ex Episcopis sacerdotibus, & ministris, similiterquè omnes Auctores sacri, Episcopos priori loco numerant; & ex eo insuper ostenditur, quia omnes fatẽtur Episcopatum culmen esse dignitatum, & supremum ordinem in Ecclesia Dei, vt notant Glossa verbo *Episcopus*, in procemio sexti, Cassan: in Cathalog. gloriæ mundi parte 4. consideratione 25. Anastas. Germon. de sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 8. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 27. q. 1. Guerrer. in speculo iuris Pontific. lib. 1. cap. 4. Aug. Barbos. de Pastoral. A solicit. tit. 1. cap. 2. inde notantes rationem quare Summus Põtifex Romanum se Episcopum appellat, & Episcopos vocet fratres, quasi sibi æquales; Cardinales verò, & Reges filios, cap. *Quam graui*, cum alijs de crimine falsi. Vnde etiam Dionysius dicto lib. de Ecclesiastica Hierarch. c. 2. Episcopum vocat Hierarcham, tanquam supremum in Hierarchia; & Ignatius in epistol. ad Trallian. Archierum. Vt igitur in hac disput. quæ inB ter alias præcipua etiam est; solitum seruemus ordinem. Agemus primò de Episcoporum nomine, origine, & institutione, & deinde de ipsorum potestate, priuilegijs, & obligationibus.

Conc. Trident. S. Dion. Glossa. Cassan. Germon. Azor. Guerr. Barb. C. Quam graui. Dionys. Ignatius.

§. I.

De Episcoporum nomine, origine, & institutione.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nomen, vnde deriuetur, & quid significet.* C

2 *De vsu, & varia huius nominis Episcopi acceptatione, apud Latinos, Iureconsultos, & sacram scripturam.*

3 *Nomen Episcopi magis curam, quàm dignitatem importat.*

4 *Tituli, & nomina, quibus Episcopi decorantur, expenduntur.*

5 *Episcopalis dignitas à Christo Domino fuit instituta.*

6 *Episcopum esse necessarium ministrũ aliquorum sacramentorum asseritur.*

D 7 *Quandò, & quo tempore Apostolis Episcopalis potestas data fuit.*

8 *Licet Episcopi Apostolis succedere dicantur, nihilominus tamen non succedunt illis propriè, & ea ratione,* qua

quæ vnus Episcopus alteri succedit.
9 *Episcopi habent munus suum pastorale per Summum Pontificem, & dependenter ab illo.*
10 *Episcopi iure diuino præsbyteris superiores sunt.*
11 *Hac veritas probatur Concilij Tridentini loco sess.23. & aliæ authoritates in idem expenduntur.*
12 *Ad primum Hæreticorum argumentum de communi vsu Episcopi nominis, & præsbyteri nascentis Ecclesiæ initio respondetur.*
13 *Secundum de authoritate Diui Hieronymi sumptum varijs modis eliditur.*
14 *Tertij argumenti solutio.*
15 *Episcopatus ordinem esse verè sacramentum, & à sacerdotio distinctum affirmatur.*

1 QVod ad primum igitur attinet, imprimis Episcopus dicitur à verbo græco, *Episcopen*, seu *Scopin*, quod significat considerare, seu inspicere, quasi Episcopus in Ecclesia Dei speculator sit, considerans, seu inspiciens subditorum vitam, & mores, vt declarat optimè Isidorus in nostro cap. *Cleros*, vers. *Episcopus.* 20. distin. & post eum Bellarm. lib.3. de Romano Pontifice, cap.24. Henriquez lib.10. cap.32. in princip. Durand. in Ration. diuinorũ lib.2. c.2. à n.1. Gigas in tract. de Resident. Episcop. c.1. nu.1. Guerrer. in specul. iuris Pont. lib.1. cap.4. Asor. instit. moral. p.2. libr.3. cap.27. q.1. Gonsal. ad Regul.8. Canc. Glossa.42. n.38. August. Barb. de Episcop. tit.1. cap.2.

Isidorus. *Bellarm.* *Henriq.* *Durand.* *Gigas.* *Guerrer.* *Asor.* *Gonsal.* *Barb.*

2 Quamuis autem nomen hoc Ethnici magistratui Prætorij tribuissent, cuius erat panis, & cæterarum rerum ad cibum, & victum pertinẽtium curam habere, vt constat ex Aristoph. in comed. de auibus. Vnde Archadius Iurecõsultus, recensens munera personalia in l. *Munera.* 2. §. *Irenarcha*, ff. de muneribus, & honoribus sic ait. *Episcopi, qui præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vsui sunt, personalibus muneribus funguntur*; sacræ tamen Scripturæ Pastori hominum, & Regi promiscuè concedunt, vt patet Isai. cap.44. vbi Regem vocat Episcopũ, & Ephes.4. & prima Petri c.2. Christum vocat Pastorem, & Episcopum animarum. 2. Esdræ.11. & alibi; vt sic intelligatur Episcopũ non solùm habere officium prædicandi, sed etiam potestatem regendi cum vi coactiua.

Aristoph. *L. Munerum.* *Isai.44.* *Ad Eph.4.* *1. Petr.2.* *Esdr.11.*

Est insuper sciendum circa hanc nominis significationem, de qua nũc agimus, nihil aliud denotare, quàm cũram, & in alios quandam quasi superintendentiã, non autem superioritatem, siue dignitatem, vt asserit Chrysostom. homil.10. Hoc enim nomine Præsul appellatur, quod cũcta inspiciat, atque speculetur, idem docet D. Hieronym. in epistola 85. ad Euagriũ tom.2. quia verò ἐπισκοπος Græcè, Latinè superintendens est; suprà diximus, & Ambros. aduertit in lib. de dignitat. sacerdot. cap.6. superinspector, & obseruator, Magal. in epistol.2. ad Timoth. c.3. sect. à nu.2. Latè Sottomaior in epistol.1. ad Timoth. cap.3. super vers. *Fidelis sermo.* pag.402. & 403. 3

Chrysost. *D. Hier.* *D. Amb.* *Magall.* *Sottom.*

Interdum etiam Episcopus vocatur præsbyter, accipiendo nomen præsbyteri, id est senioris, à matura ætate, vt 1. Petri cap.5. ibi seniores prouiden- 4

1. Pet. 5.

prouidentes, vbi Græca litera habet præsbyteri Episcopátes testatur Bellarm.lib.1.de clericis,c.15.vers. *Quinta*;dicitur etiã præsul,quoniam in Cõcilio præsidet. *cap. Quod translationem*, de tempor. ordinat. Item Antistites, quia ante alios stans,præeminet populo,vel ab ante,quod est cõtra,quoniam hæreticis contradicit, vt declarat Durand.d.c.11.n.4.& 5. Põtifex, quia Pontificali officio vtuntur cap. *Pontifices*.7. q.1. cap. *Massana*, de electione, cap. *Quia periculosum*, de sent. excommun. in 6.cap. *Cleros*, vers. *Pontifex*.21.dist. Durand. d.c.11. num.3. Afor vbi proximè; summus sacerdos vocatur Episcopus. Primò ad differentiam simplicium sacerdotum,cap. *Perlectis*, vers. *Ad Episcopum*. 25. dist. cap. *Quamuis*. 8. dist. Secundò, quia vltra eos nullus est ordo, cap. *De his*, cap. *Manus*,de Consecrat.dist.5.Cassan. in Cathalog. glori æ mundi p. 4. considerat.25. Sanctissimus appellatur in Auth. de sanctissimis Episcop. collar.9.& in Clement.1.§. *Nec super*, de pœnis; nam qui alios sanctos efficere debet,necesse est;vt sit sanctissimus.Illustris ratione dignitatis,& officij, Bart. in l. *Omnes populi*, q.4. ff. de iustitia,& iure: quamuis Bald. in l. *Ad similitudinem*,C.de Episcopis,& cler. velit Episcopum esse similem illustri personæ, non tamen esse illustrem; Legatus Christi nonnũquam appellatur, prout in cap. *Accusatio quoque*, in fin.2.q.7. & in d.Clement. 1. Speculator in tit.de legatis,§.1. Guerrer. in speculo iuris Pontificij lib. 1. c.28. Pastor Episcopus, non impropriè dicitur, sicut, & subditi eius similitudine oues appellantur; ab ipso Christo Domino,Ioan.11.& 21.In cuius offi-

Bellarm. *Ca. Quod translat.* *Durand.* *C. Pontifices.* *C. Massana.* *Ca. Quia peric.* *C. Cleros.* *Durand.* *Afor.* *C. Perlectis.* *C. Quamuis.* *C. De his* *C. Man.* *Cassan.* *Authen.* *Clem. 1.* *Bartol.* *Bald.* *C. Accusatio.* *Clemen. 1* *Specul.* *Guerrer.* *Ioan. 11. & 12.*

A cij Pastoralis signum,baculũ pastorale dari Episcopis notissimum est, & explicat text.in cap.vnico in fine de sacra vnctione; faciunt multa, quæ de pascendi verbo in prædicta Christi Domini authoritate diximus in disp. 1.de Romano Pont. & explicat Cardinal.Bellarm.tom.1. de Rom. Pont. lib.3.c.15. Fratres vocat Sũmus Põtifex quasi sibi æquales, Cardinales verò,& Reges,filios, cap. *Quã graui*, de crimine falsi.Feln.in procem.Decretal.n.1.Decius in cap. *Cum venerabilis*.n.2.de exceptionib, Connan.in

B pragmact.tit.2.n.3.Cardin.in d.Clement.3. Tandẽ Sũmus ipse Pontifex hoc nomine nõ dedignatur;aliquãdo enim vel vrbis Romæ,vel Catholicæ Ecclesiæ Episcopũ se ipsum appellat. cap. *Si Episcopus*.2.q.9. c. *transmarinos*, c. *Aphros*. q.8.dist. ex eo cũ nulla maior dignitas sit in Ecclesia ipso Episcopatu c.1.de priuileg. c.pen.de prębẽd.Petrus Greg.in schol.n.10. & n. 13. Baron. tom.11. anno 1057.n.23.

C Vel ideò Sũmus Põtifex Episcoporũ Episcopus vocatur, quia ad illum pertinet cæteris Episcopis præesse, & eorum vigili cura defectus corripere. Plura alia circa hoc nomen videri possunt apud Sanctos Patres, & expositores, Magall. in epistola prima ad Timoth.cap.3.sect.1.annot.2.Sotomaior in epistolã 1. ad Timoth. cap. 3. super vers. *Fidelis sermo*, pagina 402. & 403. & plures, quos refert Augustin.Barb. d.titul.1. cap. 2. per totum.

D Explicata igitur huius nominis significatione;sciendum est,quod Episcopalis dignitas ab ipso Christo Domino fuit instituta, & ita diuino, non humano iure introducta: nam cum

Cap. vnic. *Bellarm.* *C. Quam graui.* *Felin.* *Decius.* *Connan.* *Cardin.* *C. Si Episcopus.* *C. Transmarinos.* *C. Aphro.* *Cap. 1.* *Cap. pen.* *Pet. Greg.* *Baron.* *Magal.* *Sottoma.* *Barb.*

Ipse legislator prudentissimus ad gubernationem Ecclesiæ suæ regimen Monarchicum instituisset in Petro, eiusq; successoribus, vt suprà in initio Relectionis, & disputatione 1. demonstrauimus. Huiusmodi autem regimen perfectum non sit, nisi aliquid ad mixtum habeat Aristocratia, ita vt sub vno Monarcha alij sint Principes inferiores eidem subordinati, qui singulas prouincias, seu partes, tanquam proprias administrent, vt longo discursu comprobat Bellarmin. de Romano Pontif. libr. 1. cap. 3. *Bellarm.* necessario etiam fatendum est eundem Christũ Dominũ instituisse, vt sub vno summo Pontifice alij essent Prælati, nẽpè Episcopi, qui veluti in partem sollicitudinis vocati, vt inquit text. in c. *Ad honorem*, de authorit. & vsu pallij *Cap. Ad honorem. Soar.* Ecclesiam gubernarent, vt in proposito argumentatur Soar. tom. 4. disp. 25 sect. 1. n. 8. In cuius rei testimoniũ ipse Christus primùm instituit Apostolos Luc. 6. *Luc. 6.* tanquam Episcopos, & prælatos totius orbis; in quorum locum surrexerunt Episcopi posteà, vt probat text. in cap. *In nouo.* 21. dist. c. *Quorum vices.* 68. dist. Trid. d. sess. 23. c. 4. *C. In nouo. C. Quorũ vices. Cōc. Trident.* idem etiã satis colligitur ex verbis Actor. 20. ibi, *Posuit vos Spiritus Sãctus Episcopos regere Ecclesiam Dei*, & ad Ephes. & 1. ad Corint. 12. ibi, *Dedit quosdam quidem Apostolos, alios autem Pastores, & Doctores*, *Actor. 20. 1. Cor. 12.* per quos Pastores D. Hieron. *D. Hier.* & cæteri expositores Episcopos intelligunt.

6 Præterea idem apparet, quia constat Episcopum esse necessarium ministrum aliquorum sacramentorum, & sicut sacramẽta à solo Christo Domino sunt instituta. ita etiam eorum ministri; quinimò si Episcopalem dignitatẽ accipiamus, pro ipsa Episcopi

A consecratione, ad sacramentum ordinis spectat, iuxta probabilẽ Doctorũ sententiam, de qua suprà. Certum est autem de fide, ordinis sacramentum à solo Christo Domino fuisse institutũ, ex quibus, & alijs fundamẽtis hoc tãquã certũ inter Catholicos probant. Imprimis Pius Papa. 1. epist. 1. & Cornel. epist. 2. *Pius Papa. Cornel.* qui dicunt Deum posuisse Episcopos, vt essent veluti oculi Ecclesiæ suæ, & latiùs comprobat Soar. d. sect. 1. n. 4. & 6. Hẽriq. lib. 3. de pœ-

B nit. c. 5. in princ. Couas in reg. Possessor. 2. p. §. 9. à n. 6. Gig. de pens. q. 2. n. 3. Barb. in tract. de præstant. Cardin. q. 1. Bellarm. de contr. tom. 1. controuers. 3. lib. 4. de Romano Pontifice c. 25. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. pag. 2. Asor instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. Scribonius in theosimia disput. 7. de ordine q. 6. *Soar. Henriq. Couas. Gigas. Barbat. Bellarm. Valent. Ajor. Scribon.*

Quãuis autẽ hoc ita certũ sit, videlicèt in Apostolis institutam fuisse à Christo Domino Episcopalẽ dignitatem, dubiũ tamen facit Doctoribus 7

C quando scilicèt, & quo tempore, Episcopalis potestas eis data? nam, vt pũgit Durãd. in 4. dist. 24. q. 5. *Durand.* nullibi in Euãgelio videtur Episcopi seorsũ à præsbyteris ordinati; vnde Glossa verb. *pari*, in d. c. *In nouo.* 21. dist. Glos. vltim. per text. ibi in c. *In Christo*, de consecrat. dist. 2. *Glossa. Cap. In Christo.* quam videtur sequi Durãd. vbi proximè, & alij, de quibus Hẽriq. d. lib. 10. c. 3. §. 2. lit. H. *Durand. Henriq.* opinantur hoc factum fuisse in vltima cœna Luc. 22. *Luc. 22.* Sed eo tẽpore Apostolos sa-

D cerdotes tantũ fuisse creatos, contẽdũt graues AA. eisdemq; solùm potestatem singulorũ ordinum vsque ad sacerdotium fuisse concessum, vt in prima disput. §. 6. latè diximus. Alij datam

Marc. 3. *Mat. 10.* *Soto.* datã putant, dum eos Apostolos elegit, Marc. 3. & Matth. 10. neque incõuenlens putat Soto d. dist. 24. q. 2. art. 2. fuisse Episcopos antequam in cœna crearẽtur sacerdotes, sed hoc nulla ratione cogente fatendũ est. Quarè alijs omisis, quæ magis pertinent ad materiam de clauibus, & ad disputationem de presbyteris dicendũ est, certum esse, primò omnes Apostolos immediatè institutos fuisse Episcopos in nocte cœnæ à Christo Domino. Luc. 22. vt suprà diximus, & communiter Doctores, Soar. de fide disp. 10. sect. 5. Vasq. in 3. disp. 242. cap. 7. Scribon. in thiosimia disp. 7. de ordin. q. 6. Asor tom. 2. lib. 4. c. 11. & plures alij, quos ipsi referunt. *Soar.* *Vasq.* *Scribon.* *Asor.* Secundò potestatem episcopalem completã Apostolis datam esse à Christo antequã in cœlos ascenderet post resurrectionẽ. *Ioan. 20.* Ioann. 20. ibi, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, &c.* vt expresse dicit, & probat text. in cap. *Loquitur.* 24. q. 1. *C. Loquitur.* ibi, *& quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, &c.* *Mat. vlt.* vel potiùs Matth. vlt. *Data est mihi potestas in cœlo, & in terra, euntes, &c.* & refertur in cap. *Propriè* de consecrat. *C. Propriè.* dist. 4. vt post Turrec. lib. 1. c. 8. & alios recẽtiores, quos suprà retulimus. *Turrecr.* *Henriq.* & Henriq. d. c. 3. §. 2. iuncta litera M. Vnde iam ex omnibus suprà dictis manifestum relinquitur, Episcopalẽ dignitatem à Christo Domino immediatè in Apostolis fuisse institutã, quibus hodiè cæteri Episcopi successores existunt.

8 Aduertendum tamen est primò, quod licet Episcopi quanuis tales dicãtur Apostolis succedere, in quibus dignitas Episcopalis fuit instituta, nihilominùs tamen non succedere illis A propriè, & ea ratione, qua vnus Episcopus alteri; vel vnus Rex v. g. alteri succedat. Nam Apostoli imprimis habuerunt potestatem absolutã, & vniuersalẽ super vniuersum orbẽ, parem cum ipso Petro, eidem tamen subordinatã, iuxta dictas auctoritates Mat. vlt. & Marci vlt. & probat tex. in d. c. *In nouo.* 21. dist. d. c. *Loquitur.* 24. q. 1. cũ alijs, de quibus Vict. relect. 2. sect. 2. n. 10. *M. t. vlt.* *Marc. vltim.* *C. In nouo.* *C. Loquitur.* *Victor.* Deindè habuerunt etiã potestatem in suis Ecclesijs necessariam, B quatenùs singulares illorum prælati; queãdmodũ Iacobus Hierosolymis, Ioannes Ephesi, & alij. Prior potestas extraordinaria fuit delegata vt suprà diximus in 1. disp. §. 6. in qua Apostolis nullo modo succeditur, non enim acceperũt illã, tanquã perpetuè duraturã in Ecclesia; sed potiùs, vt personale priuilegiũ, quod cũ persona extingitur, iuxta reg. tex. in l. *Quia tale,* *L. Quia tale.* ff. soluto matrim. posterior verò ordinaria fuit, & in illa Episcopi eisdem C Apostolis censentur succedere, iuxta text. in d. cap. *Quorum vices,* & in d. c. *In nouo,* vt suprà ostẽdimus: vnde verũ est dicere, quod Episcopis non succedunt Apostolis, quatenùs Apostoli fuerũt, sed vel ratione ordinis episcopalis, id est, quatenùs fuerũt primi Episcopi cũ iurisdictione ordinaria, & potestate ordinis, vel per quandã proportionẽ, & similitudinẽ, quia nimirũ post Pontificem sunt ordinarij, & primi Principes Ecclesię, quemadmodũ post Christum eo viuente, & posteà D sub Petro primi fuerunt Apostoli, vt eleganter ex Diuo Thoma declarat Soarius dicta sect. 1. num. 12. de fide disput. 10. sect. 5. & de legibus lib. 3. c. 3. cũ seqq. Bellarm. lib. 1. de Roma- *Soar.* *Bellarm.* *C. Quorũ* *C. In nouo.*

Cano. no Pontifice cap. 25. Cano de locis Theolog. lib. 6. cap. vltimo ad finem, versic. *Prætereà illud*, Aretin. in expunct. de Papatu Roman. expunct. 3. Aretin.

9 Aduertendum est secundo; quod licet etiam certum sit Episcopalem dignitatem, & munus ab ipso Christo fuisse institutum, iuxta supradicta, nihilominùs tamen omnes Episcopos Ecclesiæ habentes Episcopale, & pastorale munus, habere illud per summum Pontificem, & dependenter ab illo, quod quidem imprimis apertè videtur probare text. in d. cap. *Ita Dominus*. 19. dist. in d. cap. *Quoties*. 24. q. 1. in suprà allegatis verbis, quibus significāt munus hoc media auctoritate & consensu Pontificis, ad Episcopos transire, & pertinere. Deindè clarè etiā ostenditur percurrendo singula, quę Episcopis competunt; nam diuisio, seu determinatio diœcesum, iurisdictio in foro pænitētiali, & in exteriori, translatio de vno ad aliū Episcopatum, & multa alia similia per Sūmum Pōtificem habentur, ab eodéq; possunt saltem pro parte auferri, minui, aut mutari: ergo manifestè sequitur Episcopos pastorale munus habere dependēter à summo Pontifice, vt latiùs per hæc omnia ostēdit Soares, vbi proximè n. 10. Bellarm. d. cap. 24. & infrà cum de iurisdictione egerimus magis apparebit. C. Ita Dominus. Cap. Quoties. Soar. Bellarm.

10 Supposito ergo iam, quis sit Episcopus, & à quo eius dignitas fuerit inuenta, illud prætereà sciendum est, illos ita à Christo fuisse institutos, vt non solùm iure diuino, & humano præsbyteris sint superiores, diuersumque gradum superioritatis in nostra Hierarchia constituant, verum etiam ipsum Episcopatum sacramentum esse ordinis per se à sacerdotio, A & reliquis saltem numero distinctū, vt iam suprà ostendimus in 4. quæst. procemiali. Cuius assertionis prima quidem pars, dum Episcopos superiores facit præsbyteris iure diuino, inter omnes Catholicos vnanimiter recipitur ex Trident. sess. 23. cap. 4. & Canon. 6. & 7. agnoscuntquè omnes Doctores, licet ab hæreticis impudēter negetur. Secunda verò circa sacramenta inter ipsos etiā Catholicos controuersa est, vt suprà diximus; B quoad primam igitur partem conātur impij hęretici pulcherrimam hanc Episcoporum, & præsbyterorū distinctionē euertere impudenter, contendentes eosdē esse Episcopos, & pręsbyteros, cuius erroris auctor fuit Aerius, teste Epiphanio in cathalog. hæresum hæres. 75. & August. lib. de hęresibus hæresi 53. vbi hanc opinionē referunt, tanquā hæresim ab Ecclesia damnatam, causamquè reddunt, cur Aerius illam excogitarit, quia cū ipse esset præsbyter ambiens dignitatem C Episcopalē, & ipsam assequi non valens, voluit illis æqualis videri; eandéq; hæresim posteà renouauit Marsilius Patau. teste Bernard. Luth. Zēb. & nouissimè Nouatores omniū hæresum, illam ex Inferis reuocarunt. Caluin. libr. 4. instit. cap. 4. vbi dicit, *Quibus docendi munus iniunctum fuerat, eos omnes nominabant præsbyteros, &c.* Kemnit. in examine Concilij Tridēt. sess. 23. cap. 4. & Canon. 6. & 7. ex eodemque dolore suscitauit Vuiclef. D & alij passim. Adducuntq; primò pro sua sententia auctoritates Pauli ad Philippens. 1. ibi. *Omnibus sanctis, qui sunt Phelippis cum Episcopis, & Diaconis*, quasi nomen Episcopis ponatur Trident. Epiphan. August. Bernard. Kemnit. Ad Philip. 1.

pro

pro præsbyteris; tū quia in vna ciuitate plures Episcopi esse non poterant, cap. *Quoniam*, de officio ordin. cum alijs. Item quia de præsbyteris nullam fecit mentionē, vt debuerat. Item 1. ad Titum cap. 1. ibi, *Constituas per ciuitates præsbyteros*, iuncto ibi, *Oportet Episcopum irreprehēsibilem esse, &c.* Secundò, quia in idem videtur consensisse antiqui Patres. D. Hier. in c. *Olim*. 95. dist. & in c. *Legimus*. 93. dist. vbi per multas authoritates vltra supradictas cōprobat eundē esse Episcopū, & presbyterū, & solū in remedium Chrismatis posteà hanc differētiam in Ecclesia fuisse introductā. Et tandem quia etiam presbyteri succedunt Apostolis, pluresq; alias sanctorum auctoritates in idem refert Bellarm. lib. 1. c. 15. Valent. to. 4. disp. 19. q. 1. punct. 2. vers. 4. *certū est*. cū seqq. Aegidius de sacramentis disp. 20. de ord. dub. 4. Magal. in epist. 1. ad Timoth. c. 3. sect. 1. annot. 1. Sottomaior in eadem epist. c. 3. super vers. *Fidelis sermo*, pag. 404. vsque ad 408. latè Scribon. in theosimia disput. 7. de ordine q. 8. per totam.

Ca. Quoniam. *Ad Titū 1.* *D. Hier.* *C. Olim.* *Ca. Legimus.* *Bellarm.* *Valent.* *Ægid.* *Magal.* *Sottom.* *Scribon.*

11 Cæterùm retenta Catholica sententia, pro qua imprimis, vt diximus stat expressè Trident. locus, sess. 23. vbi ita declarat præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut Apostolus ait, regere Ecclesiā Dei, eosq; præsbyteris superiores esse, plurimaque sanctorum, & scripturæ testimonia, quę referunt Auctores modò citati: & ipsa etiā Christi auctoritas, qui hos duos ministrorum gradus distinxit; tāquam alios alijs superiores,

Conc. Trident.

A Matth. 10. Marc. 3. & Luc. 6. Apostolos quidem, quibus successerūt Episcopi, & 72. discipuli, in quorum locū surrexerunt præsbyteri, vt constat ex text. in c. *In nouo*. 21. dist. cap. *Quorum vices*. 68. dist. & deniq; ex multis alijs apparebit tam in potestate ordinis, quam iurisdictionis, quæ infrà hac disputatione dicemus solis Episcopis non etiam præsbyteris competere.

Mat. 10. *Marc. 3.* *Luc. 6.* *C. In nouo.* *C. Quorū vices.*

Ad primum argumentum contrariæ hæreticorum sententiæ dicendū est, olim nomina Episcopi, & præsbyteri fuisse communia, in re tamen & B dignitate semper fuisse differentiam, ideòque in prædictis auctoritatibus sæpè vnū pro alio vsurpari; quinimò, quia nomine Episcopi comprehēdebātur omnes sacerdotes; maiores scilicèt, & minores; nomine verò Diaconi, omnes ministri, tanquā sub principalioribus vocabulis, quæ alijs accommodabantur, volens Paulus vniuersum clerum salutare, ne cogeretur singulos ordines numerare, ideò generatìm dicit *cum Episcopis, & Diaconis*: nomine Episcopi complectens C omnes sacerdotes; nomine verò Diaconi omnes ministros, vt eleganter considerauit Bellarm. d. cap. 15. & anteà dixerat Pihgius, quem ipse non citat, de Ecclesiastica Hierarchia. Vel etiam dici potest, initio Ecclesiæ omnes præsbyteros communiter participasse aliquo modo iurisdictionem, & officium Episcopale; tum quia tanquam eius Conciliarij, vna cum Episcopo Ecclesias regebant, in illis locis, D vbi erant Episcopi; tum etiam quia ijs magna ex parte cōmunicabatur iurisdictio Episcopalis, presertim in locis, vbi Episcopi nōerāt; vnde omnes promiscuè vocabātur modò presbyteri. 12

Bellarm. *Pihgius.*

pellationem causa deuoluatur, ita expressè text. in c. *Venerabilibus*, in principio, iuncta Glossa, versiculo *competit*, in §. *Sanè* eiusdem capitis. Ratioq; est, quia inter subditos suffraganei non aliter Metropolitanus competẽs efficitur, quam per appellationẽ iuxta regulam capitis *Duo simul*, cap. *Pastoralis*, de officio ordinarij cum alijs, de quibus suprà. Addit tamen elegãter text. in d. cap. *Venerabilibus* in principio, vers. *Sed si excõmunicatus*, quod si pars excommunicata voluerit cõtra suffraganeum ex tali excommunicatione interesse prætẽdere, quod poterit, quo ad illum effectum, etiam per simplicem quærelam causam ad Metropolitanum deferre, idque ex ratione, de qua in prima distinct.

C. *Venerabilibus*. C. *Duo simul*. C. *Pastoralis*. C. *Venerabilibus*.

26 Tertia distinctio sit, quod in casibus, in quibus Metropolitanus potest, siue per appellationem, siue etiã per querelam de iniustitia excommunicationis cognoscere; quæri insuper potest, an possit ipsum subditum suffraganei statim absoluere, an verò debeat ad ipsum suffraganeum excommunicatorẽ remittere absoluẽdum? In qua etiam per triplicem distinctionem procedere oportet. De qua tex. in cap. *Venerabilibus*, §. *Sanè*. Et imprimis si excommunicatio prima facie, & ex tenore processus iusta apparuerit, non potest Metropolitanus absoluere, sed remittere tenetur, vt post absolutionem de causa cognoscat, ita textus in d. §. *Sanè*, cap. *Sacro*, sic intelligendus, ibi, *ad excommunicatorem remittat*, de sententia excomm. d. cap. *Per tuas*, vers. final. Et ratio est, quia iniuria fieret excommunicatori, si cõstito de iusta excommunicatione, & non requisito excommunicatus per alium absoluatur, contra regulã cap.

Cap. *Venerabil.* C. *Sacro.* Cap. *Per tuas.*

A *Seruetur*. 11. q. 3. Vnde talis remissio meritò inducta fuit: nam aliàs ante absolutionẽ Metropolitanus de causa cognoscere non potest, cap. *Cum contingat*, ibi, *antequam*, de officio deleg. dict. cap. *Per tuas*, vers. *Verum*. Limita tamen nisi periculum sit mora, aut nisi suffraganeus requisitus malitiosè absolutionis beneficium denegaret, prout expressè limitant text. in d. cap. *Sacro*, §. *Sanè*, & d. cap. *Per tuas*.

C. *Seruetur*. Ca. *Cum cõtingat*. Cap. *Per tuas*. C. *Sacro*. Cap. *Per tuas*.

B Quarta distinctio sit, quod si excõmunicatio iniusta apparuerit, tunc Metropolitanus statim subditum absoluere, nec ad suffraganeum remittere tenetur, posteaquè de causa cognoscere poterit, ita text. in d. §. *Sanè*, vers. *Si verò constet*. Et ratio est, quia in hoc casu, nulla suffraganeo fit iniuria, quinimò data manifesta iniustitia illius iam ad Metropolitanum attento iure iurisdictio, & potestas absoluendi spectat, iuxta regulam text. in cap. 1. §. *Sanè*, vers. *notoria*, de cen- C sibus libr. 6. iunctis supra resolutis in sexto casu. 27

Cap. 1. *de censib.*

Quinta distinctio sit, quod si excommunicatio iniusta non apparuerit, sed dubitetur an iustè prolata sit, Archiepiscopus attento rigore iuris nulla data remissione excommunicatum per se absoluere, & postea de causa cognoscere valebit. Ita Pontifex in d. cap. *Per tuas*, vers. *Quod si*, d. §. *Sanè*, vers. *Quod si dubitetur*; & ex eo constat, quia cum ipse Metropoli- D tanus ad cognoscendum de causa sit iudex competens, iuxta supradicta, ita & ad absoluendũ competens erit, iuxta regulam cap. *Præterea*, de officio delegati, iuncta regul. dicti capitis 28

Cap. *Per tuas*. §. *Sanè*. Cap. *Præterea*.

Cum

Ca. Cum cōtingat. *Cum contingat*, ibi, *Antequam neque in hoc vlla excommunicatori iniuria fit*. Declarabis tamen distinctionem hanc non procedere secundum debitum honestatis, quo attento Metropolitanus potest, seu debet excommunicatum pro absolutione ad suffraganeū remittere, prout in effectu declarat expressè Pontifex in d. §. *Sanè*, vers. *Quod si*, dicto cap. *Per tuas*, ibi, *Nisi suo duxerit suffraganeo deferendum*; textus sic intelligendus in d. cap. *Ad reprimēdam*, ibi, *Ei quasi Coepiscopo deferens remittas*; quasi solum importet honestatem. Et ratio est, quia imprimis nulla subdito fit iniuria, si dum non constat de iniustitia excommunicationis ad suum prælatum pro absolutione remittatur, ex regula capitis, *Quibus Episcopi*, 11. q. 3. & deindè ipsis prælatis debitus honor, & reuerentia seruatur iuxta regulam cap. *Seruetur*, eàdem causa, & quęstione. Quod si suffraganeus absolutionem malitiosè distulerit, aut denegauerit, tunc Metropolitanus absoluere debet, iuxta textum in d. cap. *Per tuas*, & in dicto cap. *Ad reprimendam*.

(§. Sanè. Cap. Per tuas. C. Ad reprimēdā. C. Quib. C. Seruetur. Cap. Per tuas. c. Ad reprimend.)

29 Adde quod in prædictis omnibus casibus in quibus Metropolitanus potest de causa excōmunicationis cognoscere, si absoluat absque remissione, licet eam facere teneretur, valebit absolutio, quāuis iniusta, quoniā, vt inquit text. in d. §. *Sanè* in fine, & si contra ius litigatoris, non tamen cōtra ius constitutionis absoluit.

(§. Sanè.)

30 Octauus casus reperitur in specie capitis *irrefragabili*, §. *Cæterum*, de officio ordin. vbi Metropolitano iurisdictio tribuitur circa Canonicorum excessus, iniustè contra suum Episcopum à diuinis cessantium, quæ quidē iurisdictio non in eo consistit, quod A possit Metropolitanus iniustam Canonicorum cessationē reuocare; hoc enim Romano Pontifici reseruatur, iuxta textum in d. cap. *Quanuis*, de officio ordin. lib. 6. Sed vt possit Canonicorum excessus iniustè cessantium vindicare, & metu pœnæ coercere, vt planè colligitur ex verbis text. nec mirum est, quod in hac spe noua Metropolitano iurisdictio tribuatur, quasi antea illam non haberet, sicq; delegatus efficiatur, non ordinarius, B quoniam licet secundum iuris regulas, Episcoporum causæ, qualis est hæc, ad Metropolitanos spectēt, iuxta supradicta, vel ad arbitros iuxta textum in cap. *Si clericus*. 11. q. 1. in hoc tamen casu nec ad Metropolitanum de iure poterat spectare, quia non erat causa aduersus Episcopum suffraganeum, sed aduersus subditos, quorum iudex Archiepiscopus non est, nisi in casibus expresis: nec etiā ad arbitros, quia causa erat criminalis, quam arbitri tractare non possunt C iuxta regulam capitis vltimi in fine de arbitr. & insuper quia tangebat causam cessationis soli Romano Pōtifici reseruatam, iuxta dictum cap. *Quanuis*: vnde merito in propositio noua Metropolitano iurisdictio concessa fuit.

(C. Irrefragabil. C. Quanuis. C. Si clericus. C. vlt. C. Quanuis.)

31 Nonus casus assignatur à Glossa in d. cap. *Pastoralis*, scilicèt, mortuo Episcopo, & vacante sede Episcopali, tunc enim videtur intendere, Archiepiscopum iurisdictionē habere. D Cæterùm casus hic ex mente ipsius Glossæ declarandus est, vt videlicet ex sola vacatione sedis Episcopalis per mortem Archiepiscopus se intromittere nō possit, nec etiamsi ægrætos

(C. Pastoralis.)

tos Episcopus, aut alio simili impedimento impeditus sit, tunc enim secundum regulas iuris Capitulum succedit, vt in prædictis probat tex. in cap.
C. vnic. vnico de maioritate, & obed. lib. 6.
Cap. 1. cap. 1. cap. *Si Episcopus*, de supplenda
C. Si Episcopus. neglig. eodem libr. cum alijs: vnde Ecclesia Cathedrali vacante, non visitare, nec visitatorem dare potest, vt
Syluest. post Syluest. verb. *Archiepiscopus*. q. 2.
Henriq. & 3. Notat Henriquez dicto cap. 30. §. 3. Nisi fortè capitulum in spiritualibus, & temporalibus negligenter, & malè administrauerit; tunc enim illius negligentiam poterit supplere, iuxta suprà dicta in 6. casu. Item nec moriente Episcopo circa illius bona, aut res seruandas, se intromittere va-
C. Non liceat. lebit, cap. *Non liceat*. 12. q. 2. Solum autem eidem licitum erit deficientibus clericis in Ecclesia suffraganei, sub quorum custodia eiusdem bona retineantur illa custodire, vt illibata successori reddat, quemadmodũ disponit text. in d. cap. *Non liceat*, vers.
Glossa. *Si verò*, quod solum voluit Glossa in d. cap. *Pastoralis*, de qua suprà.

32 Decimus, & vltimus casus, in quo Archiepiscopus inter se suffraganeorum subditos iurisdictionem potest exercere, est causa visitationis, nempe visitando prouinciam, prout ei de iure ex officio suo facere permitti-
C. Cum ex officij. tur, vt apertè probat text. in cap. *Cum ex officij* de præscriptionib. cap. *Sopi-*
C. Sopita. Ca. Cum nuper. *ta*. cap. *Cum nuper*, de censib. cap. 1. & vltimo eodem tit. libr. 6. prosequitur
Marian. Marianus de visitatione n. 7. vers. 3. &
Riscius. n. 8. vers. 4. Riscius de præeminentia Archiepiscopali. priuilegio. 16. potest autem, vt diximus Archiepiscopus prouinciam suam visitare, subditosq; suffraganeorum punire, aut de illis

A inquirere, iuxta formam latè traditã in d. cap. 1. de censibus lib. 6. cum omnibus §§. quamuis ipsi suffraganei negligentes non sint, vt apertè probat *Cap. 1.*
tex. in d. cap. vltimo. Et est communis contra Glossas in dicto cap. *Cum ex officij*, verbo *consuetudine*, & verbo *authoritate* in dict. cap. *Cum nuper*. Poterit etiam dum sic visitat procurationes recipere, & alia consueta à locis visitatis, vt probant omnia iura suprà citata; ac tandem audire confessiones subditorum, & absoluere illos *Cap. vlt. C. Cũ ex officij. Ca. Cum nuper.*
B in vtroque foro à censuris, & peccatis, iuxta textũ in d. cap. vltimo, vers. final. Syluest. & Henriq. vbi proximè, aliàs verò extra casum visitationis subditos absoluere non potest, iuxta suprà dicta, probat Soar. tomo 4. disput. 25. sect. 1. n. 14. vbi agit; an iurisdictio in hoc casu sit ordinaria, vel delegata. Hodie tamen per Decretũ Concilij Trid. sess. 24. cap. 3. de reformat. nõ licet Archiepiscopis prouinciam suam visitare, nisi post diœcesim suam plene visitatam, & ex causa *Cap. vlt. Syluest. Henriq. Soar. Conc. Trident.*
C in Prouinciali Concilio approbata.

Adde Archiepiscopum in quocũque loco suæ prouinciæ quantumuls exempto posse celebrare in Pontificalibus, vel absque illis facere celebrari sine cuiusque licentia, item populo benedicere, & crucem ante se portari facere, dum per ea transit, etiamsi nec visitet, aut iurisdictionem aliquam tunc exerceat, vt disponit expressè Clementin. *Archiepiscop.* de priuileg. ex qua ita notant Syluest. & 33
D Henriq. §. vltimo dictis locis. Cætera verò alia circa Archiepiscopos, nè longiores simus, per Doctores videri poterunt. Illud certum est quod extra prędictos casus, vel si qui sunt alij, *Clement. Archiep. Syluest. Henriq.*

qui

qui in iure expresſi ſunt, vel ad illos reducantur, nullam Archiepiſcopos in ſubditos ſuffraganei habere iuriſdictionem, iuxta text. in cap. *Paſtoralis*, in principio de officio ordinarij.

C. *Paſtoralis*.

DISPVTATIO VI.

De Epiſcopis.

POST Archiepiſcopos, ſeu Metropolitanos Epiſcopi ponuntur in noſtra Eccleſiaſtica Hierarchia ratione iuriſdictionis, dignitatis, ſeu officij; nam ordine, & conſecratione inter ſe non differunt, quia priorem locum obtinent Epiſcopi, vt expreſsè definit, & probat Concilium Tridentinū ſeſſ. 23. de Sacramento ordinis cap. 4. verſ. *Proindè*, ibi, *Sancta ſynodus declarat (præter cæteros eccleſiaſticos gradus) Epiſcopos ad hunc Hierarchicum ordinē præcipuè pertinere*; & in eadem ſeſſ. cānon. 6. vbi anathematizat eos qui negauerint Eccleſiaſticam Hierarchiam ex Epiſcopis præsbyteris, ac miniſtris diſtinctam; eodem modo Dionyſius de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 5. Hierarchiam conſtituit, ex Epiſcopis ſacerdotibus, & miniſtris, ſimiliterquè omnes Auctores ſacri, Epiſcopos priori loco numerant; & ex eo inſuper oſtenditur, quia omnes fatētur Epiſcopatum culmen eſſe dignitatum, & ſupremum ordinem in Eccleſia Dei, vt notant Gloſſa verbo *Epiſcopus*, in procemio ſexti, Caſſan. in Cathalog. gloriæ mundi parte 4. conſideratione 25. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitat. lib. 3. cap. 8. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 27. q. 1. Guerrer. in ſpeculo iuris Pontific. lib. 1. cap. 4. Aug. Barboſ. de Paſtoral. A ſolicit. tit. 1. cap. 2. inde notantes rationem quare Summus Pōtifex Romanum ſe Epiſcopum appellat, & Epiſcopos vocet fratres, quaſi ſibi æquales; Cardinales verò, & Reges filios, cap. *Quam graui*, cum alijs de crimine falſi. Vnde etiam Dionyſius dicto lib. de Eccleſiaſtica Hierarch. c. 2. Epiſcopum vocat Hierarcham, tanquam ſupremum in Hierarchia; & Ignatius in epiſtol. ad Trallian. Archierum. Vt igitur in hac diſput. quæ inter alias præcipua etiam eſt; ſolitum B ſeruemus ordinem. Agemus primò de Epiſcoporum nomine, origine, & inſtitutione, & deinde de ipſorum poteſtate, priuilegijs, & obligationibus.

Cōc. Trident. S. Dion. Gloſſa. Caſſan. Germon. Azor. Guerr. Barb. C. Quam graui. Dionyſ. Ignatius.

§. I.

De Epiſcoporum nomine, origine, & inſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi nomen, vnde deriuetur, & quid ſignificet.* C
2 *De vſu, & varia huius nominis Epiſcopi acceptatione, apud Latinos, Iureconſultos, & ſacram ſcripturam.*
3 *Nomen Epiſcopi magis curam, quàm dignitatem importat.*
4 *Tituli, & nomina, quibus Epiſcopi decorantur, expenduntur.*
5 *Epiſcopalis dignitas à Chriſto Domino fuit inſtituta.*
6 *Epiſcopum eſſe neceſſarium miniſtrū aliquorum ſacramentorum aſſeritur.*
7 *Quandò, & quo tempore Apoſtolis* D *Epiſcopalis poteſtas data fuit.*
8 *Licet Epiſcopi Apoſtolis ſuccedere dicantur, nihilominus tamen non ſuccedunt illis propriè, & ea ratione, qua*

qua vnus Episcopus alteri succedit.

9 *Episcopi habent munus suum pastorale per Summum Pontificem, & dependenter ab illo.*

10 *Episcopi iure diuino præsbyteris superiores sunt.*

11 *Hac veritas probatur Concilij Tridentini loco sess.23. & alia authoritates in idem expenduntur.*

12 *Ad primum Hæreticorum argumentum de communi vsu Episcopi nominis, & præsbyteri nascentis Ecclesia initio respondetur.*

13 *Secundum de authoritate Diui Hieronymi sumptum varijs modis eliditur.*

14 *Tertij argumenti solutio.*

15 *Episcopatus ordinem esse verè sacramentum, & à sacerdotio distinctum affirmatur.*

1 Quod ad primum igitur attinet, imprimis Episcopus dicitur à verbo græco, *Episcopen*, seu *Scopin*, quod significat considerare, seu inspicere, quasi Episcopus in Ecclesia Dei speculator sit, considerans, seu inspiciens subditorum vitam, & mores, vt declarat optimè Isidorus in nostro cap. *Cleros*, vers. *Episcopus*. 20. distin. & post eum Bellarm. lib.3. de Romano Pontifice, cap.24. Henriquez lib.10. cap.32. in princip. Durand. in Ration. diuinorũ lib.2.c.2. à n.1. Gigas in tract. de Resident. Episcop. c.1. nu.1. Guerrer. in specul. iuris Pont. lib.1. cap.4. Asor. instit. moral. p. 2. libr. 3. cap. 27. q.1. Gonsal. ad Regul. 8. Canc. Glossa. 42. n.18. August. Barb. de Episcop. tit.1. cap.2.

Isidorus. *Bellarm.* *Henriq.* *Durand.* *Gigas.* *Guerrer.* *Asor.* *Gonsal.* *Barb.*

2 Quamuis autem nomen hoc Ethnici magistratui Prætorij tribuissent, cuius erat panis, & cæterarum rerum A ad cibum, & victum pertinẽtium curam habere, vt constat ex Aristoph. in comed. de auibus. Vnde Archadius Iurecõsultus, recensens munera personalia in l. *Munera.2.* §. *Irenarcha*, ff. de muneribus, & honoribus sic ait. *Episcopi, qui præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vsui sunt, personalibus muneribus funguntur*; sacræ tamen Scripturæ Pastori hominum, & Regi promiscuè concedunt, vt patet Isai. B cap. 44. vbi Regem vocat Episcopũ, & Ephes. 4. & prima Petri c.2. Christum vocat Pastorem, & Episcopum animarum. 2. Esdræ. 11. & alibi; vt sic intelligatur Episcopũ non solùm habere officium prædicandi, sed etiam potestatem regendi cum vi coactiua.

Aristoph. *L. Munerum.* *Isai. 44.* *Ad Eph. 4* *1. Petr. 2* *Esdr. 11.*

3 Est insuper sciendum circa hanc nominis significationem, de qua nũc agimus, nihil aliud denotare, quàm curam, & in alios quandam quasi superintendentiã, non autem superioritatem, siue dignitatem, vt asserit C Chrysostom. homil. 10. Hoc enim nomine Præsul appellatur, quod cũcta inspiciat, atque speculetur, idem docet D. Hieronym. in epistola 85. ad Euagriũ tom.2. quia verò ἐπίσκοπος Græcè, Latinè superintendens est; suprà diximus, & Ambros. aduertit in lib. de dignitat. sacerdot. cap. 6. superinspector, & obseruator, Magal. in epistol. 2. ad Timoth. c.3. sect. à nu.2. Latè Sottomaior in epistol.1. ad Timoth. cap.3. super vers. *Fidelis sermo*. D pag. 402. & 403.

Chrysost. *D. Hier.* *D. Amb.* *Magall.* *Sottom.*

4 Interdum etiam Episcopus vocatur præsbyter, accipiendo nomen præsbyteri, id est senioris, à matura ætate, vt 1. Petri cap. 5. ibi seniores prouiden-

1. Pet. 5.

prouidentes, vbi Græca litera habet præsbyteri Episcopâtes testatur Bellarm. lib. 1. de clericis, c. 15. vers. *Quinta*; dicitur etiã præsul, quoniam in Cõcilio præsidet. cap. *Quod translationem*, de tempor. ordinat. Item Antistites, quia ante alios stans, præeminet populo, vel ab ante, quod est cõtra, quoniam hæreticis contradicit, vt declarat Durand. d. c. 11. n. 4. & 5. Põtifex, quia Pontificali officio vtuntur cap. *Pontifices*. 7. q. 1. cap. *Massana*, de electione, cap. *Quia periculosum*, de sent. excommun. in 6. cap. *Cleros*, vers. *Pontifex*. 21. dist. Durand. d. c. 11. num. 3. Asor vbi proximè; summus sacerdos vocatur Episcopus. Primò ad differentiam simplicium sacerdotum, cap. *Perlectis*, vers. *Ad Episcopum*. 25. dist. cap. *Quamuis*. 8. dist. Secundò, quia vltra eos nullus est ordo, cap. *De his*, cap. *Manus*, de Consecrat. dist. 5. Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi p. 4. considerat. 25. Sanctissimus appellatur in Auth. de sanctissimis Episcop. collat. 9. & in Clement. 1. §. *Nec super*, de pœnis; nam qui alios sanctos efficere debet, necesse est, vt sit sanctissimus. Illustris ratione dignitatis, & officij, Bart. in l. *Omnes populi*, q. 4. ff. de iustitia, & iure: quanuis Bald. in l. *Ad similitudinem*, C. de Episcopis, & cler. velit Episcopum esse similem illustri personæ, non tamen esse illustrem; Legatus Christi nonnũquam appellatur, prout in cap. *Accusatio quoque*, in fin. 2. q. 7. & in d. Clement. 1. Speculator in tit. delegatis, §. 1. Guerrer. in speculo iuris Pontificij lib. 1. c. 28. Pastor Episcopus, non impropriè dicitur, sicut, & subditi eius similitudine oues appellantur; ab ipso Christo Domino, Ioan. 11. & 21. In cuius officij Pastoralis signum, baculũ pastorale dari Episcopis notissimum est, & explicat text. in cap. vnico in fine de sacra vnctione; faciunt multa, quæ de pascendi verbo in prædicta Christi Domini authoritate diximus in disp. 1. de Romano Pont. & explicat Cardinal. Bellarm. tom. 1. de Rom. Pont. lib. 3. c. 15. Fratres vocat Sũmus Põtifex quasi sibi æquales, Cardinales verò, & Reges, filios, cap. *Quã graui*. de crimine falsi. Felin. in procem. Decretal. n. 1. Decius in cap. *Cum venerabilis*. n. 2. de exceptionib, Connan. in pragmact. tit. 2. n. 3. Cardin. in d. Clement. 3. Tandẽ Sũmus ipse Pontifex hoc nomine nõ dedignatur; aliquãdo enim vel vrbis Romæ, vel Catholicæ Ecclesiæ Episcopũ se ipsum appellat. cap. *Si Episcopus*. 2. q. 9. c. *transmarinos*, c. *Aphros*. q. 8. dist. ex eo cũ nulla maior dignitas sit in Ecclesia ipso Episcopatu c. 1. de priuileg. c. pen. de præbẽd. Petrus Greg. in schol. n. 10. & n. 13. Baron. tom. 11. anno 1057. n. 23. Vel ideò Sũmus Põtifex Episcoporũ Episcopus vocatur, quia ad illum pertinet cæteris Episcopis præesse, & eorum vigili cura defectus corripere. Plura alia circa hoc nomen videri possunt apud Sanctos Patres, & expositores, Magall. in epistola prima ad Timoth. cap. 3. sect. 1. annot. 2. Sotomaior in epistolã 1. ad Timoth. cap. 3. super vers. *Fidelis sermo*, pagina 402. & 403. & plures, quos refert Augustin. Barb. d. titul. 1. cap. 2. per totum.

5 Explicata igitur huius nominis significatione; sciendum est, quod Episcopalis dignitas ab ipso Christo Domino fuit instituta, & ita diuino, non humano iure introducta: nam cum

V ipse

[Marginalia: Bellarm. — Ca. Quod translat. — Durand. — C. Pontifices. — C. Massana. — Ca. Quia peric. — C. Cleros. — Durand. — Asor. — C. Perlectis. — C. Quamuis. — C. De his — C. Man. — Cassan. — Authen. — Clem. 1. — Bartol. — Bald. — C. Accusatio. — Clemen. 1 — Specul. — Guerrer. — Ioan. 11. & 12. — Cap. vnic. — Bellarm. — C. Quam graui. — Felin. — Decius. — Connan. — Cardin. — C. Si Episcopus. — C. Transmarinos. — C. Aphro. — Cap. 1. — Cap. pen. — Pet. Greg — Baron. — Magal. — Sottoma. — Barb.]

ipse legislator prudentissimus ad gubernationem Ecclesiæ suæ regimen Monarchicum instituisset in Petro, eiusq; successoribus, vt suprà in initio Relectionis, & disputatione. 1. demonstrauimus. Huiusmodi autem regimen perfectum non sit, nisi aliquid ad mixtum habeat Aristocratia, ita vt sub vno Monarcha alij sint Principes inferiores eidem subordinati, qui singulas prouincias, seu partes, tanquam proprias administrent, vt longo discursu comprobat Bellarmin. de Romano Pontif. libr. 1. cap. 3. necessario etiam fatendum est eundem Christū Dominū instituisse, vt sub vno summo Pontifice alij essent Prælati, nēpè Episcopi, qui veluti in partem solicitudinis vocati, vt inquit text. in c. *Ad honorem*, de authorit. & vsu pallij Ecclesiam gubernarent, vt in proposito argumentatur Soar. tom. 4. disp. 25 sect. 1. n. 8. In cuius rei testimoniū ipse Christus primùm instituit Apostolos Luc. 6. tanquam Episcopos, & prælatos totius orbis; in quorum locum surrexerunt Episcopi posteà, vt probat text. in cap. *In nouo*. 21. dist. c. *Quorum vices*. 68. dist. Trid. d. sess. 23. c. 4. idem etiā satis colligitur ex verbis Actor. 20. ibi, *Posuit vos Spiritus Sāctus Episcopos regere Ecclesiam Dei*, & ad Ephes. & 1. ad Corint. 12. ibi, *Dedit quosdam quidem Apostolos, alios autem Pastores, & Doctores*, per quos Pastores D. Hieron. & cæteri expositores Episcopos intelligunt.

Bellarm. | Cap. Ad honorem. | Soar. | Luc. 6. | C. In nouo. | C. Quorū vices. | Cōc. Trident. | Actor. 20 | 1. Cor. 12. | D. Hier.

6 Præterea idem apparet, quia constat Episcopum esse necessarium ministrum aliquorum sacramentorum, & sicut sacramēta à solo Christo Domino sunt instituta, ita etiam eorum ministri; quinimò si Episcopalem dignitatē accipiamus, pro ipsa Episcopi consecratione, ad sacramentum ordinis spectat, iuxta probabilē Doctorū sententiam, de qua suprà. Certum est autem de fide, ordinis sacramentum à solo Christo Domino fuisse institutū, ex quibus, & alijs fundamētis hoc tāquā certū inter Catholicos probant. Imprimis Pius Papa. 1. epist. 1. & Cornel. epist. 2. qui dicunt Deum posuisse Episcopos, vt essent veluti oculi Ecclesiæ suæ, & latiùs comprobat Soar. d. sect. 1. n. 4. & 6. Hēriq. lib. 3. de pœnit. c. 5. in princ. Couas in reg. Possessor. 2. p. §. 9. à n. 6. Gig. de pens. q. 2. n. 3. Barb. in tract. de præstant. Cardin. q. 1. Bellarm. de contr. tom. 1. controuers. 3. lib. 4. de Romano Pontifice c. 25. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. pag. 2. Asor instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. Scribonius in theosimia disput. 7. de ordine q. 6.

Pius Papa. | Cornel. | Soar. | Henriq. | Conas. | Gigas. | Barbat. | Bellarm. | Valent. | Ajor. | Scribon.

7 Quāuis autē hoc ita certū sit, videlicèt in Apostolis institutam fuisse à Christo Domino Episcopalē dignitatem, dubiū tamen facit Doctoribus quando scilicèt, & quo tempore, Episcopalis potestas eis data? nam, vt pūgit Durād. in 4. dist. 24. q. 5. nullibi in Euāgelio videtur Episcopi seorsū à præsbyteris ordinati; vnde Glossa verb. *pari*, in d. c. *In nouo*. 21. dist. Glos. vltim. per text. ibi in c. *In Christo*, de consecrat. dist. 2. quam videtur sequi Durād. vbi proximè, & alij, de quibus Hēriq. d. lib. 10. c. 3. §. 2. lit. H. opinantur hoc factum fuisse in vltima cœna Luc. 22. Sed eo tēpore Apostolos sacerdotes tantū fuisse creatos, contēdūt graues AA. eisdemq; solùm potestatem singulorū ordinum vsque ad sacerdotium fuisse concessum, vt in prima disput. §. 6. latè diximus. Alij datam

Durand. | Glossa. | Cap. In Christo. | Durand. | Henriq. | Luc. 22.

Mart. 3. Mat. 10. Soto. datā putant, dum eos Apostolos elegit, Marc. 3. & Matth. 10. neque incōueniens putat Soto d. dist. 24. q. 2. art. 2. fuisse Episcopos antequam in cœna crearētur sacerdotes, sed hoc nulla ratione cogente fatendū est. Quarè alijs omisis, quæ magis pertinent ad materiam de clauibus, & ad disputationem de presbyteris dicendū est, certum esse, primò omnes Apostolos immediatè institutos fuisse Episcopos in nocte cœnæ à Christo Domino. Luc. 22. vt suprà diximus, & communiter Doctores, Soar. de fide disp. 10. sect. 5. Vasq. in 3. disp. 242. cap. 7. Scribon. in thiosimia disp. 7. de ordin. q. 6. Asor tom. 2. lib. 4. c. 11. & plures alij, quos ipsi referunt. Secundò potestatem episcopalem completā Apostolis datam esse à Christo antequā in cœlos ascenderet post resurrectionē. Ioann. 20. ibi, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, &c.* vt expresse dicit, & probat text. in cap. *Loquitur.* 24. q. 1. ibi, *& quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me Pater, &c.* vel potiùs Matth. vlt. *Data est mihi potestas in cælo, & in terra, euntes, &c.* & refertur in cap. *Propriè* de consecrat. dist. 4. vt post Turrec. lib. 1. c. 8. & alios recētiores, quos suprà retulimus. & Henriq. d. c. 3. §. 2. iuncta litera M. Vnde iam ex omnibus suprà dictis manifestum relinquitur, Episcopalē dignitatem à Christo Domino immediatè in Apostolis fuisse institutā, quibus hodiè cæteri Episcopi successores existunt.

Soar. Vasq. Scribon. Asor. Ioan. 20. C. Loquitur. Mat. vlt. C. Proprii. Turrecr. Henriq.

8 Aduertendum tamen est primò, quod licet Episcopi quamuis tales dicātur Apostolis succedere, in quibus dignitas Episcopalis fuit instituta, nihilominùs tamen non succedere illis A propriè, & ea ratione, qua vnus Episcopus alteri; vel vnus Rex v. g. alteri succedat. Nam Apostoli imprimis habuerunt potestatem absolutā, & vniuersalē super vniuersum orbē, parem cum ipso Petro, eidem tamen subordinatā, iuxta dictas auctoritates Mat. vlt. & Marci vlt. & probat tex. in d. c. *In nouo.* 21. dist. d. c. *Loquitur.* 24. q. 1. cū alijs, de quibus Vict. relect. 2. sect. 2. n. 10. Deindè habuerunt etiā potestatem in suis Ecclesijs necessariam, B quatenùs singulares illorum prælati; queadmodū Iacobus Hierosolymis, Ioannes Ephesi, & alij. Prior potestas extraordinaria fuit delegata vt suprà diximus in 1. disp. §. 6. in qua Apostolis nullo modo succeditur, non enim acceperūt illā, tanquā perpetuè duraturā in Ecclesia; sed potiùs, vt personale priuilegiū, quod cū persona extingitur, iuxta reg. tex. in l. *Quia tale*, ff. soluto matrim. posterior verò ordinaria fuit, & in illa Episcopi eisdem C Apostolis censentur succedere, iuxta text. in d. cap. *Quorum vices*, & in d. c. *In nouo*, vt suprà ostē dimus: vnde verū est dicere, quod Episcopis non succedunt Apostolis, quatenùs Apostoli fuerūt, sed vel ratione ordinis episcopalis, id est, quatenùs fuerūt primi Episcopi cū iurisdictione ordinaria, & potestate ordinis, vel per quandā proportionē, & similitudinē, quia nimirū post Pontificem sunt ordinarij, & primi Principes Ecclesię, quemadmodū post Christum eo viuente, & posteà D sub Petro primi fuerunt Apostoli, vt eleganter ex Diuo Thoma declarat Soarius dicta sect. 1. num. 12. de fide disput. 10. sect. 5. & de legibus lib. 3. c. 3. cū seqq. Bellarm. lib. 1. de Roma-

Mat. vlt. Marc. vlt. C. In nouo. C. Loquitur. Victor. L. Quia tale. C. Quorū. C. In nouo. Soar. Bellarm.

pro præsbyteris; tū quia in vna ciuitate plures Episcopi esse non poterant, cap. *Quoniam*, de officio ordin. cum alijs. Item quia de præsbyteris nullam fecit mentionē, vt debuerat. Item 1. ad Titum cap. 1. ibi, *Constituas per ciuitates præsbyteros*, iuncto ibi, *Oportet Episcopum irreprehēsibilem esse, &c.* Secundò, quia in idem videtur consensisse antiqui Patres. D. Hier. in c. *Olim.* 95. dist. & in c. *Legimus.* 93. dist. vbi per multas authoritates vltra supradictas cōprobat eundē esse Episcopū, & presbyterū, & solū in remedium Chrismatis posteà hanc differētiam in Ecclesia fuisse introductā. Et tandem quia etiam presbyteri succedunt Apostolis, pluresq; alias sanctorum auctoritates in idem refert Bellarm. lib. 1. c. 15. Valent. to. 4. disp. 19. q. 1. punct. 2. vers. 4. *certū est.* cū seqq. Aegidius de sacramentis disp. 20. de ord. dub. 4. Magal. in epist. 1. ad Timoth. c. 3. sect. 1. annot. 1. Sottomaior in eadem epist. c. 3. super vers. *Fidelis sermo*, pag. 404. vsque ad 408. latè Scribon. in theosimia disput. 7. de ordine q. 8. per totam.

Ca. Quoniam. *Ad Titū 1.* *D. Hier.* *C. Olim.* *Ca. Legimus.* *Bellarm.* *Valent.* *Ægid.* *Magal.* *Sottom.* *Scribon.*

11 Cæterùm retenta Catholica sententia, pro qua imprimis, vt diximus stat expressè Trident. locus, sess. 23. vbi ita declarat præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos, sicut Apostolus ait, regere Ecclesiā Dei, eosq; præsbyteris superiores esse, plurimaque sanctorum, & scripturæ testimonia, quę referunt Auctores modò citati: & ipsa etiā Christi auctoritas, qui hos duos ministrorum gradus distinxit; tāquam alios alijs superiores, Matth. 10. Marc. 3. & Luc. 6. Apostolos quidem, quibus successerūt Episcopi, & 72. discipuli, in quorum locū surrexerunt præsbyteri, vt constat ex text. in c. *In nouo.* 21. dist. cap. *Quorum vices.* 68. dist. & deniq; ex multis alijs apparebit tam in potestate ordinis, quam iurisdictionis, quæ infrà hac disputatione dicemus solis Episcopis non etiam præsbyteris competere.

Cōc. Trident. *Matt. 10.* *Marc. 3.* *Luc. 6.* *C. In nouo.* *C. Quorū vices.*

12 Ad primum argumentum contrariæ hæreticorum sententiæ dicendū est, olim nomina Episcopi, & præsbyteri fuisse communia, in re tamen & dignitate semper fuisse differentiam, ideòque in prædictis auctoritatibus sæpè vnū pro alio vsurpari; quinimò, quia nomine Episcopi comprehēdebātur omnes sacerdotes; maiores scilicèt, & minores; nomine verò Diaconi, omnes ministri, tanquā sub principalioribus vocabulis, quæ alijs accommodabantur, volens Paulus vniuersum clerum salutare, ne cogeretur singulos ordines numerare, ideò generatim dicit *cum Episcopis, & Diaconis:* nomine Episcopi complectens omnes sacerdotes; nomine verò Diaconi omnes ministros, vt eleganter considerauit Bellarm. d. cap. 15. & anteà dixerat Pihgius, quem ipse non citat, de Ecclesiastica Hierarchia. Vel etiam dici potest, initio Ecclesiæ omnes præsbyteros communiter participasse aliquo modo iurisdictionem, & officium Episcopale; tum quia tanquam eius Conciliarij, vna cum Episcopo Ecclesias regebant, in illis locis, vbi erant Episcopi; tum etiam quia ijs magna ex parte cōmunicabatur iurisdictio Episcopalis, prę sertim in locis, vbi Episcopi nōerāt; vnde omnes promiscuè vocabātur modò presbyteri.

Bellarm. *Pihgius.*

modò Episcopi; Episcopus enī signifi cat eū, qui alicui rei, tanquā director A præfectus est; siue cui incumbit alio- rum regimini inuigilare, vt suprà diximus: vnde fit, vt Apostolus sæpè nomine præsbyteri, aut Episcopi, pro miscuè, tam Episcopos, quàm præsbyteros intelligat, quamuis etiam sæpè vtrunque nomen distinguat, vt patet ex epistolis prima ad Timoth. 5. & ad Tit. cap. 1. vbi Apostolus apertè ostendit, Episcopos, quales Timotheus, & Titus erant, esse iudices, correctores, ac Rectores præsbyterorū, B quę satis demonstrant distinctionem, superioritatem, & eminentiā. Crescente tamē posteà, tam fidelium, quā etiam Episcoporum, ac præsbyterorum multitudine, vt vitaretur, confusio, & fortè etiam ob aliquorū præsbyterorum superbiam sua potestate insolenter ab vtentium, & contra Episcopos superbientium, tam nomina, quàm gubernandi officia fuerunt magis distincta, & præsbyterorū potestas restricta, ita Sottomaior, Magallan. & Aegidius. Tandem etiam di C ci potest Apostolum diuersa illis impertiri nomina, cum præsertim apud exteras nationes in principio nascētis Ecclesiæ, vbi populi quasi nouella germina producebatur ad fidem, non dum vsus forma constituerat nomina propria singulis ordinibus, quia diuersis idiomatibus, solent diuersimodè vocitari, vt apud Gallos sacerdos dicitur præsbyter, quia sacerdotis nomen non est in vsu, & apud Italos dicitur sacerdos, & nunquā pręs- D byter; quia præsbyteri nomen illis non est in vsu.

1. ad Timot. 5.
Ad Titu 1.
Sottom.
Magal.
Aegidius

13 Ad secundum de sententia D. Hieronymi in d. cap. *Olim*, & in d. cap. *Legimus*, omissis varijs solutionibus, quas referunt Bellarminus, Valent. dictis locis, & Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. cum eodem Valent. & Aegidio dicendum est D. Hieronymum agnouisse Episcopos præsbyteris esse superiores in potestate quidē ordinis, vt apparet ex eodem textu ibi, *Quid facit Episcopus, excepta ordinatione, quod non faciat præsbyter?* deindè esse quoque superiores in potestate iurisdictionis, vt constat ex n. 25. illius Epistolæ, deinde in fine vbi ait, *quod Aaron, & filij eius; atque Leuitæ in templo fuerunt hoc sibi Episcopi, & præsbyteri, & diaconi vendicent in Ecclesia*, vbi apertè docet in lege noua eodem modo se habere Episcopos sacerdotes, & Diaconos, sicut in lege veteri se habebant Aaron, filij eius, & Leuitæ. Planè constat ex veteri lege, primò Aaronem, & deindè Eleazarum, ac alios summos sacerdotes fuisse, & Leuitarum, & filiorum Aaron, siue sacerdotum Principes, idque iure diuino, vt patet Numer. 3. alijsque locis plurimis: ergo etiam teste D. Hieronymo in Ecclesia eodem iure debēt esse aliqui sacerdotum, & diaconorū, atque adeò Ecclesiæ principes, qui non sunt alij, quàm Episcopi, quos etiam sine dubio omninò conuenit alijs potestate esse superiores ad exēplum synagogę principum. Idem etiā constat ex multis locis eiusdem Hieronymi, quos refert ibi Valent. & Scribonius, vbi suprà, idque ex iure diuino, quod Aerius negabat; solum ergo sentētia D. Hieronymi, ibidem fuit, quod in aliquibus Ecclesijs olim ipsimet simplices præsbyteri habuerunt in communi potestatem episcopalem regendi, ac proindè ea ratione eosdem

C. Olim.
Ca. Legimus.
Bellarm.
Valent.
Soto.
Valent.
Aegid.
Epistol. Hieron.
Num. 3.
Valent.
Scribon.

eosdem fuisse præsbyteros, & Episcopos; posteà verò propter schismata, & seditiones decretum vbique fuisse, vt etiam in illis ciuitatibus, & locis, in quibus Episcopalis potestas ita communis erat in præsbyteris ex illis vnus eligeretur, qui potestatem illam Episcopalem super alios haberet, & insimul ordinaretur Episcopus; cum autem dicit magis consuetudine Ecclesiæ, quam ex Domini dispositione factum fuisse, vt quoad iurisdictionem Episcopus præsbytero maior sit, non negat hoc prouenire ex iure diuino, sed solum quia iurisdictio Episcopalis licet in genere, & in potentia à iure diuino instituta sit, & in actu tamen, & particulari immediate à Romano Pontifice, & ita ab Ecclesia accipitur, vt latiùs infrà probabimus, ideò dixit magis ab Ecclesia, quàm à iure diuino prouenire, agnoscendo insimul ab vtroque ortũ habere, sed magis ab Ecclesia, quia immediatè. Quam solutionem latiùs explicat, & prosequitur Valentia dicto loco, vers. *Explicabo igitur*. Aliæ videri poterunt per Scribonium d.q. 8. per Aegidium dicto dubio 4. per Magalan. & Sottomaior. dictis locis.

Valent. Scribon. Ægid. Magal. Sottom.

14 Ad vltimum tandem argumentũ dicendum est, præsbyteros solùm Apostolis succedere, quatenùs sacerdotes fuerunt, cum potestate consecrandi Eucharistiam, vt dicemus disputation. sequenti. Et probat text. in cap. *Absit*. 11. q. 3. reliquas sanctorum authoritates soluunt ijdẽ Auctores, inter quas numeratur etiam text. in cap. *Quanquam*. 2. q. 7. vbi distinctio hæc, & prelatio videtur referri solùm ad vsum Ecclesiæ, ibi, *Iam Ecclesia vsus obtinuit, &c.* Sed facilè respondetur vsum hunc Ecclesiæ solùm opponi tempori, quod erat ante Ecclesiã fundatam, in quo præsbyteri, & Episcopi nomina solùm erant officij, & ætatis; nunc autem in Ecclesiæ vsu, sunt honoris, & dignitatis.

C. Absit. C. Quanquam.

15 Quoad secundam verò partem supradictæ assertionis, vtrùm scilicèt Episcopatus per se sit sacramentum Ordinis à sacerdotio distinctum, non est aliquid ab Ecclesia definitum, sed quæstio est inter Catholicos admodùm controuersa, vt iam suprà ostendimus. Quare in præsenti omissa hac longa disputatione, quæ videri poterit in 4. quæst. procemiali huius relectionis, de qua post D. Thomam 3. p. q. 41. art. 5. Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. Turrecremat. in summa 2. p. cap. 3. n. 14. Carraria 1. tomo q. 3. art. 9. vers. *Quæritur*, 2. à nu. 18. Capreolus in 4. dist. 25. q. 1. Esthius in 4. dist. 24. §. 28. Cou. var. c. 10. n. 15. & alij, de quibus suprà, qui omnes negatiuam partem tuentur asserentes Episcopatum non esse sacramentum distinctum à sacerdotio, sed potiùs idem, neque per Episcopalem dignitatem conferri nouum characterem, sed Episcopalem extendi ex fundamentis suprà citatis in d. 4. quæst. dicendum est Episcopatum esse per se sacramentum, à sacerdotio, & alijs distinctum, vt suprà diximus, & sic nostri communiter ex Felino in cap. *Sicut*. 3. de simonia, Medin. Nauar. Petr. Soto, Vasq. Ochogau. & multi, quos refert, & sequitur Valent. vbi proximè asserens ita esse de fide, latè Bellarmin. lib. 1. de Ordine, & meo quidem iudicio verior sententia est, & longo discursu videri potest in d. quæst. 4.

D. Tho. Soto. Turrecr. Carrar. Capreol. Esthius. Cou.

Felin. Medin. Nauar. Soto. Vasq. Ochogau. Valent. Bellarm.

§. II.

De ordinatione, & consecratione Episcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus est sacramentum ordinis, quod constat ex materia, & forma substantiali.*

2 *Impositio manuum trium Episcoporum est materia, qua Episcopus consecratur.*

3 *Verba illa. Accipe Spiritum Sanctum forma sunt huius sacramenti.*

B

4 *Catera solemnitates, qua in Pontificali Romano prascribuntur, substantiales non sunt, sed tantum quadam ceremonia ad maiorem reuerentiã.*

5 *Vnctio Chrismatis, qua ponitur in capite, & manibus Episcopi non est de essentia ordinationis, sed solùm pertinet ad ritum.*

6 *Cur Episcopus in capite, & manibus vngatur.*

7 *Traditio baculi, anuli, & libri Euangeliorum, non est de essentia ordinationis Episcopalis, & quid significet.*

8 *An concursus trium Episcoporum in tali ordinatione sit de eius substãtia?*

9 *Vtrùm à Pontifice, vel à quibus de eius licentia consecrari debeat?*

10 *In qua Ecclesia Episcopus sit consecrandus.*

11 *Episcopi à die consecrationis sua teuentur consecrationem accipere intra tres menses ab illa computandos.*

12 *Consecratio Episcopi die Dominica debet fieri.*

13 *Vtrùm Missa, qua dicitur in consecratione episcopali sit de substantia illius?*

14 *An Episcopus per consecrationem cõtrahat vinculum cum Ecclesia iure diuino indissolubile.*

A 15 *Opinio Caietani in hac quastione refertur.*

16 *Sententia Vasquij pro parte affirmatiua asseritur, & fundamenta eius annectuntur.*

17 *Pars negatiua probabilior videtur cũ Soario, & alijs.*

18 *Aliqua dubia soluuntur.*

19 *Ex vsu, seu traditione* Ecclesia *probatur hoc vinculum episcopale, iure tantùm canonico firmari.*

20 *Idem ex translatione* Episcoporum *confirmatur.*

21 *Ad Hostiens. fundamentum respondetur.*

22 *Fundamentum Caietani reijcitur.*

23 *Sanctiones prohibentes ne Episcopi suas Ecclesias deserant, explicantur.*

24 *Quomodò intelligatur coniugium spirituale inter Episcopum, & Ecclesiã.*

25 *Itellectus textus in cap. inter corporalia, & cap. Licet, de translatione Episcopi.*

26 *Vinculum Episcopi cum Ecclesia non prouenire ex voto, sed tantum ex pacto humano asseritur.*

1 CVm autem ex modo resolutis certum sit Episcopatũ per se Ordinem esse, & insuper sacramentum ordinis, quod quidem constat certa materia, & forma substantiali, & insuper quibusdam ceremonijs accidentalibus; vt notant Doctores de sacramento Ordinis agentes, & nos infrà in singulis ordinibus explicabimus. D Vlterius quæritur, quidnam in Episcopali ordinatione habeat vicem, materiæ, & formæ; & quæ insuper necessaria sint de substantia, aut solemnitate. Imprimis ergo ipsam ordinationem Episco-

Episcopi, & qualiter fieri debeat, ponuntur textus in cap. *Episcopus.* 23. dist. & in cap. 1. 75. dist. prosequitur Durand. in ration. diuin. lib. 2. cap. 11. ex n. 7. cum sequentibus, Henriq. lib. 10. cap. 34. §. 3. Vasquez in 3. p. tomo 3. disput. 240. Aegid. dicta disput. 20. dub. 7. Inter quæ imprimis materia, qua Episcopus consecratur, est impositio manuum trium Episcoporũ, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 4. per impositionẽ manus præsbyteri; forma verò sunt verba, quæ tunc illi tres simul proferunt, scilicet, *Accipe Spiritum Sanctum*, vt clarè videtur insinuare text. in d. cap. *Episcopus*, & expressè tenet Henriquez d. lib. 10. cap. 7. §. 3. Vasquez dicta disp. 240. n. 58. quemadmodum etiam in omnibus alijs ordinibus inferioribus, forma semper consistit in verbis, quibus potestas traditur, materia verò in re illa, in cuius traditione potestas confertur, & apertè omnino colligitur 1. ad Timothe. 4. vbi dicitur, Timotheo datam fuisse gratiam per prophetiam cum impositione manuũ præsbyteri, vbi licet aliqui putent Apostolum per illa verba (per prophetiam) significare diuinam reuelationem, qua iussus est Timotheum ordinare Episcopum, vt colligitur ex cap. 1. vers. 18. existimo tamẽ, eum significare ipsam formam sacramenti, qua significatur gratia, & potestas, quæ per ordinationem traditur, quia per hanc propriè coniunctam cum impositione manuum data est Timotheo gratia, videtur etiam expressa sententia Concilij Tridentini sess. 23. canon. 4. vbi definit non frustra ab Episcopo ordinante dici. *Accipe Spiritum Sanctum*, quia per ordinationem confertur gratia: clarè

C. Episcopus. Cap. 1. Durand. Henriq. Vasques. Ægidius

2

1. ad Timot. 4.

3

Cap. Episcopus. Henriq. Vasq.

1. ad Timoth. 4.

Conc. Trident.

A ostendẽs hanc conferri per dicta verba. Hæc enim verba non frustra dici, nihil est aliud quàm ea habere effectum, quem significant: sicut contra ea dici frustra, ea nõ efficere, id quod significant, sicut frustra tibi dicerem, accipe hunc librum, si non darem tibi librum, quem posses accipere. Neq; tamen dici potest, vt non frustra dicantur ipsa verba sufficere, vt ordinãdus per alias ceremonias, in quibus essentia sacramenti consistat, Spiritũ Sanctum accipiat, & illa verba solum

B ostendere Episcopum pronunciantẽ se firmiter credere ordinatũ per ordinationem, accepturum Spiritũ Sãctum, quia est apertè contra mentem Concilij, quod intendit docere, ideò ea verba non dici frustra, quia sunt efficacia instrumenta gratiæ, aliàs enim ex illis nullo modo probaret per ordinationem dari Spiritum Sanctũ: nam secundum illam explicationem, & eorum veritatem sufficeret, ordinatum tempore ordinationis suscipere gratiam siue per proprios actus ex

C opere operantis, siue per communionem, quam semper suscipit, ex opere operato, & sic nullam gratiam acciperet per ordinationem, quod est cõtra mentem ipsius Concilij. Deindè illa explicatio apertè repugnat proprietati verborum. Eodem enim modo dicit Episcopus: *Accipe Spiritum Sanctum*, in ordinatione Episcopi, Sacerdotis, & Diaconi; sicut in ordinatione sacerdotis dicit, *Accipe potestatẽ offerendi sacrificium, &c.* Atqui mani-

D festus error est contra veritatem huius formæ negare per eam, tanquam per causam partialem cõferri dictam potestatem: ergo similiter nemo potest negare per ista alia verba cõferri Spiri-

Spiritum Sanctum: vnde apertè cõsequitur eã esse partem sacramenti. A

4 Cæteræ autem solemnitates, quæ in Põtificali Romano præscribuntur ad huiusmodi ordinationem faciẽdam, non debent censeri substantiales, ita vt sine illis ordinatio non valeat, sed tantùm quædam cæremoniæ ad maiorem reuerentiam, & significationẽ huius ordinationis ab Ecclesia institutæ. Cum enim ex modò dictis ordinatio hæc sit sacramentum per se solum pro sua substantia, debet habere materiam, formam, & ministrum, quemadmodum in reliquis sacramẽtis obseruatur.

5 Vnde primò infertur vnctionem Chrismatis, quæ ponitur in capit. *Et manibus Episcopi*, iuxta textum in cap. 1. de sacra vnctione, non esse de essẽtia huiusmodi ordinationis, ita vt sine illa non valeat, sed solùm pertinere ad ritum, & solemnitatem, nam per huiusmodi vnctionem non traditur aliqua episcopalis potestas, sed tantùm tradita significatur, & tantummodò fit ob rationes, de quibus text. in d. cap. 1. in principio; vnde non pertinet ad formam, aut materiam ordinationis, & proindè de substantia esse non potest. Accedit, quia illius omissio non vitiat ordinationem, imò ea valida permanente suppleri iubetur d. cap. 1. ibi, *Mandamus in ipso suppleri, &c.* aduertit Cardinal. S. X. 1. in dict. cap. *Episcopus*, & tenet expressè Henriq. d. §. 3. & lib. 1. de sacramẽtis in genere, cap. 11. §. 9. Quicquid Durand. vbi suprà contradicat.

(*Margin: C. Et manibus. Cap. 1. — Cap. 1. Cardinal. Cap. Episcopus. Henriq. Durand.*)

6 Quarè autem Episcopus in capite, & manibus vngatur explicat optimè text. in d. cap. 1. Durand. in rational. lib. 1. cap. 8. n. 15. August. Barb. de Episcop. tit. 1. cap. 5. n. 12. In capite, vt authoritas, & dignitas eius declaretur; cum scilicèt esset caput, & Principem Ecclesiæ. In manibus vngitur, primum propter officium, & ministeriũ eius, vt se sciat dignitatem, non propter otium, sed propter negotium, suscipere. Denique vnguntur manus eius, vt operentur bonum, vt panem otiosus non comedat, vt distillent mirrhã. Tandem vt manus suas mittat ad fortia; quæ omnia vide apud citatos Auctores.

(*Margin: Cap. 1. Durand. Barb.*)

B Consequitur secundò, traditionẽ baculi, anuli, & libri Euangeliorum 7

sub verbis, quæ habentur in Pontificali, non esse quoque de essentia huiusmodi ordinationis Episcopalis. Constat siquidem per illas solemnitates significari solummodò traditionem quandam, quæ fit Ecclesiæ, & alias similes conuenientias, quæ non reducuntur ad materiam, aut formã huius sacramenti, atque ita de essentia esse non possunt, & ita in lib. Euãgelior. tenet expressè Glossa in fine C In d. cap. *Episcopus*, quam sequuntur aliqui Doctores, licèt Turrecremat. d. loco n. 7. post Hostiensem in cap. 1. de sacra vnctione contrarium tenuerit, cuius fundamentũ, videlicèt quod non sit expressum, hoc non esse de substantia, ac subindè necessario esse debere in proposito nihil concludit. Sumus enim in materia, in qua è cõuerso debet fieri argumentum, nempè hoc non pertinet ad materiam, formam, aut ministrum huius sacramenti: ergo non est de substantia. D Traditur in manu noui Antistitis cõsecratum baculum authoritatis scilicèt, & disciplinæ insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ, Bernard. lib.

(*Margin: Glossa. Turrecr. Hostiens. Bernard.*)

Durand. lib.3.de considerat. Durand.in rationali lib.3. cap.15. n.4. & 5.

8 Tertiò consequitur quid dicendũ in concursu trium Episcoporum in prædicta ordinatione, de quo in cap. C.Porrò. *Porrò.66.*distinct. nam illum quidam Doctores aiunt etiam esse de substãtia ordinationis, ita vt aliter non valeat, vt sunt ferè omnes Doctores Glossa. nostri, cum Glossa verbo *sine tribus*.in cap.*Nec Episcopi*, de tempor.ordinat. per textum in d.cap.*Porrò*, vbi videtur tradi forma, ibi, *Successoribus formam dans, &c.* Et insuper ex illo Diui 1.Tim.4 Pauli 1.Timoth.4. ibi, *Per impositionẽ manus præsbyteri*, id est cœtus Episcoporum, vt interpretantur Doctores, quasi hoc proueniat ex præcepto Christi. Cæterùm securè tenendum est, quod quamuis à tempore Apostolorum in præcepto Ecclesiæ positum sit, vt Episcopus per tres simul Episcopos consecretur, vt statuitur in Ca Canon.1. Apost. none 1. Apostolorum; ibi, *Episcopus ordinetur à duobus, vel tribus Episcopis*, Conc. Nican. id est à duobus assistentibus Metropolitano. Et habetur in Concilio Nicæno. 1. cap. 4. & Carthagenensi 4. Carthag. cap. 2. & alibi, expressèque colligitur ex illo loco Pauli, & ex facto Apostolorum, qui Iacobum Episcopum Hierosolymis consecrarunt, per Petrum, Iacobum, & Ioannem Apostolos; nihilominùs tamen hoc non prouenire ex præcepto Christi, neque esse de substãtia, sed tanùm pertinere ad solemnitatem quandam necessariam, quod non proueniat ex præcepto Christi. Patet, quia sæpè Pontifex ex Greg. 1. Papa. causa in hoc dispensat, vt Gregorius 1.in Anglia dispensauit, & Greg. 13. Greg. 13. cum Patriarcha Aethiopiæ, vt refert Henriq. Henriquez d. cap. 24. litera B. item quod non sit de substantia ex multis A probatur, quæ latè congerit Turrecremat.in d.cap.*Porrò*, ex n.3. & præcipuè ex eo, quia omnes illi non sint Turrecr. consecratores, sed vnus tantùm, consecrationem perficit; cæteri verò solùm verba proferunt: ergo apparet, quod ille tantum erit de substantia: nam vnius sacramenti vnus solus debet esse minister, aliàs sacramento iniuria fieret; atque ita vltra Turrecremat. tenet etiam Paludan. & videtur Palud. inclinare Henriquez dictis locis, & Henriq. B multi alij referunt. Durãd.lib.3.cap. Durand. 11.nu.7.& 9. Gutier. in speculo Iuris Gutier. Pontificij, cap.1. col.8. vers. *Quòd authoritatibus*. Neque obstãt fundamenta suprà adducta. Primum enim ex d. C.Porrò cap. *Porrò*, ibi, *formam*, nihil euincit, quia forma ibi nõ accipitur pro substantia rei, sed tantùm pro ritu, seu cæremonia, quam Apostoli successoribus relinquere volebant; neq; semper forma censetur substantialis, sed illa tantum, quæ vel ex materia subiecta, vel ex mente constituentis ta-C lis apparet ex sententia Glossæ vltimæ in cap.*Cum desideres*, de sententia Glossa. excommun. Locus verò D.Pauli non concludit, hoc esse de iure diuino, sed tantum Apostolus loquitur secũdum modum, qui iam suo tempore in consecratione Episcoporum interueniebat, nempè trium Episcoporũ; iura verò quę aliquando asserunt aliter factam ordinationẽ irritam esse, C.Archiepiscopus. vt in cap.*Archiepiscopus*, eadem dist.& alibi, intelligi debent, non quantum D ad veritatem sacramenti, sed quoad executionem officij Pontificalis, vt Glossa. optimè declarat Glossa in dicto cap. Durand. *Archiepiscopus*; quicquid Durand. di-Ant. Augustin. cto loco, & Anton. Augustin.in Epithome

thome iuris Pontificij veteris libr. 4. titul. 17. Trium igitur Episcoporum præsentia ad consecrandum Episcopum requiritur ratione, & exemplo. Ratione ne tantùm beneficiũ videatur furtiuè præstitum, vt pro illo pariter preces ad Deum effundant. Et exemplo, quia & Iacobus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioãne Apostolis ordinatus fuit.

Vltra prædicta verò, & alias cæremonias, quæ præscribuntur in Pontificali, requiritur etiam, quod Episcopus, si fuerit exemptus consecretur à Papa, vel ab alio de mandato eius, si verò exemptus non fuerit debet cõsecrari ab Archiepiscopo Prouinciæ, cum duobus Episcopis comprouintialibus, vel à tribus comprouincialibus Episcopis ex iussu Archiepiscopi, ita tamen, quod in vtroque casu omnes Episcopi Prouinciales, per Epistolam saltem consentiant, vt expresè statuit cap. *Nec Episcopus*, c. *Si Archiepiscopus*, in 2. p. de temporibus ordinat. cap. 1. cum omnibus sequentib. 64. & 65. dist. adeò, vt dicat Innocent. in d. cap. *Nec Episcopi*, quod si aliquis ex Episcopis contemptus fuerit, potest agi, vt ordinatus officij executione priuetur, vel si Metropolitanus non consentiat, iuxta textum in cap. vltimo 64. distinct. cap. *Archiepiscopus*, in fine 66. dist. Hodie verò, quia Rex est Patronus, qui præsentat, data Pontificis confirmatione, non requiritur insuper consensus Episcoporum, vt praxis obtinet, & in Archiepiscopo notat Henriquez d. libr. 10. cap. 24. in princip. litera, E. Episcopus item consecrandus est in Ecclesia, vbi Metropolitanus elegerit, quemadmodum ipse Metropolitanus

Ca. Nec Episcop. C. Si Archiepiscopus. Cap. 1. Innocent. Cap. vlt. C. Archiepiscop. Henriq.

in propria Ecclesia ordinandus est. 10
A cap. vltimo in fine. 51. dist. nisi aliud necessitas, vel cõsuetudo habeat, aliter verò ordinatus, seu consecratus tenetur infra trium mensium spatiũ se Metropolitani conspectui præsentare, vt in cap. *Cum longe*. 63. dist. & in cap. *Siquis*. 65. distinct. Tenentur denique Episcopi à die confirmationis suæ consecrationẽ accipere intra tres 11
menses ab illa computandos, nisi aliud necessitas exigat, cap. *Quoniã*. 65. dist. Trident. sess. 23. cap. 2. quod si
B neglexerit fructibus priuatur, & si posteà intra alios tres menses, consecrationem non petierit, ipso iure Ecclesiam, & dignitatem amittit, vt hæc omnia tradunt eleganter, Trident. vbi suprà, Syluester verbo *Consecratio*. 1. §. 1. cum sequentib. Henriq. d. lib. 10. c. 23. §. 5. & cap. 34. §. 2. Nauar. in Man. cap. 25. n. 118. vers. 8. Gonsal. ad regulam 8. Cancellariæ Gloss. 24. n. 141. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. cap. 24. nu. 58. P. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 34. n.
C 103. Guerrer. in speculo iuris Pontif. cap. 10. pag. 31. Barb. de Episcop. tit. 1. cap. 5. Addo consecrationem etiam 12
faciendam die Dominica. cap. *Ordinationes*, cap. *Quod die Dominico*. 75. dist. Et insuper cum Missa in qua inter Epistolam, & Euangelium consecratur Episcopus, cap. *Quod sicut*. §. 1. de electione; ideoquè tunc non potest ordines conferre, quia consecratus concelebrat pariter celebrãti; solus vero Papa in die consecrationis
D suæ, ordines conferre potest, quia ante hymnum Angelicum consecratur, & ipse Missarum solemnia incipit, & perficit, vt inquit text. in d. §. 1. notat Durand. in ration. lib. 2. d. c. 11. n. 12.

Cap. vlt. Ca. Cum longe. C. Siquis. Ca. Quoniam. Conc. Trident. Syluest. Henriq. Nauar. Gonsal. Reginal. P. Less. Guerrer. Barb. C. Ordinationes. Ca. Quod die. Ca. Quod sicut.

Vtrùm

Vtrùm verò Missa hæc sit de substantia consecrationis Episcopalis, disputat Glossa 1. in d. §. 1. & tandē resoluit non esse de essentia, sed solum ad solemnitatem, & reuerentiam fuisse institutam, sequitur Turrecrem. in d. c. *Ordinationes*, n. 10. Henriq. d. c. 34. §. 3. De vestibus autem, aut ornamentis dignitatis Episcopalis vltra alios videri potest Sot. in 4. dist. 2. q. 2. ar. 4. vers. *Huiusmodi*, Henriq. & alij eo citati in d. c. 34. §. 5. Guerrer. & Barbos. dictis locis. Hæc quoad primum punctum, nempè de Episcoporum ordinatione, & consecratione.

Glossa. *Turrecr.* *Henriq.* *Soto.* *Henriq.* *Guerrer.* *Barbos.*

14 Sed quæri potest in præsenti, vtrū per hanc consecrationem Episcopus contrahat vinculum cum Ecclesia, ad quā ordinatus est, iure diuino indissolubili, vel non? in qua quæst. imprimis Hostiens. in summa lib. 1. de translat. Episcopi, §. *Cuius autē*, n. 5. in fin. constituit differentiā inter vinculū, quo ligatur Episcopus Ecclesiæ generali, & vinculū, quo ligatur Ecclesię cathedrali: nam primū, inquit, ordinationi diuinæ, & sacro eloquio, quos Deus cōiunxit, homo non separet, omnino inniti; posterius verò constitutione Canonica firmari, vt patet ex c. 1. dist. 12. ideòq; per Papam dissolui posse, & ita explicat, & intelligit cap. *Inter corporalia*, de translatione Episcopi. ibi. *Dubitari non debet, quin omnipotēs Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio reseruauerit, dissoluendum, &c.* Hæc tamē distinctio inter vtrūq; vinculū, nō satis ab Host. explicatur; quare sciendū est in Episcopo, vel posse cōsiderari vinculū, seu vnionē cū Ecclesia, quoad vsum sui muneris, ex officio, & obligatione, ita vt, quod ex vi consecrationis oriatur obligatio seruiendi Ecclesię vniuersali, in aliqua eius diocesi indeterminatè; vel vnionem, seu vinculum cum Ecclesia ad cuius titulum Episcopus ordinatus est; ita vt teneatur determinatè alicui propriæ Ecclesiæ inseruire; quo supposito opinio Hostiens. in primo casu procedit.

Hostiens. *C. 1. dist. 12.* *C. Inter.*

15 Secūda verò opinio fuit Caietani 2. 2. q. 184. ar. 6. qui asserit, Episcopos iure diuino, & naturali obligari ad perpetuò permanendum in suo munere. Et fundamentum est, quia Episcopus eodem iure diuino, & naturali ex vi suæ institutionis est causa principalis effectuum, seu actionum ad munus suum pertinentium; sed causa principalis ex natura sua tenetur assistere suo effectui: ergo & Episcopus ex iure naturæ tenetur ad opera sui muneris, ac subindè ad opera perfectionis exercenda, qualia sunt ea, per quę salus animarum procuratur. Quæ tamē opinio videtur assentiri sententiæ Hostiensis suprà positę; dum asserit Episcopos teneri ex officio ad perpetuò seruiendum Ecclesiæ indeterminatę, id est, per vinculū cum Ecclesia generali in munere suscepto iure diuino.

Hostiens. *Caietan.*

16 Vasquez tamen in 3. p. tom. 3. disput. 241. cap. 1. & 3. & 5. reiecta Host. distinctione, asserit vinculum, quo Episcopus ligatur suæ Ecclesiæ iure diuino, & naturali indissolubile esse. Et fundamentum deducit ex varijs Pontificum sanctionibus agnoscentibus hoc matrimonium spirituale inter Episcopum, & suam Ecclesiam, vt sunt Euaristus in epist. 2. Calixtusq; Pontifex in epistol. 2. quæ est ad omnes Galliarum Episcopos, cap. 3. refertur cap. *Sicut.* 7. q. 1. Innoc. 3. in c. *Inter corporalia*, de trāslat. Episcopi, in illis

Vasq. *C. Sicut. 7. q. 1.* *Ca. Inter corporal. de trāsl. Episcopi.*

illis verbis, *Cum ergo fortius sit spirituale vinculũ quam carnale, dubitari, non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, &c.* Idem in cap. *Licet*, eodem tit. vocat spirituale fœdus cõiugij, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam. Deindè faciunt alia decreta, quæ absolutè prohibent, ne Episcopus Ecclesiã, quam semel acceptauit, deserat etiam propter quietem religionis. Primum quidem est Conc. Carthagin. 4. c. 27. habetur c. *Episcopus*. 7. q. 1. idẽ definitur in Cõcil. Sardicensi can. 1. Tandẽ extant preclaræ Pontificũ sanctiones de hac re, Euaristus Papa in d. c. *Sicut vir*. 7. q. 1. Anterus Papa in epist. ad Episcopos Beticæ, & Toletanæ Prouinciæ, quæ in 1. tomo Conciliorũ est, & refertur cap. *Mutationes*, eadẽ causa 7. q. 1. Cõcilium Antiochenum c. 21. habetur c. *Episcopum*, eadẽ causa, & quæst. quibus in locis constat, translationem Episcopi semper vetitam, & reprobatã fuisse; & idem absolutè prohibetur in Concilio Carthaginensi. 3. c. 38. Vnde videtur probari, quod primũ vinculũ iure diuino indissolubile est, aliàs enĩ ad exemplum omnium cõtractuum, iuxta text. in l. *Non solùm*, ff. de pact. posit Episcopus sua voluntate illud dissoluere cũ priori Ecclesia, illa consentiẽte. Et etiã ratione incõmodorũ, quę frequẽter consequũtur ex his translationibus, idẽ intendit probare Vasq. d. cap. 3. & Soto lib. 3. de iust. & iur. q. 6. ar. 2. vbi post nonã conclusio. §. *Verum*, inquit, quod ex hac cõsuetudine mutãdi Episcopũ in aliã ciuitatẽ, via ambitionis aperitur, q̃d agnosco, sed hinc magis cõtra Episcopos, quã

C. *Licet. de transl. Episcop.* — Conc. Carthag. — Conc. Sardic. — Euaristus Papa. — Anterus Papa. — C. *Mutationes*. 7. q. 1. — Conc. Antioch. — C. *Episcopum*. 7. — L. *Non solum*. ff. de pactis. — *Vasq.* — *Sot.*

pro sua sentẽtia deducitur probatio.

A Tertia verò sentẽtia, quæ mihi verior, & probabilior videtur, indistinctè, inquit, vinculum, quo Episcopus ligatur Ecclesiæ iure tantũ humano, seu pontificio firmari, ita nostri iuris professores in cap. *Inter corporalia*, & in cap. *Licet*, de translat. Episcopi, vbi Cardin. n. 1. & 3. Immol. n. 2. Abb. n. 3. & 4. Ex TT. Maior in 4. dist. 38. q. 7. ar. 2. Petr. Ledesm. de Matrim. q. 53. art. 3. post conclus. 3. vers. *Sed, vt hac*, Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 28. n. 13.
B Soar. de Relig. tom. 3. lib. 1. c. 16. per totũ, qui plures refert cũ D. Thom. in cõfirmationẽ huius sententiæ. Et probatur primò; nam si hoc vinculũ esset iure diuino indissolubile, vel esset iure diuino positiuo, vel naturali; de primo nõ extat locus, de secũdo etiã patet, quia ex sola ratione naturali fũdamentũ talis iuris diuini minimè ostẽdi potest, vt statim dicemus; ex traditione Ecclesiæ contrariũ constat: ergo tantum iure Canonico, vinculum Episcopi cũ Ecclesia firmatur. Quod
C attinet ad solam rationem naturalem conuincitur; quia ex natura rei nullus obligatur ad permanendum toto suæ vitæ tempore in ministerio, vel munere, quod semel voluntariè suscepit: ergo nec Episcopus; antecedens per se patet, & inductione facilè ostendi potest; & consequentia probatur, quia Episcopatus est quoddam munus, seu ministerium ecclesiasticum, vt iam suprà ostensum est in 1. §. huius disputationis, & in eo non potest
D peculiare discrimen assignari; & ratione declaratur, quia cum à principio acceptatio fuerit voluntaria, etiã perseuerantia in illa erit voluntaria, nisi ratione alicuius promissionis oblige-

17 — C. *Inter.* — C. *Licet.* — *Card.* — *Immol.* — *Abb.* — *Maior.* — *Ledesm.* — *Sanch.* — *Soar.* — *S. Thom.*

obligetur ad perseuerandum in illo: tunc sanè obligatio non nascitur ex iure naturali immediatè, sed mediàte humana promissione, aut pacto; talis autem promissio, vel pactum inducens huiusmodi obligationem non magis est annexum muneri Episcopali de iure diuino naturali, quā alijs muneribus, aut dignitatibus humanis siue temporalibus, vt Consulis, Prætoris, vel etiam Regis: siue spiritualibus, vt in alijs prælatis Ecclesiæ videre licet.

18 Obijcies tamē, quod supposita institutione Episcopatus, prout à Christo facta est, naturaliter sequitur ius illud. Respondeo, ex vi rationis non posse constare, quod talis fuit institutio; nam imprimis hæc institutio fuit Christo libera, deinde sicut instituēdo ordinē sacerdotalē nō instituit, vt nemo ordinaretur sacerdos, nisi cum pacto, & promissione suscipiēdi animarū curā, siue in cōmuni, siue in particulari, in tali, vel tali parochia, ita instituendo consecrationē, seu gradū episcopalē, potuit nō instituere, vt nemo cōsecraretur Episcopus, nisi sub pacto, vel promissione regēdi aliquē Episcopatū, siue cōfusè, siue determinatè; & consequēter potuit etiā exui institutionis, nō obligari ad suscipiēdū episcopatū cū illa obligatione, & onere, & nō alio modo. Vnde ex vi rationis nō potest ostendi talis institutio.

19 Vltimò tandē probatur hęc sententia ex traditione, seu cōsuetudine Ecclesiæ; nam renunciatio Episcopatus simpliciter facta, & sine vlla trāslatione, non est contra ius diuinum: ergo vinculum cū vniuersali Ecclesia, iure diuino nō est indissolubile: cōsequētia patet, quia qui renūciat simpliciter Episcopatui, nulli Ecclesię posteà addictus manet, nec tenetur alicui inseruire ex officio: ergo si renūciatio illa nō est cōtra ius diuinū, nec obligatio illi cōtraria erit de iure diuino: antecedēs probatur primò ex c. *Nisi cū pridem*, de Renunc. ibi, *Cedendi licentiam authoritate Apostolica tibi scias, penitùs interdictā*, vbi satis clarè docet Innocētius nō diuina, sed Apostolica auctoritate liberā cessationē solū interdictā esse. Quod magis cōfirmat idē Pōtifex in c. *Quidā*, eod. tit. vbi statuit eum, qui hanc licentiā petijt, & obtinuit cogendū esse renunciare. Et ex cōsuetudine Ecclesiæ hoc satis videtur notū, quia similes renunciationes facilè cōcedi consueuerūt, vel ex leuibus, & ordinarijs causis, vel interdū ex speciali fauore, beneuolentia, aut remuneratione; & nemo circa valorē illarū scrupulū iniecit. Quæ rationes sufficiūt quidē ad dispensandū in humano iure, nō autē in diuino. Et confirmatur, quia nō est cōtra diuinū ius, vt Episcopus in principio cōsecretur, sine titulo, aut prouisione alicui᷒ propriæ Ecclesiæ, seu Episcopatus: ergo non est contra ius diuinū, vt postquā consecratus est, & alicui Ecclesiæ dicatus, per renunciationē maneat cōsecratus, ab omni cura alicuius Ecclesiæ liber, consequentia clara est à paritate rationis, & antecedens constat, quia nulla talis prohibitio inuenitur iure diuino lata, imò factum esse probabilissimum est, & sic multi credunt Petrum ordinasse Linum, & Cletum in Episcopos coadiutores suos, sine titulo specialis Episcopatus, vt de Chorepiscopis, de quibus statim dicemus, etiam multi affirmant.

Cap. Nisi cum pridē de renūc.

C. Quidā. de renūc.

Potest etiam confirmari hæc sen- 20

tentia ex translatione Episcoporum; nam hæc fieri non potest, nisi dissoluatur vinculum cum priori Ecclesia; alioquin nō fieret translatio, sed multiplicatio Episcopatuum in eadē persona: planè hæc translatio non est diuino iure prohibita: ergo nec dispensatio Episcopi cum sua prima Ecclesia, fuit iure diuino indissolubilis: nam omnia decreta antiqua, quæ translationem prohibent, nunquam indicāt esse prohibitionem diuinam, sed Ecclesiasticam valdè antiquam; deindè nunquam fundant illam prohibitionem in prioris vinculi indissolubilitate, sed in incommodis, quæ ex illa sequuntur. Tandem quia eadem decreta non absolutè prohibent trāslationem, sed ne fiant propria auctoritate, ac voluntate, sed vel *necessitate, vel auctoritate maiorum*, vt dixit Pelag. 2. d. epist. vel *nō sine causa*, vt dixit Gelasi', & hoc maximè suadet vsus Ecclesiæ, quem nunc etiam vigere conspicimus; magna enim facilitate, & frequētia huiusmodi translationes fiūt. *Pelag.* *Gelas.*

Ex quo optimè deducitur sentire Pōtifices hoc totum esse Ecclesiasticū, non diuinum, alioquì sequeretur huiusmodi omnes prouisiones Episcopatuum per tales translationes esse non solùm iniquas, sed etiā inualidas, quod dicere, instar sacrilegij est.

21 *Hostiens.* Ad Host. distinctionem iam patet responsio, quia iam ostensum est, nec ex iure diuino positiuo, nec ex sola ratione naturali ostendi posse talem indissolubilitatem cum Ecclesia, siue particulari, ad cuius titulum Episcopus ordinatur, siue vniuersali, quoad vsum sui muneris ex officio, & obligatione; deindè ex consuetudine Ecclesiæ idem ostendimus: nam renunciatio Episcopatus simpliciter fa-A ctā, & sine vlla translatione non est contra ius diuinum, & tamen, qui renunciat simpliciter Episcopatui, nulli Ecclesiæ posteà addictus est. Tandem conuincitur hæc opinio, quia hoc vinculum cum Ecclesia generali, minimè contrahi potest, nisi per vinculum cum Ecclesia particulari, vel in actu, vel in potentia, vt ordinantur Titulares: ergo hæc distinctio Host. impertinēs est in præsenti.

22 Ad fundamentum Caietani res-B pondeo, imprimis negari posse antecedens, dum supponit Episcopum esse causam effectuum, seu functionum sui muneris: nam si agamus de potestate ordinis Episcopi, vt instrumenta Christi operantur, si de potestate iurisdictionis, vt Christi Vicarij se habent: deindè concesso antecedenti in bono sensu, non rectè infertur, teneri Episcopum ex iure diuino naturali ad permanendum in illo munere, ratione vinculi cum Ecclesia, vel vniuersali, vel particulari, quia E-C piscop' nō ita se habet à natura, sicut causa naturalis habet suam virtutem agēdi, sed medio voluntario consensu, agendi potestatē quam habet, accipit, & ideò ex natura rei potiùs videtur per eandē voluntatē se priuare tali potestate, & cōsequenter obligationem asistēdi talibus fūctionibus, deponere; quod exemplo Regis confirmat Soares d.c.16.n.16.in fin. nam *Soar.* ille est causa moralis principalis in suo regimine, cui tenetur asistere, D quandiù est Rex: non tamen tenetur iure naturali semper esse Rex, sed potest Regno cedere, & illa obligatione priuari; & alio exemplo idem principium Caietan. confutat Soar. n.17.

Deue-

23 Deueniendo igitur ad fundamenta sententiæ Vasquij, primo dicendũ est tale vinculum ex vi institutionis Episcopatus, vt à Christo facta, non esse indissolubile; & ad primum desumptum ex decretis antiquis prohibentibus ne Episcopi suas Ecclesias deserant; iam respondimus, nunquam fuisse illam prohibitionem absolutam, sed cum illo addito, *sine debito ordine*, vel *sine sedis Apostolicæ licentia*; & prohibitio in eo fundatur, quia in assumptione muneris Episcopalis datur pactum quoddam inter Episcopum, & suam Ecclesiam, seu inter electum, & eligentes, vt significauit Innocent. 3. in d. cap. *Inter corporalia*, §. *Sicut enim*, ibi, *Inter personas eligentium, & electi:* quocirca ex vi talis pacti tenebitur Episcopus non recedere à munere suscepto, saltem sine cõsensu alterius partis, nimirum Ecclesiæ suæ, seu eligentium, l. *Non solùm*, ff. de Pact.

Vasq.

Innoc. 3.

L. Non solum.

24 Ad antiqua vero decreta, in quibus hæc vnio Episcopi, cum sua Ecclesia coniugium spirituale vocatur, vt est text. in d. cap. *Inter corporalia*, & in cap. *Licet*, de translat. Episcopi. respondetur, hoc esse per quandam similitudinem ad matrimoniũ carnale: nam comparatio illa cum matrimonio, non est per conuenientiam vniuocam, sed per quandam proportionalitatem; & ideo necessarium nõ est, vt in omnibus proprietatibus æqualitatem, aut similitudinẽ teneant: nam imprimis matrimonium carnale consummatur per vsum contrahentium, per quem, vinculum ipsum fit indissolubilius, vt ex propria materia suppono. At vero spirituale coniugum, quanuis consummari consecratione dicatur in d. cap. *Licet*. nihilominùs nihil ei per consecrationẽ additur, vtrique quoad firmitatẽ vinculi, vt ex d. cap. *Inter corporalia*, habetur. Tandem in matrimonio carnali fieri non potest per dispensationem Papæ, vt vnus duas vxores simul habeat: in coniugio autem spirituali fieri potest, vt vnus Episcopus duas Ecclesias sponsas habeat, & sæpè fit: ergo quanuis vinculum Episcopi cum sua Ecclesia vocetur coniugium spirituale, non est propterea necessariũ, vt habeat similitudinem in naturali vinculi indissolubilitate.

Ca. Inter corporal.

C. Licet.

C. Licet.

C. Inter.

25 His prehabitis ad verba Innocentij dicentis in d. cap. *Inter corporalia*, de trãslatione Episcopi, *Deum sibi reseruasse huius vinculi Episcopalis dissolutionem*, facilè respondetur: nam hæc verba explicanda sunt per illa, quę inferiùs subdit: *Non enim humana, sed potiùs diuina potestate, cõiugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessationem authoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium Iesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur*: ergo eo modo, quo dissoluitur illud vinculũ auctoritate diuina, eodem modo vinculum factum est indissolubile auctoritate diuina, id est, auctoritate diuinitùs data Vicario suo: nam sicut Deus soluit per suum Vicarium, ita per eundem reseruauit; In quo sensu explicant Doctores hæc verba in d. cap. *Inter corporalia*, *Illa tria sunt reseruata Romano Pontifici, non tam Constitutione Canonica, quã auctoritate diuina*; quia ipsa constitutio Canonica in auctoritate diuina fundata est, & ita non obstant prædicti textus in dicto cap. *Inter corporalia*, & d. c. *Licet*, imò hoc confirmat,

Innocent.

C. Inter.

Cap. Licet. quia cap. *Licet.* expresse addit modũ, quo spirituale coniugium indissolubile fit; scilicet *sine authoritate Vicarij Christi*, quia contractum est pr modum cuiusdam fœderis sub tali onere, & conditione. Et ideo in cap. *Nisi cum pridem*, fundamẽtum huius obligationis dicitur esse *fides data in contractione talis vinculi*: non est ergo immediatè de iure diuino, sed mediante data fide cum onere, & obligatione, seu conditione, authoritate Pontificum præscripta. *Cap. Nisi*

28 Alia vero opinio dicens hanc immobilitatem Episcopatus cum obligatione non deserendi illum sua spõte, oriri ex peculiari voto, quo Episcopus se obligat ad perpetuam pastoralem curam talis Ecclesiæ, quæ fuit sententia D. Thomæ 2.2. q. 184. art. 4. & 5. & clariùs q. 185. art. 4. Carthusianus opuscul. de Regimin. Episcop. art. 3. Sot. lib. 10. de iustitia, q. 2. art. 4. Vualdens. tom. 3. doctrinalis fidei lib. 3. tit. 2. cap. 17. omninò reijcienda est. Primò, quia tale votum non fit ab Episcopo electo, & confirmato acceptante, & suscipiente pastoralem curam, quia vel illud votum est de prestandis, ac exequendis actionibus sui muneris, vel de perseuerando in illo munere; primum non est dicendum, quia si illud votum cadit in solas actiones, ad quas Episcopus tenetur ex præcepto charitatis, vel iustitiæ, ratione officij, iam non est verisimile imponi tale votum ex obligatione, cum prior obligatio sufficiat; si illud votum esse creditur de aliquibus operibus supererogationis, quæ aliàs non sunt in præcepto, tale votũ esset nimis onerosum, & propria spõte raro; nec credo posse Episcopum *D. Tho. Carthus. Sot. Vuald.*

A per Ecclesiam cogi ad illud emittendum; & constat, quia si Episcopus in sua institutione, aliqua in particulari promittit, vel iurat, illa non sunt vota specialia Deo facta, sed vel humanæ promissiones, vel iuramenta, quibus priores obligationes magis confirmantur, vt videre licet in cap. *Ego N.* de iure iurando, & in forma iuramẽti, quæ in Pontificali Romano habetur. Secundum de voto perseuerandi in munere, probatur primò ex d. cap. *Cap. Ego N. de iur. iur.*

B *Nisi cum pridem* in fine, vbi dicitur Episcopum esse ligatum nexibus præceptorum, ne volare possit ad religionem sine licentia Papæ. Secundò ex eodem cap. §. *Verum si*, vbi illa obligatio perseuerandi, in fide data fundari dicitur, fides autem data fuit non per votum proprium Deo factum, & speciale, sed per pactum ipsum inclusum in acceptatione talis muneris, cũ tali onere, & obligatione lege Ecclesiastica præscripta. Tertiò, quia hæc obligatio sufficit, & ideò vltra illam *§. Verum si.*

C non est cur cogatur Episcopus ad superaddendam voti obligationem, vt suprà diximus. Quartò, quia quando cum aliquo dispensatur, vt renunciet, vel transeat ad alium Episcopatũ non censetur fieri dispensatio in aliquo voto, alioquin talis dispensatio sine sufficiẽte causa facta esset nulla, quod est incredibile, vt iam ostensum est. Quare sciendum est ad immutabilitatem status Episcopi sufficere moralem obligationem permanendi in illo munere, ortam ex pacto inito cum

D Ecclesia, incluso in ipsa acceptatione Episcopatus cum conditionibus prescriptis, vel ex mutuo consensu contrahentium, vel ex iure Pontificio. Imò cum Soario d. loco existimo ad *Soar.* ratio-

rationem status sufficere pactum de se perpetuum, à quo recedere quis non possit sine consensu alterius cōtrahentis, iuxta text. in d. l. *Non solum*, ff. de pactis.

L. Non solum.

§. III.

De iurisdictione, & potestate Episcoporum, ratione ordinis.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus per consecrationem Episcopalem recipit à Christo immediatè nouam ordinis potestatem, qua iure diuino superior est sacerdote.*
2. *Ministeria, qua ratione ordinis Episcopalis solummodò Episcopo reseruātur, alia sunt sacramenta, alia verò sacramentalia.*
3. *Huiusmodi ministeria nō ab ipso Christo fuerunt distincta, sed hac determinationi* Ecclesia *reliquit.*
4. *Qua ministeria sint Episcopo reseruata.*
5. *Sacramenti Confirmationis Episcopus ordinarius minister est.*
6. *Innocent. fundamentum pro negatiua reijcitur.*
7. *Consecratio Chrismatis, qua hoc sacramentum confertur, ad solos Episcopos pertinet.*
8. *Sacramentum Ordinis soli Episcopi ex officio conferre possunt.*
9. *Vtrùm Episcopi haretici, schismatici, & pracisi sacramentum ordinis validè conferant.*
10. *Explicantur iura in contrarium adducta.*
11. *Quid dicendum de Episcopis, qui ab hareticis Episcopalem consecrationē receperunt, & affirmatiuè resoluitur.*
12. *Ad iura, & fundamenta partis negatiua respondetur.*
13. *Ordinati ab hareticis, nullo modo eiusdem ordinis, legitimum vsum, seu exercitium recipiunt.*
14. *Ignorantia in hoc casu non excusat, & ita intelligitur caput ordinationes cum alijs. 9. q. 1.*
15. *Alia verò qua Episcopis competunt in ordine ad collationem huius sacramenti, vt v. g. concedere reuerēdas, examinare ordinatos, & similia remissiuè.*
16. *Solus Episcopus iure ordinario consecrare potest triplex illud oleum quo sacramentales fiunt vnctiones.*
17. *Vtrùm Pontifex possit Episcopum hareticū impedire ne huiusmodi Chrisma, aut oleum validè conficiat?*
18. Episcopo *iure ordinario consecrare altaria, templa, & similia, vel iterum reconsecrare competit.*
19. *An Ecclesia possit aliquandò Episcopos priuare, hac potestate circa sacramentalia.*
20. *Vtrùm solis Episcopis competat potestas ad omnia sacramentalia, qua ob reuerentiam sacramētorum, seu etiā diuini cultus sunt instituta.*
21. *Ordinis potestate Romanus Pontifex Episcopis superior non est.*

1 QVoad tertiam verò nostræ disputationis partem, nempè de potestate Episcopali ratione ordinis, de qua in præsenti §. Ex dictis primò, & principaliter statuendum, Episcopum per consecrationem Episcopalē recipere à Christo immediatè nouam ordinis potestatem indelebilē, secundum quā iure diuino superior est sacerdote, & quædam ordinis ministeria exercere

 valet.

valet, quæ præsbyteris omnino denegatur, quam conclusionē expresè ponit Tridentinum d. sess. 23. cap. 4. & Canon. 7. fatenturque omnes Doctores, de quibus infrà, & plenè relati ab Henriq. d. lib. 10. c. 7. in principio, litera, B, à Vasquez in 3. partem tom. 3. disp. 243. à Bellarmin. tom. 1. lib. 4. cap. 10. à Sairo de sacram. in genere, lib. 1. cap. 2. q. 3. art. 5. ab Aegid. de sacram. disp. 20. & etiam illi, qui solum fatentur characterem sacerdotalem per consecrationem episcopalem in Episcopo extendi, nemoque negat à Christo immediatè accipi, cum conferatur per characterem ordinis, & gratiam, quæ solus Deus efficere potest.

Conc. Trident. Henriq. Vasq. Bellarm. Sair. Aegid.

2 Ex his autem ministerijs, quæ ratione ordinis Episcopalis solummodò Episcopo reseruantur, aliqua ponit Isidorus in cap. *Perlectis*. versic. *ad Episcopum*. 25. dist. text. etiam in cap. *Quanuis*. 68. dist. Trident. vbi proximè, & passim in iure nostro, alijsque Doctoribus singula numerantibus, quæ ad officium Episcopi spectant. Inter quæ ministeria, alia sunt sacramenta, vt v. g. Ordinis, Confirmationis, &c. Alia verò solum sunt quædam sacramentalia, & consecrationes rerum sacrarum, vt altarium, vasorum, vestimentorum, virginum, & similia. Quæ omnia licet, quoad alios effectus differant, de quibus infrà, in eo tamen conueniunt, quod quanuis de iure diuino Episcopi in hac potestate ordinis sint præsbyteris superiores, ita vt aliqua possint ordinis ministeria, quæ prohibentur Episcopis, & potestas hæc, seu distinctio ab illo iure proueniat in generali, iuxta suprà dicta. Nihilominus tamen certa illa ministeria in particulari, quæ ratione prædicti ordinis solummodò Episcopis reseruantur, non ita ab ipso Christo fuerunt distincta, sed hæc determinationi Ecclesiæ reliquit, ex cuius institutione, & more reseruatio hæc, & distinctio ortum habuit: quod probatur; nam nullibi reseruatio hæc in iure diuino expressa reperitur, nēpè, aut in sacra scriptura, aut Ecclesiæ testimonio, quæ hoc à Christo institutum affirmet, in quibus solis, ius diuinum versatur, iuxta regulam text. in cap. *Ego solis*. 9. dist. iuncto cap. *De libellis*. 20. distinct. quinimò hoc ex Ecclesiæ vsu prouenire in sacramento Confirmationis docet eleganter Pontifex in cap. *Peruenit*. 91. distinct. ibi, *Secundum veterem vsum Ecclesiæ nostræ, &c.* & in omnibus ferè. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia, c. 8. versic. *Itaque diuinus mos, &c.* hoc est, sanctus Ecclesiæ vsus, ergo solum ab Ecclesia hoc factum esse dicendū est, quanuis nonnulli Theologi in 4. distinct. 7. & dist. 25. contendant nōnulla dari ministeria, quæ specialiter Episcopis iure diuino reseruantur. Sic etiam aliàs videmus, quod in multis articulis, & sacramentis diuina institutio ab Ecclesia particularem habet determinationem, cui ipse Christus eam reliquit, vt in præcepto sacramenti pœnitentiæ, in quo ab Ecclesia tempus certum determinatum est, cap. *Omnis*, de pœnit. & in præcepto de sabbato sanctificando in capit. *Licet*, de ferijs. Ex qua doctrina plura intelliguntur, & resoluuntur dubia, de quibus infrà in discursu.

C. Perlectis. C. Quanuis. Trident. 3 Cap. Ego solis. C. De libellis. C. Peruenit. Dionys. C. Omnis C. Licet.

4 Vt autem in hac materia regulam habeamus generalem, sciendum est, omnia illa ordinis ministeria ex Ec-

clesiæ vsu,&institutione Episcopis esse reseruata, quæ cõsonāt statui Episcopali,prout à Christo noscitur institutus, vt generaliter sunt omnes cõsecrationes ad rerum sacrarum perfectionem institutæ;cum enim Episcopalis status sit, tanquam principiū inter sacerdotes ex diuina institutione, cap. *Ecclesia*, iuncta Glossa 1. 35. distin. & satis colligitur ex omnibus suprà dictis, cui maximè conueniunt illa omnia ministeria,quæ prædictum principatum arguunt;hęc autem maximè sunt illa, quæ ad sacrarum functionum perfectionem tendunt, D. Thomas 2.2.q.184. art.6. Ad secundum,necessariò dicendum est prædictas omnes consecrationes,Episcopo tanquam ordinario ministro competere, intendit Tridenr. dicta sess. 23. cap.4. Percurramus ergo singula ordinis ministeria eisdem Episcopis reseruata.

C. Ecclesia. D.Tho. Trident.

5 Primum est sacramentum Confirmationis,solus enim Episcopus tāquam ordinarius minister, sacramentum hoc conferre potest. cap. 2. cap. *Munus*, cum multis alijs ibidem de consecratione dist.5.dicto cap. *Quanuis*.68.distinct.textus optimus in cap. *Quanto*,de consuetudine,& tanquam de fidę ponit Tridentinum sess. 7. de Cõfirmatione,canone 3.& d.sess.23. canon.7. resoluunt post D.Thomam 3.p.q.72.art.1. Theologi communiter in 4. dist. 7. quos latissimè refert Henriquez lib.3. de Confirmatione, cap.6. litera, A. nostri etiam, vt per Couas 1.resolut. cap.10.n.6. Nauar. in Man.cap.22,n.8.vers.*Dixit Episcopus*,Guerrer.in specul.Iuris Pontific. titul. de Confirmatione, pagin. 179. Hugolin. de potest.Episcopi, cap.25.

Cap.2. C.Munus C. Quamuis. C.Quāto. Conc.Trident. S.Thom. Henriq. Couar. Nauar. Guerrer. Hugolin.

nu.2. Mirand. in Man.prælat. tom.1. A q.44 art.1.conclus.vnica in fine,Barbos. de officio, & potestate Episcopi, p.4. allegatione 30. refert infinitos Viuald. de confirmat. n.23. Scribon. in theosimia de cõfirmatione disp.3. Idquè vltra alia argumēta ex eo colligitur, quia Actorum. 8.& 19. soli Episcopi missi sunt ad confirmandos illos, quos alij Ministri baptizabant, tanquam si illis solis hoc munus ex officio competeret,Ecclesięque vsus semper declarauit hoc ab illis fuisse B factum secūdum potestatem ordinis, in qua soli Episcopi eis dicuntur succedere, vt in proposito comprobat Henriquez dicto cap.6. in principio, Bellarm.tom.2. lib.1.de confirmatione, cap. 12. & ex eodem argumento tradit text.in cap.1.§.*penultimo*,de sacra vnctione. Adeò autem Episcopis extraordinario officio cõpetit sacramentum istud Confirmationis ministrare,vt Castro lib.2.de iusta hæretic. cor.punit.cap.22. Couas d.c.10.n.8. C tanquam hęreticā reprehendant sententiam Innocentij in cap. *Quanto*,de Cõsuetudine, quam ibi sequitur Abbas n. 11. Doctorumq; communiter ex Immol.n.9. asserentium posse per Ecclesiam effici, quod Episcopus nō sit minister huius sacramenti,nec illud validè conferat, ratio verò est, quia characterEpiscopalis ordinis,cõtinet absolutā, & independentē potestatem cõferendi sacramentū confirmationis, ordinis, & alia similia, vt notarunt Bellarminus, & Soarius di- D ctis locis. Ex diuina enim institutione in generali hoc complectitur, iuxta ea,quę suprà proximè tradidimus, & illud Pauli. 1.ad Corinth.4. *Sic nos existimet homo, vt ministri Christi, & dispensa-*

Mirād. Barbos. Viuald. Scribon. Actor.8. & 19. Henriq. Bellarm. Cap 1. Castro. Couas. C.Quāto. Abbas. Immol. Bellarm. Soar. 1.ad Cor. 4.

dispensatores mysteriorum Dei, &c. Sed character ille, & potestas indelebiliter imprimitur authoritate Christi, neque potest aliquo modo impediri, vt latè ex Trident. & Patribus, cōprobat Henriquez d. cap. 6. §. 2. & 3. iuncta litera, H. Vasquez dicta disp. 219. Iodoc Coccin. in thesaur. cathol. tomo 2. lib. 5. art. vltimo, Soarez dicta disp. 36. Frater Emmanuel reg. quæstion. tomo 1. q. 18. art. 3. Asor. institutionum Moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 4. Reginald. in praxi for. pænit. libr. 28. n. 17. Valentia tomo 4. disput. 5. q. 2. punct. 1. Scribonius in theosimia de confirmatione, disp. 3: ergo Ecclesia nullo modo efficere poterit, vt Episcopus aliquis v.g. hæreticus, aut præcisus ab Ecclesia, hoc sacramentum validè ministrare non possit, quemadmodum nec Episcopus ad illud administrandum aliqua Ecclesię authoritate indiget. Conferunt, quæ infrà dicemus circa sacramentum ordinis. Ita suprà citati Doctores, Saa. verbo *Confirmatio*, Henriq. d. cap. 6. num. 2. Soar. d. tom. 3. disput. 36. sect. 3. vers. *Dicendum est ergo*, Reginald. d. lib. 28. n. 19. Mari. Alter. de cens. tomo 1. lib. 1. cap. 3. disp. 8. Barbosa dicta p. 2. allegat. 30. n. 2.

Henriq. Vasq. Coccin. Soarez. Fr. Emmanuel. Asor. Reginal. Valent. Scribon. Saa. Henriq. Soar. Reginald. Marius. Barbos.

6 Neque obstat argumentum vnicū quo contrarium tuetur Innocēt. nēpè, quod sola authoritate Ecclesiæ ministerium huius sacramenti Episcopis reseruatur; ac proindè eadem authoritate reuocari poterit, iuxta regulam capitis primi de reg. iur. in antiq. facilè enim resoluetur, si dicas hoc solum concludere, posse Ecclesiam reseruationem tollendo, quod quilibet sacerdos præter Episcopum hoc sacramentū validè conferat, non autem quod ipse Episcopus non cōferat, in quo nostra est disputatio; quo pacto autē, ex Ecclesia, seu Pontificis concessione hoc possit committi simplici præsbytero, aut etiam prætextu consuetudinis, notabimus infrà disputatione sequenti, cum de præsbyteris egerimus.

Cap. 1. de Reg. iur.

Similiter hæc consecratio Chrismatis, qua hoc sacramentum confertur, tanquam materia, ad solos Episcopos pertinet ratione ordinis Episcopalis, neque illud præsbyteri efficere valent, cap. 1. cum sequentib. 26. q. 6. cap. 1. de sacra vnctione, & ex alijs multis Concilijs à Summis Pōtificibus. Comprobat etiam S. Thom. 3. p. q. 72. art. 4. Viuald. in Candel. sub titulo de Confirmatione, cap. 2. n. 4. & 5. Valentia tom. 4. disp. 5. q. 2. puncto 2. ad finem, Henriq. d. libr. 3. de confirmat. cap. 2. §. 2. iuncta litera, V. Bellarm. d. lib. 3. cap. 8. Soares tom. 3. disp. 33. sect. 2. Neque etiam Ecclesia impedire poterit, quominùs Episcopus etiam hæreticus illud consecret, quia non est sacramentale ab Ecclesia institutum, vt inquiunt Castro, & Cou. vbi suprà, sed consecratio pertinens ad materiam huius sacramenti; vtrùm verò consecratio hæc etiam præsbyteris à Papa committi valeat? dubium est non leue, de quo infrà disputatione sequenti, & vide citatos ab Henriq. dicta litera, V. & S. & à Barbosa de Episcopis p. 2. allegatione 31. num. 5. 7

Cap. 1. 26 q. 6. Cap. 1. de sac. vnct. D. Tho. Viuald. Valentia. Henriq. Bellarm. Soar. Castro. Couar.

Secundum est ordinis sacramentum, quod soli Episcopi ex officio conferre possunt, vt manifestè colligitur ex multis iuribus suprà citatis, cap. *Perlectis*, vers. *Ad Episcopum*. 25. dist. d. cap. *Quamuis* 68. dist. cap. 1. de Ordina- 8

C. Perlectis. C. Quāu. Cap. 1.

Conc. Florent. Trident. S. Thom. Couas. Viuald. Barbos. Henriq. Scribon.

Ordinatis ab Episcopo, & post Concilium Florent. expressè statuit Trident. d. sess. 23. canon. 7. agnoscuntq; omnes Doctores Catholici cum D. Thoma in 4. dist. 25. q. 1. artic. 1. vbi omnes, & in materia de sacramento ordinis. Ex nostris est Couas d. lib. 1. cap. 10. n. 7. infiniti relati à Viuald. de sacrament. ord. n. 17. Barbos. d. p. 1. allegatione 3. Henriquez dicto lib. 10. cap. 21. à princip. Scribonius in theosimia de ordine, disput. 7.

9 Dubiũ tamen est graue inter Doctores, vtrùm ministerium hoc adeò Episcopis competat, vt ab Ecclesia nullo modo impediri possit, videlicèt vtrum Episcopi etiam hæretici, schismatici, & præcisi illud validè conficiant, & quanuis in illo multæ videãtur Summorum Pontificum authoritates inter se repugnare, quas refert Gracianus. 1. q. 1. 1. q. 7. & 9. q. 1. in hocque etiam multi fuissent Hæreticorum errores, quos congerit Bellarmin. tom. 2. lib. 1. de sacrament. in genere, cap. 6. nihilominùs tamen, vt omnia concilientur, & intelligantur certò statuendum est, Episcopos omnes ritè ordinatos validè sacramentũ hoc conferre, & characterem inijcere, quanuis hæretici, aut ab Ecclesia præcisi proponantur, quam propositionem elegantèr comprobat Diuus Augustinus in cap. *Quod quidam*. 1. q. 1. & omnes ibi, D. Thomas vbi suprà; confirmaturque ex ratione, quam suprà circa sacramentum confirmationis præstitimus, & à multis iuribus, quæ asserunt validitatem sacramenti nõ pẽdere ab vnitate ministri, sed potiùs à charactere, qui indelebilis est, nec per hæresim amittitur, & sicut character sacramenti per nulla ordinati scelera, aut ecclesiasticam potestatem potest vnquam deleri: ita nec potestas per eum significata, quæque per sacramentũ diuinitùs confertur, potest vlla ratione, quandiù ordinatus viuit, ab eo tolli, cuius nulla est alia ratio, quam voluntas Christi id ita instituentis, ne si hæc potestas penderet à fide, vel meritis ipsius ministri, essemus semper dubij de valore sacramentorum. Trident. sess. 7. can. 9. & can. 12.

Gracian. Bellarm. D. Aug. S. Thom. Cõc. Trident.

10 Neque huic veritati obstabit text. in cap. *Et si illa*, §. *Sunt autem*. 1. q. 7. ordinatos ab hæreticis, ac præcisis, deinceps esse posteà iterum in Ecclesia ordinandos. Respõdetur enim versum illum esse Graciani, qui fortè ductus opinione Durandi asserentis solum præsbyterium esse sacramentum, putauit reliquos ordines ab hæreticis collatos nullius esse momenti.

Cap. Et si illa.

11 Ampliatur autem suprà dicta propositio, vt non solum procedat in illis Episcopis, qui ritè, & verè à Catholicis fuerunt ordinati, & posteà facti sunt hæretici, sed etiam in illis, qui ab ijsdem hæreticis Episcopalem consecrationem, in forma tamen Ecclesiæ receperunt; hi namque etiam sacramentũ hoc validè conferre poterũt, quãuis ab hæreticis ordinati proponãtur. Quã ampliationẽ apud nos sequitur Glossa 1. in cap. *Daibertum*. 1. q. 7. Glossa 2. in cap. *Ordinationes*. 9. q. 1. & fuit sententia Magistri d. dist. 25. vbi D. Thomas q. 2. ar. 2. Soto ar. 1. & cæteri passim Theologi: ratio verò in promptu est: nam si verum est dicere quod Episcopi per hæresim non amittũt characterem, & potestatem indelebilem, imò adhùc auctoritate Christi ministrant, non sua, sequitur

Glossa 1. Glossa 2. Magist. S. Thom. Soto.

ſequitur etiam, quod ab ipſis ordinati, verum charactêrem, & ordinem recipiant; ac ſubindè, quod etiam per illud alios ordinare poterunt, aliàs enim pugnantia, & contradicentia in hoc reperiretur, vt eleganter aduertunt Soto, & Soar. dictis locis. Item eandem ampliationem videtur probare text. in cap. *Ab excommunicatis*, & in cap. *Ordinationes*, verſ. *Qui verò*. 9. q. 1. in aduerſatiua, quam facit. Accedit tandem doctrina Gloſſæ verbo *Firmitatis*, in cap. *Prouida*. 44. de electione lib. 6. aſſerentis Epiſcopalem conſecrationem etiam contra formã illius textus inijcere vinculum ſacramentale, quia ſcilicèt illud tantùm prouenit ex charactere, quod impediri non poterit.

Soto. Soar. C. Ab excommun. C. Ordinationes. Gloſſa.

12 Neque retenta hac ſententia, & ampliatione, obſtant fundamenta, & iura, quibus contrarium videtur tueri Ioannes relatus à Gloſſa verb. *Vnitatem*, quod quidem & tribuitur Graciano ibidem, verſ. *Sed nec*. Primum enim dum contendunt ideò non poſſe Epiſcopos ordinatos ab hæreticis ordines validè conferre, quia Epiſcopalis conſecratio ſacramentale tãtùm eſt ab Eccleſia inſtitutum, cuius poteſtate ipſa Eccleſia eoſdem hæreticos priuare poteſt, ineptiſsimum eſt; conſtat enim ex ſuprà reſolutis conſecrationem illam verum eſſe ſacramentum Ordinis, characterem per ſe inijciens, quod ſubindè nullo modo poteſtati Eccleſiaſticæ ſubeſt. Ad ſecundum verò ex text. in cap. *Daibertum*. 1. q. 7. & in cap. *Per illicitam*, eadem quæſtione, dum cenſent ordinatos ab huiuſmodi hæreticis non aliter admittendos, quam ſi iterum ordinentur, & in cap. *Nos conſecrationem*. 9. q. 1, cum alijs, dicendum eſt

Gloſſa.

Ca. Daibertum. C. Per illicitam. C. Nos.

A iura illa procedere, quando ordinationes factę ſunt contra formam Eccleſiæ, tunc enim illas Eccleſia non recipit, ſed iterùm faciendæ ſunt ob defectum formæ, non verò quia ab hæreticis collatæ ſunt, vt optimè interpretatur Gloſſa prima in dict. cap. *Ab excommunicat* & vltima in d. cap. *Nos conſecrationem*, ſic etiam quamuis Eccleſia baptiſmum ab hęreticis collatum, tanquam verum recipiat, vt in dicto cap. *Quod quidam*, verſ. *Sicut*, & B ſæpè alibi, nihilominùs non admittit, ſi non fuerit factum in forma Eccleſiæ, indèq; in Concilio Nicæno canon. 19. ſolùm inter alios hæreticos iubebantur Paulianiſtæ rebaptizari, quia, vt ex D. Hieronymo aduertit Bellarmin. d. cap. 26. non vtebantur forma legitima, vt probat tex. in cap. *Paulianiſta*. 1. q. 1. Tertium denique, quod poteſt ſumi ex text. in d. cap. *Prouida*, vbi nullius firmitatis cenſet conſecrationem Epiſcopi factam cõtra formã illius text. reſpondet Gloſ- C ſa ibidem ſolummodò de officij executione, quam ſequuntur Doctores communiter, Antonius, & Abb. ibi num. 11.

Gloſſa. Ca. Quod quidam. Conc. Nican. Bellarm. C. Paulianiſta. C. Prouida. Gloſſa. Anton. Abbas.

Limitabis tamẽ ſuprà dictam propoſitionem, quamuis Epiſcopi hæretici ordinis ſacramentum verè conferant, hoc tamen nõ procedere quo ad effectum executionis, ita vt ab illis ordinati nullo modo eiuſdem ordinis legitimum vſum, ſeu exercitium recipiant, ita hanc limitationem pro- D bant textus ſic intelligẽdi in cap. *Qui perfectionem*, & in cap. *Ventum*. 1. q. 1. cum multis alijs aſſerentibus, virtutem Spiritus Sancti cum talibus ſacramentis nõ tranſire, cap. *Corporalia*, 13

Cap. Qui perfect. C. Ventũ. C. Corporalia.

cap.

C. Non sanat. cap. *Non sanat.* cap. *Baptisma.* 1. q. 1. per
C. Baptisma. virtutem namque Spiritus Sancti solam gratiam ad digne administrandũ intelligere videntur. Ratio verò ea est, quia præterquamquòd huiusmodi ministeria sic attentata contra prohibitionem Ecclesiæ illicita sunt, & sacrilegij crimine inuoluta. d. cap.
Ca. Quod quidam. *Quod quidam*, ibi, *Quamuis rectè dici possit illicitè datum, & cæt.* Ipsi etiam Episcopi, cum tanquam ab Ecclesia præcisi careant prædicta ordinis executione, nequaquam possunt illum à se ordinatis tribuere; constat siquidèm, quod in hoc sacramento Episcopus nihil potest tribuere, quod ipse non habeat, iuxta vulgarem regulam
Cap. Quod autem. capitis, *Quod autem*, de iure patronat, & quia potestas suscipientis videtur, quasi à potestate ordinantis traduci,
D. Thom. Ledesma. vt ex Diuo Thoma, quem refert, asserit Ledesma 24. quæst. 36. artic. 4. & 5.

15. Limitabis secundò prædictam ordinis executionem non recipere ordinatos ab hæreticis, etiamsi ordinarij ignorent, aut sciant suos ordinatores esse præcisos ab Ecclesia, vt probant optimi text. in cap. 1. & 2. de or-
Cap. 1. Cap. 2. din. ab Episcopo; solum enim ibi expenditur ignorantia ad casum dispẽsationis, non verò ad officij execu-
C. Ordinationes. tionem, cap. *Ordinationes*, cum alijs. 9. q. 1. Glossa verbo, *irritas*, in cap. 1. de schismaticis, & sæpè alibi communis
Conas. vltra alios, ex Couas in cap. *Alma.* 1. p. §. 6. n. 6. Et ratio est, quia hoc cum non proueniat ex culpa ordinati, nec sit pœna nihil potest prodesse ignorantia. Neque obstat text. in di-
C. Ordinationes. cto cap. *Ordinationes*, ibi, *nisi probare voluerit, se cum ordinaretur eos nescisse damnatos, & cæt.* quia text. hoc solum

A considerat ad effectum dispensationis, vt videlicèt, si detur ignorantia, possit cum eis dispensari, alias verò minimè. Neque etiam, quod bonitas, aut malitia ministri non potest impedire effectus ordinis, qualis planè videtur prædicta ordinis executio. dict. cap. *Qui perfectionem*, cum C. Qui perfectionem.
alijs; respondetur enim hoc speciale esse in sacramento ordinis, in quo iuxta suprà dicta, prædictam executionem conferre non potest, nisi ille, qui eum habeat. Vtrum verò mini-
B sterium huius sacramenti, ita ad Episcopos pertineat, vt neque per Summi Pontificis concessionem possit præsbyteris demandari; dicemus infrà disputatione sequenti. Circa alia verò, quæ Episcopis competunt in ordine ad collationem huius sacramenti, vt v. g. concedere reuerendas, examinare ordinatos, & alia similia requisita, quia non est propria huius loci disputatio, videri possunt per Henriq. & ab eo citatos cap. 17. Henriq.
C numer. 20. & 22. Barbosa de officio, Barbos.
& potestate Episcop. parte 1. alleg. 2. & 3. Tandem qualis Episcopus ordines conferre possit de iure tradit idem Henriquez cap. 21. §. 3. Barbos. Henriq. Barbos.
d. allegatione 2.

Tertium versatur circa quædam 16
sacramentalia, & consecrationes rerum sacrarũ institutas. Imprimis nãq; solus Episcopus iure ordinario consecrare potest triplex illud oleum, quo sacramentales fiunt vnctiones, putà, oleum Chrismatis cathecume-
D norum, & infirmorum, cuius meminit Pontifex in cap. 1. de sacra vn- Cap. 1.
ctione, vt circa oleum Chrimatis iam suprà diximus, & in omnibus probãt C. Perlectis.
text. in d. c. *Perlectis*, vers. *ad Episcopũ. Ilis.*

C.Quãuis C.Literis. C.Si quis. dicto cap. *Quanuis*.68. dist. cap. *Literis*, de Consecratione, dist. 3. cap. *Si quis de alio*, de Consecratione dist. 4. cum alijs, quæ iura quanuis solum loquantur expresse de chrismate, intelliguntur tamen, & procedunt, in alijs oleis, licet enim Chrisma strictè sumptum importet tantum, quoddam vnguentum ex oleo, & balsamo compositum, cap. 1. ibi, *Et conficitur*, de sacra vnctione. Cap. 1. Nihilominùs tamen attenta sermonis proprietate omne vnguentum significat ad vnguẽdum designatum, Soto in 4. dist. 7. q. vnica, artic. 2. Sairo de Sacrament. in genere libr. 1. cap. 3. q. vnica, artic. 3. Victoria de Sacrament. conclus. 40. Soar. tom. 3. disput. 33. sect. 1. & 2. Camerota de Sacrament. tract. 3. de Confirmat. cap. 2. de materia Confirmationis, pag. 112. Et ita præceptum Ecclesiæ de renouando Chrismate singulis annis in die cœnæ Domini, de quo in dicto cap. *Literis*, cap. *Quoniam*, de sentent. excommunicat. lib. 6. Ad triplex illud oleum extendunt communiter Doctores, & vetustissimus Ecclesiæ vsus. Huiusmodi

17 autem consecratio chrismatis non debet numerari inter sacramentalia ab Ecclesia instituta, quibus ipsa Episcopum aliquando priuare potest, iuxta ea, quæ infrà dicemus, quinimò Papa non poterit Episcopum etiam hæreticum impedire, ne huiusmodi chrisma, aut oleum validè conficiat, quia pertinent ad materias sacramẽtorum, vt notauit Henriquez d. lib. 3. de confirmatione, cap. 6. in principio, litera G. & supracitati Doctores. Vtrũ verò hæc consecratio possit etiam de commissione Pontificis à presbytero fieri, agemus infrà disp. sequẽti.

Soto. Sairo. Victoria. Soar. Camerota. C. Literis. Cap. Quoniam. Henriq.

Deindè ad eundem pertinet iure 18
A ordinario consecrare altaria, templa, vel iterùm reconsecrare, & reconciliare vasa, vt calices, & ornamenta altaris, vt corporalia, & sex sacerdotalia, ac nouem Episcopalia, & aliorum ministrorum vestes sacras, vt comprobat text. in dicto cap. *Perlectis*, & in dicto cap. *Quanuis*, & in cap. 1. cum alijs ibidem de consecrat. dist. 1. cap. *Aqua*, de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris, sunt enim huiusmodi omnia ad accidentalem perfectionem, & condignam celebritatem sacrificij Missæ
B instituta, dict. cap. 1. ac subindè soli Episcopo reseruantur Hugolin. de potestat. Episcop. cap. 28. n. 1. Fr. Ludouicus de Miranda in Manu. prælat. q. 39. art. 1. concl. 3. tomo. 2. Asor. institutionum Moral. p. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 10. & part. 2. libr. 9. cap. 4. quæst. 1. Barbos. dicta 2. p. alleg. 27. numer. 1. Item ijdem soli competit pænitentes, qui solemnem pænitentiam agebant publicè in Missa reconciliare, cap. 1. 26. quæst. 6. cap. *Ministrare*, eadem quæstione dicto cap.
C *Quanuis*. 68. distinct. Ac denique virgines Moniales post professionem, & completo 25. ætatis anno solemniter consecrare tradito velo, tanquam sponsæ Christi, iuxta textum in dicto cap. *Deuotis*. 20. quæst. 1. cap. *Placuit*. 77. dist. prout hæc omnia tradunt Syluest. verbo, *Consecratio*, & cæteri Summistæ, Asor. p. 1. libr. 12. cap. 20. quæstione 6. Miranda dicto loco, quæst. 7. conclus. 1.
D Henriq. lib. 10. cap. 24. & cap. 31. §. 4. Barbos. d. alleg. 27. num. 55. vbi alios citat.

C. Perlectis. C. Quãuis. Cap. 1. C. Aqua. Hugolin. Mirand. Asor. Barbos. Cap. 1. C. Ministrare. C. Quãuis. C. De votis. C. Placuit. Syluest. Asor. Mirand. Henriq. Barbos.

Cæterùm aduertendum est, quod 19
quanuis potestas hæc faciendi, & cõsecrandi

secrandi sacramentalia Episcopis ratione ordinis competat, & ita in generali iure diuino data sit, nihilominùs tamen quia sacramentalia ipsa in particulari sunt de iure ecclesiastico instituta, & ita subsunt potestati Ecclesiæ poterit imprimis ipsa Ecclesia eos Episcopos aliquando priuare hac potestate, ita vt Episcopus hereticus, vel prescisus ab Ecclesia nullo modo illa validè conficiat, prout latè, & eleganter tradit Castro de iusta heretic. punit. cap. 22. Cou. 1. resol. c. 10. n. 8. Henriq. d. §. 4. in fine, & probat optimè text. in cap. *Ecclesijs*, cum duobus sequentib. de consecr. dist. 1. cap. *Ecclesijs*. 68. dist. vbi Ecclesias ab Arianis Episcopis consecratas iubet Pontifex iterùm consecrari. Deindè poterit potestatem hanc conferendi sacramentalia simplici sacerdoti committere, vt infrà dicemus disputatione sequenti.

Castro. Couar. Henriq. C. Ecclesiis. C. Ecclesiis.

20 Dubitari autē in proposito meritò potest, vtrùm quemadmodum solis Episcopis potestas competit ad prædicta sacramentalia conferēda competat etiam vniuersaliter ad omnia sacramentalia, quæ ob reuerentiam sacramentorum, seu etiam diuini cultus sunt instituta; videmus namque multa sacramētalia, & cæremonias in administratione sacramentorum præsbyteris demandari, & competere iure ordinario, vt sunt vnctiones, & ritus pro baptismi solemnitate instituta, cap. *Postquam*, cap. *Præsbyteris*, de consecrat. dist. 4. ita benedictio aquæ lustrabis, iuxta textum in cap. *Aquam*. de consecratione, dist. 3. & multæ aliæ. Quarè resoluendum est, quod sacramentalia illa, quæ in administratione sacramentorum occurrunt tanquam partes respectu totius ministri eorūdem competunt, ne continētia actus diuidatur, & ex regula *Qui licet*, lib. 6. è quorum numero sunt prędictæ vnctiones in baptismo, benedictiones nubentium, & aliæ similes, quæ velut vnum constituentes actum adhibentur: at verò cætera sacramentalia, quę tanquam actiones per se stantes concurrunt, & ad alias perficiendas sunt institutæ, vt consecrationes templorum, altarium, & cæt. cum aliarum consecrationum ministros prębarent ad suas dignè conficiendas actiones solùm Episcopis, tanquam maioribus competunt, vt optimè deducit D. Thomas in 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 1. Textus optimus in dicto cap. *Perlectis*, ibi, *Ipse tamen est præordinator in cunctis*. 25. dist. Ex horum numero sunt omnes cōsecrationes, quæ ad solum Episcopum, tanquam ad ministrum spectant, de quibus suprà diximus.

Ca. Postquam. C. Praesbyteris. C. Aquā. Reg. Qui licet. S. Thom. C. Perlectis.

21 Ex quibus omnibus suprà dictis iam manifestè apparet rectè Doctores nostros tanquam axioma certum constituere, quod in ordinis potestate Romanus Pontifex Episcopis superior non est, imò omnia potest Episcopus, quæ idem Pontifex valet exercere, vt tradunt Doctores in materia de sacramento Ordinis, probatque textus ita intelligendus in cap. *In nouo*, ibi, *pari*. 21. dist. vt interpretatur Glossa ibi, tradit Augustin. de Anchona de potestate Ecclesiæ, q. 1. art. 5. Ioannes Arboreus libr. 1. Theosophiæ, c. 25 Henriq. d. lib. 10. de ordine, c. 7. §. 2. in finalibus verbis. Et denique ex ipsa Christi institutione ostenditur, cum enim ipse Episcopos tanquam supremos sacerdotes institue-

C. In nouo. Glossa. Anchona. Arboreus. Henriq.

instituerit in personis Apostolorum, & in nihilo eisdem circa hanc potestatem Petrum præfecerit, sed solùm in iurisdictione, & regimine totius Ecclesiæ, vt iam suprà ostendimus, iuxta illud, *Pasce oues meas*, quod solũ eidem præter alios dictum est; necessario consequitur, vt in prædicta ordinis potestate Papa Episcopis nõ sit superior, admittendumque omnino erit argumẽtum de Papa ad Episcopum circa potestatem ordinis, vt dixit Soto in 4. dist. 24. q. 2. artic. 4. columna. 3. corollario. 2.

Soto.

A

B

§. IIII.

De potestate Episcoporum ratione iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in tota sua diœcesi potestatem habet, tam respectu fori interioris, quàm exterioris.*

2 *Potestas clauium duplex est.*

3 *Iurisdictio Episcoporum in genere sumpta de iure diuino est, & ex Christi institutione.*

4 *Episcoporum status in communi est de iure diuino, & Ecclesia sine illo non potest vnquam existere.*

5 *An Episcopi canonicè electi iurisdictionem accipiant à Deo, immediatè, an à Summo Pontifice.*

6 *Primum fundamentum partis affirmatiuæ.*

7 *Secundum fundamentum.*

8 *Tertium annectitur.*

9 *Contraria sententia, quæ asserit Episcopos suam iurisdictionem in particulari immediatè accipere à Romano Pontifice omninò tenenda est.*

10 *Hæc sententia probatur.*

11 *Prima opinio explicatur, & refertur sententia Castri.*

12 *Illius fundamenta eliduntur.*

12 *Alius modus hanc sententiam explicandi expenditur.*

14 *Reijcitur hic modus, & confirmatur secunda sententia.*

15 *Primum fundamentum explicatur, & qualiter Episcopi Apostolis dicantur succedere.*

16 *Ad secundum respondetur.*

17 *3. De Episcoporũ creatione reijcitur.*

18 *Qualiter se habeat Papa, vel Episcopus ordinans alium Episcopum.*

19 *Summus Pontifex aliquãdo Episcoporum iurisdictionẽ potest minuere.*

20 *Differentia inter iurisdictionem Põtificis, & Episcoporum.*

21 *Episcopis tenetur Romanus Pontifex relinquere, & tribuere tantam iurisdictionem, quanta gubernationi omnium necessaria fuerit.*

22 *Episcopus in sua diœcesi omnia illa potest, quæ Pontifex in toto orbe, exceptis illis, quæ specialiter reseruãtur.*

C

23 *Quomodo, & qualis fuerit diuisio Diœcesum.*

24 *Soli Episcopi post Rom. Põt. in Ecclesia attẽto iure cõmuni ordinarij cẽsẽtur.*

25 *Quæ Episcopis competant, tam in foro interiori pœnitentiæ, quàm etiam exteriori, remissiuè dicuntur.*

26 *Quæ iura Episcopalia dicantur.*

27 *Referuntur aliquorum sententiæ scribentium discrimẽ inter legem iurisdictionis, & legem Diœcesanam.*

28 *Vera opinio in hac materia adscribit.*

D

29 *Quomodo iura Episcopalia inter se differant.*

30 *Ad fundamentum primum contrariæ sententiæ respondetur.*

31 *Ad secundum.*

32 *Ad tertium.*

Egimus

1 Egimus hucusque de potestate, & iurisdictione, quæ competit Episcopis ratione ordinis; nunc vero statuendum est, Episcopos prẹter supradictã ordinis potestatem, quæ pertinet ad sacramenta conficienda, habere etiã iurisdictionem, seu ecclesiasticam potestatem in tota sua diœcesi, tam respectu fori interioris, quàm exterioris, vt ex omnibus infrà dicendis manifestiùs apparebit.
2 Quod quidem, vt apertiùs fiat, sciendum est, in Ecclesia sub nomine clauium, duplicem potestatem cõtineri, alteram ordinis, quæ videlicet spectat ad sacramenta conficienda, & ministranda; alteram verò iurisdicitionis, quẹ pertinet ad populum Christianum extra sacramenta regendum, quæ etiam in duas subdiuiditur. Vna dicitur iurisdictionis fori interioris, nempè ad absoluendum à peccatis in sacramentó pœnitentiẹ. Alia fori exterioris ad ferendas scilicèt leges, censuras, indulgentias, & similia, vt eleganter prędicta explicat Victoria relectione. 1. sect. 3. n. 2. Soto in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. *Victoria. Soto.* De prima potestate hucusque egimus, ostendentes qualiter in Episcopis reperiatur; de secunda verò, modò quæstio subsequitur.
3 Et imprimis Doctores omnes in eo conueniunt, iurisdictionem hanc, in genere sumptam, esse de iure diuino, & ex Christi institutione; ipse enim ordinauit, vt sub vno Pontifice Ecclesia sua per Episcopos, tãquam per proprios Pastores gubernaretur, qui essent proprij Principes, non Vicarij summi Pontificis; atque ita Episcoporum status in communi, est de iure diuino, neque potest vnquam Ecclesia sine illo existere,
4 teneturquè Pontifex conseruare hunc A ordinem hierarchicum, & Episcopos creare, vt sint Pastores ordinarij, vt satis prædicta probat Apostolus ad Ephesios. 4. ibi, *Ipse quidẽ dedit quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores*, vbi nomine *Pastorũ, & Doctorum*, intelliguntur Episcopi, vt ex eo loco notauit Hieronymus; & ex illo Actorum. 20. ibi, *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, &c.* Facit text. in cap. *Oues.* 6. q. 1. ibi, *Qui eos sibi oculos elegit.* *Ad Ephe. 4. D. Hier. Cap. Oues* B Ex quibus satis apparet Episcoporũ iurisdictionem in communie, esse de iure diuino, vt ex ijs, & alijs probat Bellarmin. lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 22. Henriq. & multi ab eo citati in summa lib. 6. de pœnitentia, cap. 5. §. 5. iuncta litera, B, Soar. 4. tomo, disp. 25. sect. 1. n. 6. Scribon. in theosimia de ordine, disputation. 7. per totam. *Bellarm. Henriq. Soar. Scribon.*

In eo verò contentio est inter Doctores circa iurisdictionem hanc in 5 particulari sumptam, an videlicèt E- C piscopi canonicè electi eam accipiant à Deo immediatè, an à Summo Pontifice. Nam aliqui grauissimi Auctores putarunt, Episcopos iurisdictionem immediatè consequi à Deo tanquam connaturalem proprietatẽ ordini Episcopali, solumquè Pontificem esse instrumentum liberum ad huiusmodi potestatem concedendã; voluisse tamen Christum eidem Sũmo Pontifici hanc potestatem esse subordinatam exemplo Apostolorũ, D quorum successores dicuntur Episcopi, cap. *Quorum vices.* 68. distinct. qui similiter cum hac subiectione ad Petrum immediatè à Christo potestatem acceperunt, cap. *In nouo.* 21. *C. Quorũ vices. C. In nouo.*

dist. atque ita in hac sententia fuerunt
Castro. Castro de iusta hæretic. punit. lib. 2.
Vasquez. cap. 2. ei verò adhæsit Vasquez 1. 2.
disput. 152. cap. 3. & alij infiniti relati
Henriq. ab Henriq. d. cap. 5. §. 2. litera D. tri-
Victoria. buitur & Victoriæ relectione 2. de
potestat. Ecclesiæ q. 2. in fine; sed re
vera, si attentè legatur nunquam id
expresè dicit, licet fauere videatur,
vt infrà dicemus. multaq; argumenta
Bellarm. pro illis affert Bellarmin. cap. 25. vbi
6 proximè. Sed principaliter ex his tri-
bus fundamentis, sententia hæc sua-
deri potest. Primò, quia Apostoli ha-
buerunt hanc potestatem immediatè
à Christo; sed Episcopi sunt Aposto-
lorum successores. ergo succedunt in
hac potestate ex vi donationis Chri-
sti, ac subindè ab illo immediatè eam
habent, non à Pontifice. Maior pro-
Mat. 18. batur, Matth. 18. Ioannis. 20. 1. Co-
Ioan. 20. rinth. 2. ad Corinth. 10 & 3. sumitur
1. Cor. 2. etiam ex cap. *In nouo*, distinctione 20.
Ad Cor. 10. cap. *Loquitur Dominus*, cum alijs. 24.
C. In nouo. q. 1. cap. *Noua*, de pænit. & remissio-
nib. cap. *Per venerabilem*, qui filij sint
C. Loquitur. legitimi. Ex ratione probatur, quia
ad exercẽdum munus Apostolicum,
C. Noua. & ad fundandam Ecclesiam necessa-
Cap. Per venerab. ria erat hec potestas: Christus autem
immediatè contulit omnibus Apo-
stolis dignitatem, & munus Aposto-
licum, vt ex Euangelio constat: ergo
etiam contulit dictam potestatem:
Trident. minor autem probatur ex Concilio
C. In nouo. Trident. sess. 23. cap. 4. ex cap. *In no-
uo*, distinct. 21. consequentia ex suprà
dictis consequitur, & confirmatur ex
Mat. 18 verbis Christi, Matthæi. 18. *Quæcunq; ligaueritis super terram, &c.* Quæ non
tantùm ad personas Apostolorũ, sed
etiam ad Episcopos eorum successo-
res dicta fuere. Item ex verbis ipsius

Christi, Lucæ. 10. *Qui vos audit, me* *Luc. 10.*
A *audit, & qui vos spernit, &c.* Quæ ver-
ba ad Apostolos, & eorum successo-
res pertinere, tradunt Cyprianus lib. *Cyprian.*
4. epistol. 4. & Basil. in constitutione *Basil.*
Monastica, cap. 23. induci etiam pos-
sunt verba Pauli Rom. 13. *Omnis ani-* *Rom. 13.*
ma potestatibus sublimioribus subdita sit;
nam etiam ibi intelliguntur potesta-
tes Ecclesiasticæ, vt omnes fatentur,
quia sunt veræ potestates: inter has
autem maximè intelliguntur Epis-
copi sub Pontifice. Tandem est illud
B ad Hebræos. 13. *Obedite præpositis ve-* *Hebr. 13.*
stris.

Secundò, quia munus Episcopale 7
est de iure diuino, vt suppono: ergo
quicquid est intrinsecè annexum tali
muneri est de iure diuino: at qui iu-
risdictio hæc, est necessariò coniun-
cta cum Episcopali munere, quia non
potest conuenienter pastorale munus
exerceri sine tali potestate, & iuris-
dictione: igitur, &c. Dices Episcopa-
tum esse de iure diuino, quoad con-
secrationem, & potestatem ordinis,
C nõ verò quoad Episcopatum ipsum,
vt includit curam, & gubernationẽ:
at qui cõtra hoc adhùc vrget primò.
Nam Paulus dixit, *In quo vos posuit
Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei,
& cat.* Planè regendi verbũ, vt suprà
diximus, apertè dicit pastorale mu-
nus. Secundò, quia Episcopalis con-
secratio, vt ostendimus, confert per
se ipsam Episcopalem dignitatem: er-
go confert iurisdictionem, saltem in
habitu, seu in actu primo, licet non
D conferat vsum donec applicetur illi
materia; quemadmodum in ordina-
tione sacerdotis datur potestas ab-
soluendi, quæ est iurisdictio in habi-
tu.

Tertiò

8 Tertiò suaderi potest, seu argumētari ex vsu vetustissimo Ecclesiæ: nā in principio Apostoli creabant Episcopos, inconsulto Petro, & posteà fiebant per electionem Cleri, aut populorum, vt tradit Baronius tom. 1. anno 44. & statim censebantur esse Episcopi sine speciali recursu ad Pōtificem, vel alium hominem: ergo signum est potestatem illam dari immediatè à Deo, facta designatione personæ per electionem, & per alium legitimum modum, sicut de Summo Pontifice diximus disp. 1. §. 3. *Baron.*

9 Cæterùm cōtraria sententia omninò tenenda est, imò asserendum, quod quamuis verum sit Apostolos immediatè accepisse iurisdictionem à Christo, iuxta dictum caput, *In nouo*, & Paulus ad Galat. 1. ibi. *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, &c.* cap. *Loquitur.* 24. q. 1. cum alijs, de quibus suprà in primo argumento, & Bellarmin. in cap. 23. dicto loco, Episcopos tamen suam iurisdictionem in particulari immediatè accipere à Romano Pontifice, à quo velut à fonte omnis iurisdictio in alios inferiores dimanat. Quod imprimis ostenditur ex eo, quia soli Petro iurisdictio in vniuersum orbem à Christo Domino fuit concessa, Ioann. vltimo, *Pasce oues meas*, ipseque velut caput totius Ecclesiæ constitutum, vt videlicèt, quemadmodùm in naturalibus tota virtus membrorum à capite dimanat, ita à Beato Petro, eiusque successoribus, potestas in alia mēbra diffluerēt, quemadmodum hoc argumento, ita eleganter probat Leo in cap. *Ita Dominus.* 19. dist. Deindè idē apparet in ordine Monarchiæ, quam *C. In nouo. Ad Gal. 1. C. Loquitur. Bellar. Ioan. vlt. Leo Papa*

A Dominus in regimine suæ Ecclesiæ constituit, in qua vnus debet esse Monarcha, à quo iurisdictio in alios deriuatur. Item ex potestate, quam Pōtifex in hac iurisdictione circa Episcopos habet, secundum quam, illam potest auferre, minuere, & augere, quod quidem non posset, si immediatè à Deo proficisceretur. Tandēq; id clarè probat cap. *Sacrosancta.* 22. dist. cap. *Quoties.* 24. q. 1. cap. *Loquitur.* eadem quæst. cap. *Decreto.* 2. q. 6. ibi, *Vices suas alijs impertiuit Ecclesijs, &c.* *C. Sacrosancta. Ca. Quoties. C. Loquitur.*

B Multaque alia Pontificum, & Conciliorum testimonia, ex quibus hanc partem tanquam veriorem sequitur D. Thomas 4. contra gentes, cap. 76. ration. 4. idem sentit 2. dist. 44. in fine. In 4. dist. 20. q. vnica, artic. 4. quæstiuncula 3. & dist. 24. artic. 5. q. 3. ad 4. Durand. q. 2. n. 13. Soto dist. 20. q. 1. art. 4. Caietan. tomo 1. opuscul. tract. 1. cap. 19. Anton. 3. p. tit. 22. cap. 4. §. 1. verbo *Septimò.* Heruæus de potestate Papæ. Vargas tract. de authoritate Pontificis, q. principali, Bellarm. *C. Decreto. S. Thom. Durand. Caiet. Anton. Heruæus Vargas. Bellarm.*

C lib. 4. de Romano Pontif. cap. 24 Salmer. tom. 4. p. 3. tract. 4. Soar. tom. 4. disput, 25. sect. 1. Henriq. in Summa lib. 6. de pænit. cap. 5. §. 5. iuncta litera C. Scribon. in theosimia de ordine, disput. 6. & plures suprà citati. *Salmer. Soar. Henriq. Scribon.*

Sic igitur probata, & confirmata hac sententia, vt clariùs in illa procedamus, aduertendum est, contrariam sententiam duobus modis solere explicari. Prior cuius auctor est Castro suprà citato loco, dicit potestatē datam Episcopo ex vi suæ consecratio- 11 *Castro.*

D nis, non solùm esse potestatem ordinis, sed etiam iurisdictionis, & ita ex vi iuris diuini conferri, & rectè dici posse immediatè à Christo dari: vnde

ex vi illius potest Episcopus consecratus ius dicere, si ei applicetur materia, id est, si ei efficiatur subditi, qui verè sunt materia, vt tales sunt. Quã sententiam ita explicat Vasquez suprà, & eam non aliter probat hic auctor, nisi quia existimat, hanc potestatē actiuæ iurisdictionis, fuisse promissam Apostolis, Matthæi. 18. illis verbis; *Quæcunque ligaueritis, &c.* Et ex eo, quod Episcopus non potest dicere, Ego excommunico per potestatem à Papa acceptam.

Vasq.

Mat. 18.

12 Nullatenùs tamen hæc opinio placere potest, primò, quia si necesse est, vt posteà fiant homines subditi tali personę, vt per illam potestatem possit in illos operari, ita etiam necesse est. vt Episcopus consecratus de nouo fiat superior, respectu talium subditorum, quia superior, & subditus, correlatiua sunt, & ideò non potest vnum fieri prius, quàm aliud, neque vnum sine alio: ergo cum applicatur materia, & fiunt subditi, superior accipit nouam potestatē, & ius, & quasi dominium in illos, quia per talem potestatem formaliter constituitur superior: igitur illa est potestas iurisdictionis, ac proindè vltra potestatem datam per ordinationem, requiritur potestas iurisdictionis data per homines. Secundò, quia in Episcopo nullus est actus iurisdictionis, qui per se pendeat à consecratione, & ideò Episcopus electus, & confirmatus potest efficere ea, quę iurisdictionis sũt, cap. 1. & 2. de translat. Episcopi, cap. *Transmissa*, de electione: ergo character. seu consecratio Episcopalis non est principium per se alicuius actus iurisdictionis, nullo ergo modo dici potest, quod sit iurisdictio actiua, neque actu, neque habitu, quandoquidem sine illo principio fiunt omnes actus iurisdictionis Episcopalis, & quando illud inest cum iurisdictione, solum se habet, quasi cōcomitanter, respectu actionum puræ iurisdictionis, velut conditio quædam significans personam, & constituens habilem ad illas actiones magis sacras.

Cap. 1. & 2. de trãslat. Ep. C. Transmissa.

A

Alius verò modus explicandi, & defendendi hanc sententiam, inquit, Christum Dominum instituisse, vt essent in Ecclesia Episcopatus sub Pōtifice, quia non poterat tota Ecclesia immediatè gubernari per vnum Episcopum vniuersalem, qualis est Summus Pontifex, voluitque idem Christus Dominus, vt illi intermedij gubernatores essent non tantùm delegati, & quasi Vicarij Papæ, sed, vt essent veri pastores ordinarij, & Principes spirituales sub Pontifice Summo, iuxta illud Pauli. *In quo Spiritus Sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Vndè concludunt huius sententiæ Auctores, primò, Episcopatum ipsum ex vi institutionis Christi, iurisdictionem ordinariam, & principalem includere. Secundò, esse immediatè à Christo Episcopis datam, ratione muneris à Christo instituti, & licet Pontifex, vel per se applicet tale munus huic, vel illi personæ, vel possit instituere modum applicandi illud, nihilominùs tali muneri ex vi iuris diuini adhæret talis iurisdictio, & ipsum munus ex vi diuinæ institutionis datur, & consequenter Pontifex solum se habet, vt instrumentum liberum ad huiusmodi potestatē cōcedendam. 13

B C D

Facilè tamen contra hunc modum explicandi, potest recepta veritas demonstra- 14

monstrari: nam imprimis licet demus Episcopatum esse de iure diuino, nō A solùm quoad dignitatem ordinis, sed etiam quoad munus pastorale, non indè sequitur institutionem, vel collectionem talis muneris, vel iurisdictionis esse immediatè à Christo, quia apparet ex ordine Monarchiæ, quam Dominus in regimine suæ Ecclesiæ constituit Christum posse præcipere, vt esset in Ecclesia pastorale munus Episcoporum, & nihilominùs institutionem illius muneris cōmittere Petro, à quo iurisdictio in alios B deriuaretur, tanquam verus eiusdem Ecclesiæ Monarcha, non tantùm designando personam, sed etiam potestatem ipsam impertiendo. Hoc autem posito, in quo nulla repugnantia, nec moralis incommoditas ostendi potest; planè sequitur, iurisdictionem Episcoporum esse de iure humano, & per homines dari. Quod ergo talis fuerit Episcopatuū institutio; probatur primò ex cap. *Decreto*. 2. q. 6. Ibi *Romana Ecclesia vices suas ita alijs impertiuit Ecclesijs, vt in partem sint vocata solicitudinis, non in plenitudinem potestatis*; ex cap. *Ita Dominus*. 19. dist. ibi, *Vt ab ipso quasi quoddam capite dona sua, velut in omne corpus diffunderet*; quicquid Castro contra hoc testimoniū, dum particulam illam, *ab ipso*, interpretatur, dicere ordinem temporis, non causalitatis. Nam imprimis falsum est Christum prius tempore dedisse Petro Apostolatū, vel potestatem, quam cæteris Apostolis, vt ipse Castro affirmat: nam simul omnibus D dixit, *Sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos*, Ioan. 20. & Matth. vlt. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium, &c.* Secundo, text. in ipsa particula, *ab ipso*, ostendit Romanum Pontificem dona sua diffundere non in Apostolos, iam enim de illis non tractabat, sed in corpus omne, non vno tempore, sed perpetuo, vt latiùs suprà ostendimus in disputatione prima de Romano Pontifice. Quæ etiam veritas demonstrari potest, ex differentia inter pontificiam dignitatem, & officium Episcopi: itē ex potestate, quam Pontifex in hac iurisdictione circa Episcopos habet, secundum quam, illam potest auferre, minuere, & augere; quod quidem non posset, si immediatè à Deo proficisceretur. Tandem ex ratione, & congruentia; quia hic modus institutionis est magis consentaneus perfectæ Monarchiæ, qualem esse Christi Ecclesiam Catholici intelligunt, & latè probauimus in d. disp. 1. de Rom. Pontifice.

C. Decreto. 2. q. 6.

Cap. Ita Dominus. 19. dist.

Ioan. 20. Mat. vlt.

15 Neque obstant fundamenta suprà posita; ad primum enim de Apostolorū similitudine, & successione, iam C suprà declarauimus, qualiter Episcopi Apostolis dicantur succedere, & ita vno verbo respondetur, succedere illis, vt Episcopi fuerunt, non vt fuerunt Apostoli, sunt enim hæ dignitates diuersarum rationum, Paulus enim Apostolus fuit, & nescimus fuisse Episcopum alicuius certæ diœcesis, vel habuisse aliquam propriam Ecclesiam, tanquam ordinarium, & proximum pastorem illius, licet haberet solicitudinem omnium Ecclesiarum, 2. Corinth. 11. & in multis creauit Episcopos, vt *Titum Cretæ, Timotheum Ephesi, Dionysium Athenis*, & idem de Ioanne Euangelista legitur; fuerunt item Apostoli Episcopi quasi vniuersales totius Ecclesiæ ex immediata

2. Cor. 11.

mediata concessione, & delegatione Christi; & secundum hanc rationem non habuerunt successores, vt iam latè probauimus in 1. disput. §. 6. Neque vrgent plures auctoritates su prà citatæ, quæ hanc iurisdictionem videntur tribuere iuri diuino, loquũtur enim de statu Episcopali, & iurisdictione eius in communi sumpta, iuxta suprà dicta.

16. Ad secundum patet responsio ex dictis, concesso enim in bono sensu, quòd munus Episcopale sit de iure diuino, non indè sequitur iurisdictionem hanc esse tanquam connaturalē porprietati, & ordini Episcopali, ita vt, quemadmodùm ordo ipse, ita & iurisdictio coniuncta à Christo confertur; hoc enim falsum est, vt videlicèt in Episcopo titulari, qui nullius diœcesis pastor est, & in illis, qui renunciarũt dignitati, aut depositi sunt, & è cõtrario, in Abbatibus, seu Prioribus magnis, qui aliquando iurisdictionem Episcopalem habẽt; ex quibus manifestè apparet iurisdictionem hanc non esse coniunctam cum consecratione Episcopali, quia nec illam requirit, vt in posterioribus, nec eam necessario comitatur, vt in prioribus quemadmodum explicat Henriques d. §. 1. in fine, Soares d. loco, num. 4. *Henriq.* *Soar.* Deindè nõ est apta comparatio, quæ fit ad dignitatem Apostolatus; nam illa fuit dignitas vniuersalis iurisdictionis respectu totius Ecclesiæ, & ab ipso iure diuino fuit determinata ad illum gradum perfectionis Episcopalis autem dignitas quoad iurisdictionem non est ita de iure diuino, nec habet ab illo certum modum potestatis, & consequẽtèr, nec institutionem, sed solum generale præceptum instituendi, & conferendi illam, & ita intelliguntur verba Pauli, de quibus suprà, *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*; nam etiam reges dicuntur regnare per Deum, & habere potestatem à Deo; & tamen per homines immediatè illis collata sunt regna; ita etiam Episcopi, licet constituantur à Petro, verissimè dicitur pòsitos esse ab Spiritu Sancto ad regendam Ecclesiam, quia hæc est voluntas Spiritus Sancti, & non sine ipsius inspiratione, & cõperatione fit.

Ad tertium ex vsu Ecclesiæ respõdetur primò, post Apostolos semper fuisse Episcopos creatos per homines, & non immediatè à Christo, & accepisse suam potestatem mediãte Pontifice Summo aliquo modo, licet non semper fuerit idem modus seruatus; quia in principio nascentis Ecclesię, licèt Petrus sua auctoritate, quamplurimos Episcopatus erexerit, vt latè refert Baronius anno. 44. n. 11. & 27. & sæpè alijs locis; tamen etiam alij Apostoli per potestatem sibi à Christo concessam Ecclesias erigebant, & Episcopos in eis constituebant, vt de Paulo dictum est, & de se ipse testatur, & de Ioanne Euangelista ait Hieronymus, & Tertullianus, & de alijs similiter est notum, ac necessarium: iuxta illud Matth. vltim. & Ioan. 20. Credendum tamen est omnes Episcopos ab Apostolis creatos habuisse successores, media Petri auctoritate mediate, vel immediate; nã ordo hierarchicus Episcoporum, Archiepiscoporum, & Patriarcharum à principio Ecclesiæ incepit, & quia in Ecclesia perpetuò erat duraturus, nõ sine authoriate Petri institutus est, 17. *Baron.* *Hieron.* *Tertull.* *Mat. vlt.* *Ioan. 20.*

vt

vt iam suprà latiùs ostendimus in prima, & 5. disput. & ita eadem Pontificis authoritate ab illis Episcopi creabantur, vt optimè probat text. in cap. *Praeceptum*, dist. 12. & ibi Gloss. & in cap. *Antiquis*. 9. q. 3. Glossa in capit. *Quanquam*, de electione in 6. Cætera argumēta pro contraria parte minus habent difficultatis, omniaque soluit Bellarm. cap. 25. ibi suprà.

Cap. Praeceptum. d. 12. Cap. Antiquis. 9. q. 3. C. Quāquā de elect. in 6. Bellarm.

18 Sic explicata, & confirmata hac nostra sententia, in qua dicimus potestatem hanc Episcoporum in genere sumptam immediatè prouenire de iure diuino, & ex Christi institutione, videlicèt vt Ecclesia per Episcopos gubernetur, & quod à Papa vocentur in partem solicitudinis, manifestu mtamen est in particulari à Sūmo Pontifice deuenire, ita vt modus, determinatio, & collatio potestatis, per arbitrium, & prudens iudicium Pontificium facta sit, & augeri, & limitari possit.

19 Constat ex suprà dictis quod quãuis circa ordinis potestatem, quam Papa, vel Episcopus ordinans alium Episcopum præhabet, habeat se, vt instrumentum liberum, sed ab alio promotum, nempè à Christo, Christusq; sicut, vt causa principalis, agit vnctionem sacramentalem, ita etiam ex consequenti dat potestatem indelebilem, proindeque ea potestas pendet solùm à Papa, vel Episcopo consecrante in fieri tantum, non verò in dari, quia à Christo accipitur; nihilominùs tamen circa iurisdictionem Episcopis concessam non agit Pontifex, vt instrumētum, sed vt causa vniuoca per propriam formã (sub Christo tamen tacitè) concedens eam iurisdictionem, quæ ab illo pendet non solùm in fieri, sed etiam in conseruari, vt est elegans doctrina D. Thomæ 2.2. q. 39. art. 3. Vnde potest Pontifex Episcoporum iurisdictionem, quam concedit, aliquando minuere, reseruando sibi casus, censuras, dispensationes, vel similia, aliquando verò augere, prout sibi viderit expedire, poteritque etiam impedire huiusmodi actus iam concessos, quod quidem in illis, qui pendent à potestate ordinis nullo modo valet; in eo autem differt iurisdictio hæc Episcoporum, à iurisdictione Papę, quia in Papa facta electione per Cardinales non confertur ab illis plenitudo iurisdictionis, quia eam non habent, sed confertur immediatè à Christo, posita ea conditione electionis legitimæ; at verò in Episcopis vbi à Pontifice sunt electi, & confirmati confert ipse determinatam iurisdictionem, quam præhabet formaliter in omnes, & singulos fideles, idque tamen ex Christi institutione ita dictante; vt eleganter explicant Doctores, vbi proximè.

S. Thom.

20

21

22. Aduertendum tamen est, quod quanuis iurisdictio hæc Episcoporũ à Pontifice determinatè concedatur, & dimanet, quia tamen ipsi Episcopi sunt proprij Principes, & pastores suarum Ecclesiarum, & membra pręcipua, & potissima, in quæ potestas Pontificis deriuari debet, quippequi vices sustinent Apostolorum, d. cap. *In nouo*. d. cap. *Quorum vices*. 68. dist. & velut legati Christi, cap. *Omnis*. 7. q. 1. Primum in Ecclesiastica hierarchia locum obtinent, ideò tenetur Rom. Pontifex, eisdem Episcopis relinquere, & tribuere tantam iurisdictionem, quanta gubernatori ouium necessaria fuerit, quia ita colligitur, ex

Cap. Omnis. 7. q. 1.

23. ex Christi institutione: vnde propter hanc iurisdictionem, dicitur quod Episcopus in spectãtibus ad suam diœcesim, & ad pastorale munus omnia illa potest, eandemque iurisdictionẽ habet, quam Pontifex in toto orbe; exceptis illis, quæ specialiter reseruantur, vt ex text. in cap. *In nouo*, ibi, *pari*, iunctis verbis sequentibus, ibi in eorum locum. cap. 1. de officio ordin. colligunt Doctores, & explicat Victor. in 2. relect. de potestate Ecclesiæ, q. 2. n. 28. Soto lib. 10. de iustitia, q. 1. art. 3. Multi ex nostris citati ab Henriq. d. lib. 10. cap. 35. §. 1. litera D. & alij, item propter eandem iurisdictionem dicuntur Episcopi in partem solicitudinis vocati. cap. *Ad honorem*, de authoritate, & vsu pallij; & denique legati Christi appellantur, in d. cap. *Omnis*. 7. q. 1.

C. *In nouo*. Cap. 1. de offic. ord. *Victor. Soto. Henriq.* C. *Ad honorem*.

24. Vt autem Episcopi commodiùs iurisdictionem suam exercerent, neque Hierarchicus ordo confunderetur olim ex Decreto Beati Petri iuxta cuiusque territorij limites, pro singulis Episcopis diœceses fuerunt diuisæ, vt videlicèt in illis circa plebes sibi commissas tanquam circa proprias oues omnem Episcopalem potestatem exercerent, de qua diœcesum diuisione habetur expresse in c. *In illis*. 80. dist. cap. *Episcopi*, & per totum eadem dist. cap. 1. 99. dist. Quarè in his diœcesibus soli Episcopi post

25. Romanum Pontificem in spectantibus ad ecclesiasticam potestatem attento iure communi ordinarij censentur, cap. *Cum Episcopus*, de officio ordin. lib. 6. Glossa ad verbum *iurgia*, in cap. *Perlectis*. 25. dist. Porrò ex hac iurisdictione, quam Episcopi præter ordinis potestatem in suis diœcesibus habent, multa in iure, quæ eisdẽ competunt, tam in foro interiori pœnitentiæ, quam etiam exteriori. In

C. *In illis*. C. *Episcopi*. Cap. 1. 99 dist. C. *Cum Episcopus* de offi. ordin. lib. 6. *Glossa*.

26. interiori quidem potestatem habent ad absoluendum à peccatis, & reseruandum casus, à quibus inferiores absoluere non valeant, de qua potestate absoluendi agunt Theologi in materia de pœnitentia, & nos infrà disput. sequenti de præsbyteris, potestatẽ verò reseruandi expressè ponit Trident. sess. 14. cap. 7. & can. 11. Henriq. & multi ab eo citati lib. 3. de pœnitent. cap. 13. §. 2. iuncta litera I. & lib. 6. c. 9. §. 3. Valer. Reginald. in praxi for. pœnit. lib. 1. n. 25. Aegid. de sacram. & cens. tom. 2. disp. 8. à n. 75. Zerola in prax. Episcopali 1. part. verbo casus reseruati, pag. 88. In foro verò exteriori prædicta potestas ad multa reducitur; imprimis ad ferendas leges, quas vocamus synodales constitutiones, quæ in diœcesi sua vim habent obligandi, de quibus passim in iure nostro fit mentio, & habetur in cap. 2. §. *Statutum*, de constitut. in 6. cap. *Quod super his*, de maiorit. & obedient. cum alijs, & de hac potestate, vt legislatiua est solet tractari à Theologis in materia de legibus. Ad concedendas indulgentias, limitati temporis, nempe 40. dierum cap. *Cum ex eo*, cap. *Quod autem*, cap. *penult.* de pœnit. & remis. de qua vt distributiua est in tractatu de Indulgentijs. Ad proferendas censuras, cap. *Cum ab Ecclesiarum*, de officio ordin. de qua vt coactiua in materia de censuris. Ad punienda omnia, & quæcunque crimina in diœcesi commissa, cap. 1. *de officio ordin.* vbi Doctores nostri. Ad absoluendum in quibuscũque iuris censuris. Ad dispensandum in

Trident. Henriq. Valer. Regin. Aegid. Zerola. Cap. 2. de Const. in 6 C. *Quod super his* de maiorit. C. *Cum ex eo*. Ca. *Quod autem*. C. *penult.* de pœn. & rem. C. *Cum ab Ecclesiarũ* de offi. ord. Cap. 1. de offic. ord.

in legibus, & alijs impedimentis, nisi vbi lex expresse absolutionem reseruat. cap. *Nuper*, versic. *In* 2. de sent. excomm. cap. *At si*. §. *De adulterijs* de iudicijs, vbi Doctores nostri; & de hac potestate, vt dispensatiua est, tractari solet à Theologis in materia de Voto, & iuramento. Circa beneficia denique prouisiones, electiones, & vniones eorum potestatem obtinet. Quæ omnia videri possunt in proprijs tractatibus, ex quibus locis peti debent, multaque alia potest, quæ institutum, progredi non patitur: certum tamen est omnia Episcopum habere, quæ pertinent ad perfectum pastoris munus. *In quo Spiritus Sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*.

Cap. Nuper de sēt. excom.
Cap. At si de iudic.

27. Iura verò Episcopalia numerat textus in cap. *Conquerente*, de officio ordinar. quorum aliqua dicuntur ad Episcopum pertinere lege iurisdictionis, alia verò lege diœcesana, vt in proposito distinguit text. in cap. *Dilectus*, eodem titulo de officio ordin. sed tamen non satis explicat, quo pacto alia ab alijs distinguantur. Quarè cōtentio est inter Doctores circa hanc differentiam constituendam.

C. Conquerente de off. ord.
Cap. Dilectus. eodē tit.

28. Imprimis enim Glossa secunda in dicto capite *Dilectus*, & Glossa in Summa. 10. quæst. 1. quas sequitur Immola, & alij, existimant omnia Episcopis competentia, quæ in dando, seu faciendo consistunt, vt v. g. est correctio, reformatio, collatio sacramentorum, & cætera, quæ habentur in dicto cap. *Conquerente*, vsque ad versic. *Synodum* exclusiuè ad legem spectare iurisdictionis; contra verò ea, quæ consistunt in recipiendo, puta synodaticum, oblationes, & cætera, quæ recensentur à prædicto versic. *Synodum*, ad legem spectare diœcesanam. Secunda vero opinio, cuius auctor est Butrius, fuit, inter vtranque legem minimè admittendam esse distinctionem. Tertia vero, Doctorū communiter difficultati succumbentium fatetur, nullam hac in re certam regulam constitui posse, sed pro singulis rem explicandam, vt videlicet omnia illa, à quibus monasteria nostro iure exempta reperiantur, censeantur de lege diœcesana. Cætera vero de lege iurisdictionis, ita in effectu Innocent. in c. *Dilectus*. n. 2. & 3. Hostiens. & cæteri in cap. 1. de statu monachorum, Ioan. Andr. Cardin. & Abb. in d. cap. *Dilectus*. n. 4.

Immola.
Butrius.
Innocent.
Hostien.
Ioan. Andr.
Cardin.
Abb.

Verumtamen contra huiusmodi sententias facilè distinctio hæc demonstrari potest; quare primo aduertendum est, duo maximè in Episcopo erga subditos consideranda. Alterum est potestas Ecclesiastica, quam idem Episcopus, licet aliàs à Papa Christi Vicario deriuatam, d. cap. *Ita dominus*. 19. distinct. iure tamen diuino habere censetur. d. cap. *In nouo*. 21. dist. cap. *Quorum vices*. 68. dist. Alterum est locus, seu territorium, ad eiusdem potestatis exercitiū deputatum, vt diœcesis, planè licet potestas, seu iurisdictio, quæ in locū dirigitur territorio coherere censeatur, & talis videatur Episcoporū potestas post diœcesum diuisionē; longè tamen isthæc duo inter se differūt; patet ex l. *Pupillus*. 23. §. *territoriū*, ff. de verborum significat. Secundò aduertendū est iura episcopalia, licet attento iure communi solis cōpetant Episcopis, & ob id iura episcopalia appellen- 19.

Cap. In nouo.
C. Quorū vices. 68. dist.
L. Pupillus, ff. de verb. sign.
20.

Z

appellentur, in d.cap. *Conquerente*, lōgè tamen inter se differunt; quædam enim principaliter ipsam Episcopalē potestatem, seu iurisdictionem respiciunt, eoque respectu Episcopis competunt, plura habemus exempla in d. cap. *Conquerente*, vsque ad verbum *synodum* exclusiuè: quædam è contrario, non ipsam potestatem, sed potiùs locum cathedræ Episcopalis, scilicèt diœcesim principaliter respiciunt, vt v. g. 4. decimarum, & funerabilium, quæ non alia de causa Episcopis cōpetit, quam ob diuisionem redituum præscriptam; cap. *Concesso*, cum seqq. 12. q. 2. Quo supposito priora quidē ad legem iurisdictionis spectare censentur; contra verò posteriora ad legem diœcesanā; idquè meritò si expendamus legem iurisdictionis, rationem eiusdē iurisdictionis importare ex regula cap. *Consuetudo*, versic. *Porrò*, ibi, *Omne, quod ratione constiterit*. 1. dist. Siue igitur per legem intelligere velimus rationem prout in dicto §. *Porrò*, siue regulā, prout in l. 2. ff. de legib. non immeritò iura Episcopis, ratione potestatis Episcopalis competentia ad legem iurisdictionis; contra verò cōpetentia ratione diœcesis, seu territorij, ad legem diœcesanam spectare dicuntur, iuxta dict. cap. *Dilectus*, de offic. ord. dices tamē aliquam dari potestatem Episcopalē, quę non sit iurisdictionis, nempè potestatem ordinis, Glossa in cap. *Quod sedem*, de officio ordin. Respondeo potestatem illam ordinis non adeò à iurisdictione esse remotam, quin ad legem quoque iurisdictionis rectè reducatur, aduertit optimè Abbas in cap. *Dilectus*, n. vlt. & nos iam suprà plenius comprobauimus.

C. Concesso. — *Cap. Consuetudo. 1. dist.* — *L. 2. ff. de Legibus.* — *Glossa in cap. Quod sedem, de off. ord.* — *Abb.*

31. Ad primam Glossę sententiam dicendum est nullo modo defendi posse prędictam distinctionem, rum quia nullo iure probatur, tum quoque, quia obedientia, & reuerentia consistunt in recipiendo, & tamen isthæc iura ad legem spectant iurisdictionis, vt omnes fatentur; probat cap. *His, quæ*, cap. *Dilecta*, dē maior. & obediēt. Sic è conuerso procuratio in recipiendo consistit, d. cap. *Conquerente*; & tamen negarì nequit ad legem spectare iurisdictionis, prout optimè contra Glossam aduertit Abb. in d. cap. *Dilectus*. n. 4.

32. Ad secundam vero dum contra propriam tex. literam, exponitur, dicendū est, vt patet ex suprà resolutis omnino esse falsam, apertè enim d. c. *Dilectus*, constituit differentiam inter legem iurisdictionis, & legem diœcesanam, ita in effectu omnes, & constat ex verbis text. ibi, *lege iurisdictionis*.

33. Ad tertiam sententiam respondetur ineptam reddere distinctionem inter vtranque legem contra d. cap. *Dilectus*; tum quia mille exinde dubia insurgerent circa distinguenda iura Episcopalia ad vtranque legem spectantia, quorum nonnulla tangit, sed non satis resoluit Abb. d. loco, dum sigillatim eadem percurrit; tum etiam quia ostendit vnicam tantùm esse legem, qua Ecclesiæ suo Episcopo subijciuntur, nempe diœcesanā, sub qua ait, legem quoque iurisdictionis contineri. Et ostenditur, quia sicut ipsa diœcesis à potestate Episcopali distinguitur, ex suprà resolutis in principio huius §. ita vtrãq; legē inter se distingui necesse est, & cōprobat tx. in d. c. *Dilectus*, docēs sētētiā super lege diœcesana

Cap. His, quæ. Ca. Dilecta. — *Abb.*

cesana ad legē iurisdictionis minimè trahi. Ex quibus manet cōfirmata nostra suprapoſita resolutio. Et hæc pro disputatione de Episcopis sufficiant.

DISPVTATIO VII.
De Chorepiscopis.

EGimus in præcedenti disputatione de Episcopis, nunc verò subsequitur disputatio de Chorepiscopis; vt appareat, quem locum munus, & officium haberent in nostra Ecclesiastica Hierarchia.

§. I.
De origine, institutione, & officio Chorepiscoporum.

SVMMARIVM.

1 *Post Episcopos Chorepiscopi olim in Ecclesia constituti erant.*

2 *Distinctio Chorepiscoporum præscribitur.*

3 *Auctores qui asserunt Chorepiscopos nunquam fuisse Episcopos assignātur, & eorum fundamenta.*

4 *Contraria opinio, quæ dicit dari aliquos Chorepiscopos cum episcopali cōsecratione verior est.*

1. OLim in Ecclesia post ordinē Episcoporū, erat statim alius Chorepiscoporū, qui quidē minores erāt Episcopis, præsbyteris autē aliquo modo superiores, vt infrà apparebit; de quibus Gratianus agit in c. *Ecclesijs*, vers. *inter Episcopos;* cum capitibus sequentib. 68. dist. Hi Chorepiscopi verè quidem Episcopi non erant, vt planè ex multis Cōcilijs cōprobat Henriq. lib. 10. de ordin. c. 23. §. 2. iuncta lit. E. constatq; ex multis, Episcopis compet ētibus, quæ eisdem interdicebantur, de quibus in c. *Quamuis.* 68. dist. sed solùm erant quidam præsbyteri, qui in pagis, aut oppidis loco Episcoporū curā animarū exercebāt, veluti parochi; hodie autē Vicarij generales, dicebāturq; à verbo Græco, χωρα, quod Latinè oppidum, vel pagum significat, vel etiam locum, quasi villarum Episcopi, vt notat Budæus in commentario linguæ Græcæ, & ex Damaso, & alijs Cōcilijs deducit optimè Bellarm. lib. 1. de clericis, c. 17. Henriq. d. §. 2. iuncta litera F. Petrus Greg. syntagmat. p. 2. lib. 15. c. 12. n. 47. Vasquez tom. 3. in 3. p. disput. 238. n. 68.

C. Eccle-sijs. 68. d. *Henriq.* *C. Quāuis 68. dist.* *Budæus.* *Bellarm.* *Henriq.* *Pet. Greg.* *Vasq.*

2. Alij autem fuerunt ex his, qui veram Episcopalem consecrationē acceperant, dicebanturq; solum Chorepiscopi, quia in aliena diœcesi ministrabant, vt sunt hodie Episcopi titulares, suffraganei Episcoporum, & hi erant Chorepiscopi extraordinarij. Alij verò, qui nihil aliud erant nisi præsbyteri, sed in pagis, aut oppidis loco Episcoporum constituti, qui dicebantur, & erant ordinarij. De prioribus loquitur expresse Damasus in epist. 3. & quidam aiunt in hoc sensu Linū, & Cletū fuisse Chorepiscopos Petri Apostoli, vt ait Ioannes Papa, quē refert Genebrard. in chron. anno Christi. 70. quia verò multi Chorepiscopi ordinabantur tanquā Episcopi, & consecrabantur, ideò Concilium Antioch. can. 10. in fine, prohibuit, & iussit, vt Chorepiscopus ab Episcopo loci ordinetur, id est, vt Chorepiscopus solùm sit præsbyter, non Episcopus, Gratianus in princip. 67. dist. De posterioribus verò loquuntur iura, & Concilia, de quibus suprà secundùm quam distinctionem intelliguntur

Damasus *Ioan. Papa.* *Genebr.* *Conc. Antiochen.* *Gratian.*

liguntur multa, quæ Chorepiscopi olim facere, vel non facere poterant. A

3. Sunt verò alij non paruæ auctoritatis, qui existimant Chorepiscopos nunquam Episcopos fuisse, ita expresse sentit Ayala de traditionibus 3. p. consideratione 4. vbi rem hanc ex professo disputat, & Franciscus Turrian. in annotationibus ad Cõcilium Nicænum, cap. 54. eandem sententiã sequuntur docti aliqui recentiores. Primum fundamentum est Conciliũ Antiochenũ, vbi Damasus antequã diceret, vt tollerentur Chorepiscopi reddidit rationem his verbis: *Nam non amplius, quàm duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum: vnde iste tertius processerit* (videlicèt Chorepiscoporum) *funditùs ignoramus, & quod ratione caret, extirpare debet*: loquitur autẽ de hoc quasi tertio ordine Chorepiscoporum, nulla eorum facta distinctione. Porrò autem Chorepiscopos institutos fuisse instar septuaginta discipulorũ, probat ex Concilio Neocæsariensi, c. 13. vbi dicitur, *Chorepiscopi quoque ad exemplum, & formam septuaginta videtur esse*, affert deindè canon. 10. Concilij Antiocheni, & postquam concessit iuxta tenorem illius Chorepiscopos à pluribus Episcopis, vt Episcopos cõsecrari consueuisse. nunquã dicit hos Chorepiscopos diuersos esse à prioribus, aut verè Episcopos esse; imò ex professo probat, licet à pluribus sint consecrati, verè tamẽ Episcopos non esse. Secundum fundamẽtum; quia Chorepiscopi ab vno Episcopo tantùm consecrari solebat, cum tamen Episcopus à tribus consecrari debeat. Tertiũ, quod si à pluribus sũt

Ayala.
Turrian.
Conc. Nican.
Conc. Antioch.
Damasus.
Conc. Neocæsar.

consecrati, aut in villa, aut Castello, aut parua ciuitate, aut in illo loco cõsecrati sint, vbi minimè conuenit Episcopum esse. Quartũ ex illis verbis Damasij, *Et illud*, inquit, *adhuc restat, quod eorum ordo, non habet in diuinis literis auctoritatem, quia vt præfixum est ordines sunt duo tantùm primi in Ecclesia, id est Apostolorum, & septuaginta discipulorum: sanè si nec Episcopi sunt, quia pro præfactis causis Episcopi esse non possunt nec præsbyteros se nominare volunt, quia amplius esse ambiunt, &c. rogo, vt* B *manifestè prodatis, quid sunt?* Ex quibus manifestè videtur cõstare Damasum non sensisse eos, quidem veros Episcopos esse, suspensos tamen, aut impeditos, ne officiũ suum, & ministeriũ exequi possent, sed potiùs veros Episcopos non esse propter rationes dictas. Præterea non esse aliquẽ verũ ordinem medium inter sacerdotiũ & episcopatũ, probat ex eo, quod in primitiua Ecclesia duo tantũ fuerint ordines Apostolorũ, & discipulorũ. C Addit postremò hos Chorepiscopos nõ tradere Spiritũ Sanctũ, quia Apostolorũ successores non sunt, vt indè probet nõ esse veros Episcopos: nam solius Episcopi videtur esse per manuũ impositionẽ tradere Spiritũ Sãctum. Quocircà his de causis, & quod videret ipsorũ superbiã, & arrogãtiã magis, ac magis in dies crescere non dubitauit Damasus eos omninò abrogare, vt solo ordine sacerdotis cõtẽti essent; tametsi post tẽpora ipsius etiã cũ potestate ordinãdi subdiaconos D permanserint, vt patet ex epist. 1. Gelasij, & ex can. 13. Conc. Ancyrani, & ex can. 10. Cõcilij Antiocheni, & ex canon. 44. Concilij Meldens. sub Carolo iuniore rege Francorum.

Damasus.
Epist. 1. Gelas.
Conc. Ancyran.
Cõc Meldens.

Quod

Quod si duplex esset genus Chorepiscoporum: alterum eorum, qui verè essent Episcopi consecrati, alterum illorum, qui tantùm essent praesbyteri, non ita contra omnes absque vlla distinctione Damasus pronunciasset, & vniuersos ab officio remouisset: praesertim statim post adductum Concilium Laodicenum, in quo mentio fieri videbatur eorum, qui verè Episcopi essent, vt priores auctores contendunt. Et licet duplex Chorepiscoporum genus Damasus agnouerit, de vtroque tamen episcopali authoritate carere asserit.

Conc. Laodicen.

4. Caeterùm his non obstantibus vera est suprà posita distinctio Chorepiscoporum, & ad verba Concilij Antiocheni, in quibus principaliter fundatur contraria opinio, dicendum est, Chorepiscopos ab Episcopis per manus impositionem, & vt Episcopos consecrari consueuisse, quod sanè videtur esse proprium ordinis Episcoporum, & ita dicitur in tenore eiusdem Concilij Antiocheni. Caetera verò fundamenta procedunt ex sententia Damasi, qui cum eos omninò abrogare voluerit passim dixit; in Ecclesia duos tantùm esse ordines Apostolorum, & discipulorum; id est Episcoporum, & praesbyterorum, sed hoc non tollit, quod ex vsu Ecclesiae possint dari alij, qui eadē ordinatione dicantur Chorepiscopi, tanquam hodiè Episcopi titulares, & alij ex numero praesbyterorum, qui ita etiam appellentur, propterea quod in pagis, aut oppidis loco Episcoporum constituti erāt in administratione tātùm ordinis sacerdotalis, quin his duobus ordinibus à Christo Domino institutis aduersentur.

§. II.

De potestate Chorepiscoporum.

SVMMARIVM.

1 *Chorepiscopi non habebant potestatē confirmandi, consecrandi Ecclesias, altaria, aut virgines, nec poenitentes publicè in missa reconciliandi, aut maiores ordines conferendi.*

2 *Chorepiscopi iuxta opinionem aliquorum non erant ministri ordinarij ordinis subdiaconatus, sed ex commissione.*

3 *Chorepiscopi per manus impositionem ab Episcopis ordinati poterant ordinem subdiaconatus conferre, & ita explicatur cap. Peruenit. 95. dist.*

4 *Intellectus cap. Quanuis. 68. dist. expenditur.*

5 *Distinctio Graciani in cap. Ecclesijs. 68. distinct. reijcitur, & aliter explicatur.*

6 *Qui Chorepiscopi literas dimissorias conferre poterant.*

7 *Chorepiscoporum vsus sublatus fuit à Damaso Papa.*

Qvanuis autem Chorepiscopi iuxta modo dicta loco Episcoporum fuissent, non poterant confirmare, consecrare Ecclesias, altaria, aut virgines, nec poenitentes publicè in Missa reconciliare, ordines maiores conferre, vt expressè eisdem prohibet text. in cap. *Quanuis.* 68. dist. & in d. cap. *In Ecclesijs* in fine. Caetera autem poterant, vt quilibet Episcopus, vt ex multis Concilijs colligit Bellarmin. d. cap. 17. De subdiaconatu tamen nō est leue dubium, nam ijsdem ordinē hunc licuisse conferre probat Cōcil. 1.

C. Quāuis. C. In Ecclesijs. Bellarm.

 Antio-

Antiochen.canon.10.cum alijs, quæ suprà retulimus; & confirmatur ex d. cap. *Quanuis*, vbi solùm vetat Chorepiscopos conferre sacerdotalem, vel diaconatus ordinem, quasi reliqui eisdem permittantur. Cæterùm contrarium dicit Gratianus in d.cap. *Ecclesijs*, & probat expressè Damasus Papa d. epistola 3. & ex eo, quia est ordo sacer, qui solum ab Episcopis conferri potest.

Damasus

2. Ayala. Hoc argumento conuictus est Ayala loco suprà citato, vt negaret subdiaconatum esse sacramentum. Verum qui Chorepiscopos putant non fuisse veros Episcopos, vt hoc absurdum euitent, asserere coguntur, ministrum ordinarium huius sacramenti subdiaconatus, esse quidem Episcopum, sicut etiam minister ordinarius sacramẽti Confirmationis Episcopus est, ex commissione tamen, posse esse simplicem præsbyterum quales erant Chorepiscopi, & ita eo tempore fuisse ministros ex commissione, quòd attinet ad ordinem subdiaconatus, quam sententiam tradiderunt nonnulli ex antiquis Theologis, & nunc etiam alij recentiores, quos refert Vasques tom. 3. disput. 243.cap.4.

Vasq.

3. Ex dictis tamen quæstio hęc facillimè solui potest, si dixeris illos Chorepiscopos, qui Episcopalem consecrationem acceperant potuisse ordinem subdiaconatus conferre, imò & omnes alios ordines poterant, si Episcopus id permitteret, & de his solum loquitur d. canon. 10. Concilij Antiocheni, ita enim incipit, *Chorepiscopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & velut Episcopi sunt ordinati, & cæt.* Potest etiam intelligi prædictum Concilium procedere ex

A commissione Papæ, iuxta terminos text.in cap. *Peruenit*.95.dist. & ea, quę infrà dicemus de præsbyteris. C. *Peruenit. 95.d.*

4. Ad aliud verò ex d. cap. *Quanuis*, responderi potest, quod quãuis prohibitio text. solùm agat de Diaconis, nomine tamen Diaconorum, etiam includitur subdiaconus, quia aliquãdo apud veteres vtrumque nomen promiscuum est. Addendum est etiã, quod dum text. in d. cap. *Quanuis*, in fin. Chorepiscopis interdicit ne formatas literas, seu epistolas alicui mittere possint, videtur etiam obstare d. Concilio Antiocheno canon. quo cõceditur, vt Chorepiscopus formatas epistolas concedere possit, vt ex eo tenet, & refert Henriq. d.cap.23.§.2. iuncta litera.I. C. *Quãuis*

B

Henriq.

5. Neque in hoc aliquo modo videtur admitenda distinctio Gratiani in d.cap. *Ecclesijs*, versiculo inter Episcopos, dum distinguit inter literas dimissorias, per quas quis eximitur à potestate sui Episcopi, & alteri subijcitur, & commendatitias, per quas Peregrinus commendatur, & testimonium habet, vt extra diœcesim suam possit sacramenta administrare, de quibus habetur cap. *Extraneo* cum alijs dist. 71. indistinctè enim iura in hac materia loquentia asserunt, vt clericus peregrinus sine literis commendatitijs proprij Episcopi non admittatur ad sacramenta administranda. d. cap. *Extraneo* cum duobus sequentib. eadem dist. 71. cap. *Non oportet*, de consecrat. dist. 5. Trid. sess. 23. cap. 16. versiculo *Nullus prætereà*: atque ita non videntur sufficere literæ Chorepiscopi. Prætereà commendatitiæ ferè semper erant formatæ, vt colligi- Gratian.

C

C. *Extraneo. d.71.*

D

C. *Non oportet, de consecr. d. 5.*

Trid.

colligitur ex suprà citatis iuribus, & tradidit Gratianus dist. 74. quas tamen formatas idem Gratianus negat Chorepiscopum concedere posse.

6. Dicendum tamen est in hoc dubio Chorepiscopos ordinarios, quales scilicèt erant præsbyteri illi, qui in pagis loco Episcoporum erant nõ posse literas dimissorias, aut commendatitias dare generales, seu formatas, iuxta d. cap. *Quamuis*, & suprà adducta; Concilium verò Antiochenum in dicto canon. 8. dum eis hoc concedit, loquitur, & procedit in Chorepiscopis extraordinarijs, qui scilicèt erant Episcopi, vt patet ex verbis illius in prima editione, ibi, *Præsbyteri, qui sunt in agris* (ideſt Chorepiscopi) canonicas Epistolas dare non possunt, & ibi, *Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles dare possunt pacificas, id est generales Epistolas*. Et in secunda editione, ibi, *Vicarijs autem Episcopis, qui à Græcis Chorepiscopi vocantur formatas facere liceat*, refertur primo tomo Conciliorum, pagina 322.

Conc. Antiochen.

7. Cæterùm quia Chorepiscopi cæperunt abuti potestate ordinis, & iurisdictionis, illorum nomen, & vsus interijt, sublatusquè fuit à Damaso Papa post Epistol. 4. in cap. *Chorepiscopi*. 68. dist. notant Bellarminus, Hẽriquez, Petrus Gregor. & Vasquez citatis locis. Et hæc satis de hac disputatione.

Damasus Papa. Bellarm. Henriq. Pet. Greg. Vasq.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SECVNDA PARS RELECTIONIS

De Ecclesiastica Hierarchia.

LEGIMVS in prima parte nostræ relectionis de illis gradibus, seu Ecclesiasticis ministerijs, quæ in nostra Hierarchia ratione tantùm iurisdictionis, dignitatis, seu officij in ordine superiori prælatorum distinguuntur. Sequitur modò disputandum de illis, quæ in eadẽ Hierarchia ordine, & consecratione inter se differunt, propriéque à Doctoribus vocantur ordines Ecclesiastici. Vt videamus quomodò nostri sacri principatus dignitates, munia, & officia summa consensione, & ordine inter se cohæreant, & administrentur.

DISPVTATIO VIII.

De Præsbyteris.

IN hac disput. operepretiũ erit explicare munia, & officia Presbyterorum, vt singulis membris expensis facilè appareat, quam aptæ, quàm perfectæ partes sint, è quibus noster sacer principatus consurgit. Hi autem (vt suprà in initio huius relectionis A diximus) priorem locum post Episcopos obinent, ratione consecrationis, vt statim videbimus.

§. I.

De nominis significatione, & institutione Præsbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus dicitur, quia Matthias sorte electus est. Et annectuntur huius nominis varia definitiones.*

2 *Præsbyter Gracè, Latinè senior interpretatur. Et hoc nomen varijs personis accommodatur.*

B 3 *Ordo sacerdotalis fuit institutus à Christo Domino, & designatus in 72. discipulis.*

4 *Christus Dominus in Cœna, his verbis. Hoc facite in meam commemorationem, instituisse discipulos sacerdotes, probabilior opinio est.*

5 *In locũ discipulorũ succesisse Præsbyteros tanquam Apostolorum Coadiutores probatur, & argumenta soluuntur.*

QVod verò attinet ad huius nominis significationem, & ethymologiã, sciendum est primò, quod clerus, & clericus ideò dicitur, 1

dicitur, quia Matthias sorte electus est, qui primus per Apostolos legitur A ordinatus, *Clyros* enim Grecè, Latinè sors, vel hæreditas dicitur: vnde dicti sunt clerici, quod de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habēt: *Isidor.* vt inquit Isidor. lib. 7. cap. de clericis, & habetur in nostro cap. *Cleros*, 21. *Co. Cleros 21. dist. C. Cum se cudum de prabend.* dist. cap. *Cum secundum* de præbend. *Clyros* enim dicitur, vt supra sors, vel pars sortita, vel contingens alicui: vnde, & hæreditas sic appellatur. *Clyros* apud Demosthenem Oratorē *Demosth.* *Peri*, & hoc nomen clericorum significat collegium eorum, qui ministerio sacrorum operam dant, vt & in lege veteri vna pars tribuum Israel, quę Deo dedicabatur, dicebatur *Leui*, cui *Num.* 18. Deus pars, & hæreditas. Numer. 18. *Deut.* 18. Deuter. 18. Vnde clericus dicitur, qui ex clero est, d. nostro cap. *Cleros*, & docet Tertullian. lib. de Monogamia, & diuino cultui consecratus, *Tertull.* procurandæ religionis, & rerum sacrarum, Deo iubēte, prouidentiam, ac solicitudinem suscepit, vt inquit *Hieron.* Hieronym. in epistol. ad Nepot. nam ideò vocātur clerici, vel quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus, sors, id est pars clericorum est, hæreditas verò dicitur sors, quod sępè inter plures sorte diuidatur, ita *Psal.* 77. Psalm. 77. & quia heredes nascuntur, vt plurimum, non fiunt, idque sine meritis præcedentibus, sed beneficio legis, vel testatoris; nemo enim gratiam inuocat, nisi pręuentus à gratia, nemo diligit Deum, nisi prius à Deo dilectus, & quia quod nobis sors est, D Deo prouidentia, & prædestinatio est, ideò clerici dicuntur de sorte Domini, quia eius prouidentia, & gratia excitati hanc vitam eligere debent, vt innuit Apostolus ad Colosenses, *D. Paul.* *dignos non fecit in partem sortis sanctorum*, Ad Ephes. 1. *in quo nos sorte vocati sumus*, & in hoc sensu clerici dicuntur omnes, quia laicis ordine sunt distincti, vt patet ex Conc. 1. Nicæno *Conc. Nican.* canon. 1. cum duobus sequentibus.

2. Præsbyter Græcè, Latinè senior interpretatur, non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt præsbyteri nominantur, ideo autem præsbyteri sacerdotes vocan- B tur, quia sacra dant, & in sortem Dei sunt vocati ad seruitutē, & obsequiū illius; ex qua ratione sciendum est hoc nomen sacerdos, seu præsbyter variè accipi; nam etiam appellantur sacerdotes professores iurium, seu iuris periti, l. 1. in princ. ff. de iust. & *L. 1. ff. de iust. & iure.* iur. vbi Glossa eam assignat rationē, vt sicut sacerdotes dicuntur, quia sacra dant, ita etiam professores iuriū sacerdotes dicantur, quia circa leges versantur, & leges ministrant, quæ C sacratissimæ appellantur: deindè potest etiam appellari sacerdos, quicūque se consecrat, & sacrificat Deo; vnde expositores in cap. 1. Leuitici explicantes illa verba, *Homo, qui obtulerit hostiā Domino, &c.* sic aiunt, quisquis ergo templum Dei, & excelsum virtutibus se ædificauerit sacerdos debet dici: sacerdos enim vnctione efficitur, & omnes sacerdotes sumus, qui misticæ vnctionis dignitatē seruamus, dicente Ioanne, *Vos vnctionem* *D. Aug.* *habetis à sancto*, ita August. in Psal. 44. *D. Chrysolog.* Chrysolog. sermon. 1080.

3. Pressiùs tamen, & magis propriè loquēdo nomen sacerdotis, seu præsbyteri viris illis solùm conuenit, qui sorte, & ordinatione, cultui omnium maximo

maximo auctoritate diuina illis certis, & determinatis personis concessa, excellenter sunt deputati. Pro cuius descriptionis expositione, multa, &
Bellarm. eleganter congerit Bellarmin. in suo
Saragoz. lib. de Clericis, & nouiter D. Michael Saragoza Episcopus Theanensis de Sacerdot. dignit. excellentiæ, cap. 2. per totum.

Deueniendo igitur ad institutionē præsbyterorum, obseruandum est primò, quod ordo, seu gradus sacerdotum fuit institutus à Christo Domino, & designatus in septuaginta duobus discipulis: nam postquā Christus consecrauit, & corpus suum discipulis tradidit, dixit, *Hoc facite in meā commemorationem*, quo loco Christū discipulos sacerdotes consecrasse, & iisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, qui sunt hodiè præsbyteri, vt offerrent præcepisse, Conciliū
Cōc. Trid. Trident. sess. 22. cap. 1. post medium definit.

4 Neque obstat, quod aliqui Catholici, & docti viri, vt defenderēt Marc.
Marc. 6. 6. cum dicitur, *& vngebat oleo multos ægros* Apostolos ministrasse sacramētum vnctionis, cum Armacano libr.
Armac. 11. de quæstionib. Armenior. cap. 15. ante medium, dixerunt, iam antea fuisse à Deo sacerdotes ordinatos; nulla ratione verum est, neque cum definitione Concilij Tridēt. constare
Luca. 10. & 12. potest. Vrget tandem Luc. 10. & 22. & quamuis non explicet Concilium iterùm illis verbis, *Hoc facite, &c.* an aliquando prius Christus Apostolos sacerdotes instituerit, certum tamen, & definitum est, eos in cœna vltima instituisse: nam postquam dixit Christus in ea cœna corpus, & sanguinem suum sub speciebus Apostolis obtulisse subiungit. Ac sub earundem re-
A rum symbolis Apostolis, quos tunc noui Testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & iisdē, eorumque in sacerdocio successoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, vti semper Catholica Ecclesia intellexit. Dubitant tamē Doctores, vtrùm his verbis, an alijs anteà Christus Apostolos sacerdotes instituerit, verisimile tamen est prædictis verbis eos ordinasse, simulque, vt of-
B ferrent ipsis præcipisse. Dixit autem Cōcilium Christum Apostolis, quos tunc sacerdotes constituebat, tradidisse corpus suum, vt sumerent, quia, vel ipsa traditione corporis sui, vel illis verbis, quæ proximè dixit eos ordinauit.

Præhabito iam, quod ordo, seu 5.
gradus sacerdotalis fuit institutus à Christo Domino, & designatus in septuaginta discipulis, de quibus Lucæ. 10. qui fuerunt assumpti, tanquā Apostolorum coadiutores, sciendum
C est in eorum locum successisse præsbyteros, ita definitum est ab Ecclesia, & habetur in cap. *In nouo.* 21. dist. cap. *C. In nouo 21. dist.*
Quorum vices. 68. dist. Neque obstat *C. Quorū vices.*
d. cap. *In nouo*, in principio ibi, *à Petro sacerdotalis cepit ordo, & cat.* intelligitur enim de ordine episcopali, quia cum Petrus primus fuerit Episcopus consecratus à Domino, ab ipso dicitur cæpisse, ita Bellarmin. tom. 1. de *Bellarm.*
Rom. Pontif. cap. 23. Henriq. lib. 10. *Henriq.*
cap. 3. §. 4. Vasquez de Ordine disp. *Vasq.*
D 236. c. 10. & disput. 239. cap. 1. Aegid. *Ægid.*
Coninc. disp. 20. de sacram. ordinis, dubio 4. n. 25. Lorin. in Acta Apostolorum c. 4. vers. 5. §. *Ex eadem*, Iustinian. to. 1. in Paulū disp. 1. c. 7. à n. 4. *Lorin.* *Iustinian.*
§. 2.

§. II.

De potestate Præsbyterorum circa sacramentum Eucharistiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ministeria ordinis, exceptis his, quæ Episcopis reseruantur simplicibus sacerdotibus de iure diuino competunt.*

2 *Supposito quod sacerdotes in locum 72. discipulorum successerunt, opponitur non habere hanc potestatem de iure diuino, quia solis Apostolis à Christo Domino data fuit.* B

3 *Prima solutio huius difficultatis.*

4 *Exponitur modus quo Christus Dominus potestatem commisit Apostolis, & discipulis.*

5 *Quæ distinctio fuit inter Apostolos.*

6 *Sacerdotes etiam præcisi ab Ecclesia, aut excommunicati validè conficiũt sacramentum Eucharistiæ.*

7 *Ratio ob quam sacerdos præcisus ab Ecclesia validè conficiat sacramentũ Eucharistiæ, & tamen sacramentum pœnitentiæ ab eo collatum nullius sit momenti assignatur.* C

8 *An ex Summi Pontificis delegatione aut priuilegio sacerdotes exequi possint ea, quæ sunt ordinis ministeria Episcopis tantum reseruata.*

9 *Impijssimum dogma Lutheri, & sequacium asserentium omnes Christianos, omnia sacra ministeria posse exercere refutatur.*

10 *Ad solos sacerdotes spectat conficere sacramentum Eucharistiæ.*

11 *Quare baptismi sacramentum à laicis præstitum validum sit, non verò reliqua sacramenta ostenditur.* D

12 *Caluini insania asserens in necessitatis articulo, à laicis ministrari non posse sacramentum baptismi conuincitur.*

13 *Potestas ordinis nec per Pontificem alijs, qui non sint sacerdotes committi potest.* A

14 *Potestas ordinis Principibus sæcularibus minimè competit.*

15 *Hac veritas etiam legis veteris testimonijs fulcitur.*

16 *Cur duces, aut reges legis veteris se immiscebant negotijs religionis.*

17 *Authoritas Pauli ad Romanos. 13. explicatur.*

18 *Imperator Romanus non est in sacris constitutus, vt multi falsò deducunt ex cap. Valentinianus.*

19 *Princeps sæcularis quicunque sit non habet potestatem disponendi de decimis.*

20 *Limitatur hæc assertio in professis ex militaribus ordinibus.*

21 *Fœminæ sunt incapaces clauium potestatis.*

22 *Irregularitas in fœminis unde proueniat.*

23 *Auctoritates quibus probatur fœminas esse incapaces clauium potestatis expenduntur.*

24 *Loca quibus ostenditur mulieres profetasse explicantur.*

25 *Vtrùm ex speciali commissione possint habere Abbatissæ spiritualem iurisdictionem.*

26 *An præceptum Abbatissæ obliget ad mortale.*

27 *Abbatissis nunquam permissum fuit censuras ecclesiasticas ferre.*

HAbemus iam in §. præcedenti præsbyteros successores esse septuaginta duobus discipulis, nunc verò 1 in præsenti disputabimus, quo pacto potestatem habeant consecrandi, & faciendi similia eis competentia; & imprimis

imprimis sciendum est, exceptis ijs, quæ Episcopis diximus reseruari in disput. 6. reliqua omnia ordinis ministeria simplicibus sacerdotibus cõpetere, ex Christi Domini institutione; probat text. in cap. 1. §. vna, vers. & hoc de sum. Trinit. & fid. Cathol. Concil. Trid. sess. 13. c. 15. ibi successoribus in sacerdotio, text. optim. in Extrauag. quia quorundam, versic. item quia claues de verb. sign. Ioann. 22. & comprobant D. Thomas in additione ad 3. p. q. 19. art. 3. Turrecr. in summa de potestate Ecclesiæ libr. 1. c. 93. n. 4. & 13. Petrus Sot. de institutione sacerdot. de Sacrament. Eucharist. lect. 13. Triump. q. 4. art. 1. ad primum, & art. 6. in corpore, Vict. de clauibus n. 18. latè Sotus in 4. dist. 20. q. 1. art. 3. & conclus. 4. Et deindè cõfirmatur ex eo, quia axioma est Theologicum potestatẽ ordinis essentialiter, non distingui à charactere sacerdotali, nisi secundum diuersos actus, consecrationem scilicet, aut remissionem peccatorum, vt docet D. Thomas in 4. dist. 18. & colliges ex his, quæ Nauar. in Man. cap. 22. n. 17. Sed characterem sacerdotalem in ordinatione recipiunt sacerdotes, Trident. sess. 23. c. 4. & can. 5. latè ab Henriq. relato. 2. p. lib. 10. cap. 14. §. 2. Viuald. de sacrament. ordinis n. 18. igitur necessariò fateri oportet sacerdotes in suo ordine potestatem accipere; quod circa potestatem consecrandi probat text. in d. cap. 1. §. vna, Trid. d. cap. 1. Petr. Sot. & relati ab Henriq. 2. p. lib. 8. cap. 54. §. 1. liter. E. Viuald. de Eucharistia, nu. 55. & passim alibi, etiam accipiunt potestatem remittendi peccata. cap. *Verbum* de pænitentia, dist. 1. Trid. d. cap. 1. comprobat Soto d. dist. 18. q. 4. art. 1. prosequitur Graff. in aureis decisionib. lib. 1. cap. 18. à principio, & omnes in materia de pænitentia.

C. 1. de sum. Trinit. *Trident.* *C. Quia quorund.* *S. Thom.* *Turrecr.* *Pet. Soto.* *Triump.* *Victor.* *Sotus.* *D. Thom.* *Nauar.* *Trident.* *Henriq.* *Viuald.* *Pet. Soto.* *Graff.*

A

2\. Obstat tamen, quod sacerdotes in locum 72. discipulorum successerint. vt suprà probauimus, Episcopi verò loco Apostolorum; sed constat solis Apostolis, nullibi 72. discipulis potestatem consecrandi, vel remittendi peccata à Christo Domino concessã esse. Luc. 22. Ioan. 20. Matt. 18. Marc. 10. Igitur videbatur dicendum solis Episcopis, non simplicibus sacerdotibus potestatem consecrandi datam fuisse, & ad hoc reducuntur omnia ferè argumenta, quę ex dicendis apparebit, nullius esse momenti, & ideò opus non fuit hìc illa afferri.

Luc. 22. *Ioan. 20.* *Mat. 18.* *Marc. 10*

B

3\. In hac difficultate, vel possumus respõdere nõ solũ Apostolis, sed etiã prædictis discipulis Christum Dominum potestatem sacramentalem cõmunicasse, vt aliqui comprobant ex auctoritate Actor. c. 1. vnde audent dicere contrarium esse hæreticum, & cõtra sacram scripturam, vt refert Turrecr. lib. 2. cap. 19. arg. 2. cum sequentibus; quæ resolutio planè difficultatem dirimebat, si suppositum in eadem esset verum, scilicet Apostolis, & discipulis pariter clauium potestatem esse datã; sed falsum esse multis ostendere intendit idem Turrecr. lib. 2. cap. 63. cum sequentibus, notat Bellarmin. tom. 1. controuers. 1. lib. 5. cap. 14. vers. *Porrò*; & probat tum ex alijs, tum ex præcipuo fundamento, quia certum est, vt in vltima cœna Christum Dominum constituisse Apostolos sacerdotes; deinde constat 72. discipulos post resurrectionẽ sacerdotes fuisse ab Apostolis ordina-

Act. c. 1. *Turrecr.* *Bellarm.*

C D

ros,

tos;vnde fateri oportet capaces non fuisse ante resurrectionem eorum, quæ ad sacerdotium spectare noscũtur, vt est consecrare, peccata remittere,& similia, de quibus nostra vertitur disputatio, sentiens igitur difficultates Sotus d. art.3. concl.4.vers. *Dubitatio autem*, inquit Christum D. præter Apostolos, elegisse 72. discipulos,velut coadiutores,indèque designâsse discipulos quoque, quos Apostolis coadiutores dedit sacerdotes esse ordinandos; sed non plenè satisfacit. *Sot.*

4. Vel melius possumus asserere Christum Dominum aliqua dixisse Apostolis in singularibus personis, aliqua vt sacerdotibus, aliqua vt Episcopis, seu prælatis, aliqua tandem, quatenùs singularibus priuilegijs eosdem prosequi volebat, alloquitur eos, vt simplices Christianos Matth. 5. *Ne irascantur hoc facite,&c.* vt sacerdotes alloquitur Luc.22. in cœna, *Hoc facite, &c.* vt prælatos Matth.18. *Quodcunq; ligaueritis, &c.* speciale verò priuilegium Ioann. 20. *Sicut me misit Pater meus*, quatenùs vtiliter in vniuersum orbem potestas illis data est, Ioan.14. *Orabo ad Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*, ex qua Apostolis data sũt, vt singularibus ad omnes Christianos referuntur, ad sacerdotes, quæ vt sacerdotibus dicta sũt, ad Episcopos, quæ vt prælatis, priuilegia verò ad neminẽ transire potuerunt, quiâ ijsdem tantùm personaliter cõcessa fuerunt, cap. *Aqua*, de consecratione, c. *Mandata*, de præsumpt. l. *Forma*, §. *Quanquàm*, ff. de censibus: singulas autẽ classes facilè distinguemus ex singulorum munerum finibus. *Matt.5.* *Ioan. 20.* *Ioan.14.* *C. Aqua. de cõsecr.* *C. Mandata.*

5. Vnde aduertendum est ex sacris

A locis cõstare duos gradus Apostolorum, scilicet Matth.10. Marc.3. Luc. 6.& discipulorũ Luc.10. à ChristoD. distinctos fuisse. Planè institutionem hanc non tantũ ad illud temporis, sed ad perpetuã Ecclesiæ conseruationẽ factam esse satis ostendit perpetuitas ipsius Ecclesiæ, & sacrificium, quæ Christus promisit Matt.vlt. *Vobiscum ego sum vsque ad consummationem sæculi*, iuncto Marci c.13. *Quod autem vobiscum dico, omnibus dico*, quãuis autẽ Christus Dominus ipse Apostolorũ, *Matt. 10.* *Marc. 3.* *Luc.6.* *Matt.vlt.* *Marc.13*

B & Discipulorum officia sigillatim nõ distinxerit, eorum tamen institutio eandem distinctionẽ futuram in Ecclesia satis indicauit, & ita Apostoli docti magisterio Christi, & deindè Ecclesia magisterio Apostolorũ, semper retinuit hos duos gradus distinctos, vt suprà disput.6. comprobauimus, ita vt Episcopi Apostolis succedant in plenitudine potestatis ordinariæ, præsbyteri autem, qui à Christo in discipulis figurati sunt successerunt

C in sacerdotio Apostolis, vt expressè Trid. sess.23.c.1. quod sanè licet Christus expressè non docuerit, eius tamen fuisse institutionem, & Apostoli, & Ecclesia Spiritu Sãcto illustrata patefecerũt, & antiquissimis Patribus ab ipsius nascẽtis Ecclesiæ primordijs factũ cõprobat Bellarm. 1.tom.controuer.5.lib.1.c.14.vers.4. & sequentib. ita vt hoc vnũ sit ex illis, de quibus dixit, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cũ venerit autẽ Spiritus veritatis docebit vos* *Trident.* *Bellarm.*

D *omnem veritatem*; quos discursus colliges 1. ex Cano dictis locis Theolog. li.6.c.8.vers.10. Banh.c.22.q.1.ar.10, dub.4. vers. *Hac autẽ*, pag.212. posteriori verò ex Petro Soto de institut. *Cano.* *Banhes.* *Sot.*

Aa sacer-

sacerdotum de sacram. ordinis lect. 1. vers. *Ex ipsa scriptura.* Hoc supposito facilè tolletur argumentum, fatemur enim Christum Dominũ 72. discipulos sacerdotes constituisse apertè nõ constare, neque expresse aliquo loco potestatẽ ordinis eis cõtulisse, sed tamen Ecclesiã diuino Spiritu illustratã ex institutione, & distinctione graduũ, quos Christus distinxit optimè collegisse oportere, Episcopos Apostolis in plenitudine ordinariæ potestatis, præsbyteros verò eisdem in sacerdotio succedere.

6. Quibus sic constitutis fit consequẽs potestatem consecrandi, & cõficiendi sacramentum Eucharistiæ adeò ad sacerdotes spectare, vt ritè ordinati, etiã præcisi ab Ecclesia hæretici, aut excõmunicati validè conficiant, diximus enim potestatem consecrãdi, ita ad sacerdotes pertinere, vt potestas ipsa à charactere essentialiter non distinguatur, sed character ipse indelebilis est inhærẽs animę, ita vt per nullã omnino potestatem ab ea valeat separari, Glossa verbo *iniuria*, in c. 2. *de Apostatis*. D. Tho. 3. p. q. 63. art. 5. Soto in 4. dist. 1. q. 4. §. 2. Viuald. de sacramentis in genere n. 10. & de sacram. ordinis n. 18. comprobat Trid. sess. 7. can. 9. & sess. 24. can. 4. fit ergo manifestissimũ, quod si potestas consecrãdi à charactere essentialiter non distinguitur, & character ipse ab anima nullo modo valet separari, ita & potestas cõsecrandi per Ecclesiam impediri nequit, atque ita hæreticũ validè conficere hoc sacramentum probat Glossa in cap. 2. de clerico excõmunic. cuius sententiã in Glossa vlt. in fine, in c. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. comprobant verissimam esse ex

D. Thom. *Sot.* *Viuald.* *Trident.* *Glossa c. 2. de clerico excomm.* *Gloss. 2. de pœnit.*

D. Thom. Cou. Viuald. Cened. atq; A alijs relatis suprà §. 2. n. 3. in fine, quibus adde latissimè relatos ab Hẽriq. 2. p. lib. 8. c. 54. lit. C. Bellarm. tom. 3. lib. 4. de Excharist. c. 16. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 218. à n. 6. disp. 219. n. 20. Aegidius de sacram. q. 82. art. 1. dub. vnic. Soar. de sacram. disp. 61. sect. 3. Fagund. in 3. pręcept. Ecclesiæ lib. 3. c. 1. n. 1.

D. Thom. *Couar.* *Viuald.* *Cenod.* *Henriq.* *Vasq.* *Bellarm.* *Ægid.* *Soar.* *Fagundes*

7. Ex prædictis tamen consequitur non esse admodũ facile differẽtię rationem demonstrare; quare sacerdos B præcisus ab Ecclesia, validè sacramẽtum Eucharistię cõficiat, iuxta modò dicta, & tamen sacramentũ pœnitentiæ ab eo collatũ nullius sit momenti, vt est receptissima traditio, quam argum. text. in cap. *Ad probandum*, de re iudicata cõprobat Nau. in Man. c. 9. à n. 8. Henriq. 2. p. lib. 13. cap. 10. §. 2. Viuald. 1. p. tit. de absolutione n. 79. & 2. p. tit. de excõmun. à n. 29. Difficultas in cõmuni est; diximus characterem sacerdotalẽ ab ipsa potestate nõ distingui, nisi quatenùs ad diuersos C actus refertur, consecrare scilicet, vel peccata remittere; igitur quemadmodùm potestas consecrãdi Eucharistiã est omnino inseparabilis, indèq; pręcisi ab Ecclesia eam retinent potestatem, quod etiã in potestate remittendi peccata dicendum videbatur; difficultatem sentit Soto in 4. dist. 4. q. 4. art. 2. versic. *Hoc supposito*, notatque ex D. Thom. inter hæc duo sacramenta illam esse differentiam, quoad propositum: nam in sacramento Euchari- D stiæ, alijsque similibus non requiritur actus aliquis exterior suscipientis, sed tantũ, vt suscipiat materiam exterius appositã; at verò in sacramẽto pænitẽtiæ actus ipsius pęnitẽtis exigũtur, & necessa-

C. ad probandũ de re iudica. *Nauar.* *Henriq.* *Viuald.* *Soto.* *D. Thom.*

necessarij sunt, tanquã materia ipsius sacramẽti, cũ igitur sacerdotes materiam illã, & subiectionem personarũ nõ accipiant, rectè dicimus potestatẽ posteà ab Ecclesia accipere, dum subditi eis tradũtur, iuxta ea, quæ suprà disp. 1. n. 13. diximus, & infrà latiùs explicabimus, & per cõsequens, quẽadmodũ Ecclesię eis potestatẽ tribuit, ita etiã eandẽ potest impedire; vnde etiã ratio cõstat, quare sacramentum Ordinis, aliaque sacramenta, ab Episcopo non suo illicitè, validè tamen conferantur, cap. *Quod translationem*, de tempor. ordin. & tamen sacramẽtum pœnitentiæ præstitũ à sacerdote nõ proprio nullius momẽti est, iuxta tex. cum ibi notatis in c. *Omnis*, de pœnitent. & c. 2. eod. tit. in 6. Facilè enim ratio colligitur ex modò dictis, & prosequitur Soto d. loco, Nauar. in c. 1. in princ. à n. 4. de pœn. dist. 6. & in Manu. c. 4. n. 1. plures relati à Viuald. d. p. 1. tit. de absol. n. 48. Soar. 4. to. disp. 28 Fagũdes in 2. Eccl. præcept. lib. 7. c. 1.

C. Omnis, de pœnit. — *Sot.* *Nauar.* *Viuald.* *Soar.* *Fagundes.*

8. Habemus iã præsbyteros obtinere plenã potestatẽ circa sacramentũ Eucharistiæ, nũc verò resoluamus illam quæst. an scilicet ordinãdi, confirmãdi, aliaq; ordinis ministeria, quibus Episcopos præsbyteris diximus esse superiores saltẽ ex Sũmi Põtificis delegatione, aut priuilegio exequi possint nõ Episcopi, & ex dictis pars negatiua teneda videbatur; diximus enim ex ipsa Christi institutione distinctos præsbyteros ab Episcopis, atq; ita ex eadẽ aliquos esse actus, qui ad solos Episcopos pertineãt; cõstat etiã ea, quę à lege diu ina, vel à Christo reseruata sũt certo ordine minimè posse alijs cõmitti etiã à Rom. Pontifice ex vulgari regul. tex. in c. *Sũt quidã*. 25 q. 1. facit text. in c. *Quãto* de consuet. dũ negat cõsuetudinẽ id posse efficere, iuncta vulgari regula, quod à pari procedũt priuilegiũ, & cõsuetudo. l. 3. §. *ductus aquæ*, ff. de aqua quotid. & æstiu. c. *Super quibusdã*, §. *Præterea*, de verb. sign. quibus fundamentis hanc partem negatiuã tuentur Durand. in 4. dist. 7. q. 4. Adrianus de Confirm. art. 3. Castro aduersus hæreses, verbo *Confirmatio*, atq; alij, quos referũt statim citãdi adducẽtes tandẽ text. in c. *Aqua*, de consecr. Eccles. Verum contrariã sententiã probat expresse tex. in c. *Peruenit*. 95. dist. vbi Gregor. 1. cõcedit, vt vbi absunt Episcopi presbyteri cõfirment, cuius text. argumento in sacramẽto cõfirmationis, eã cõclusionem, quod scil. ex delegatione, seu priuilegio Põtificis præsbyteri illud possint cõficere, sequũtur Doctores cõmuniter D. Th. ad 3. p. q. 72. art. 11. ad 1. vbi Caiet. art. 3. Cou. 1. resolut. c. 10. à n. 7. Naur. in Man. c. 22. n 8. cõ munis Theologorũ, atq; nostrorum, vt cõprobat Viuald. in Cãdelabro de cõfirmat. n. 26. & priuilegio nouiorũ Pontificũ patribus Societatis IESV, atq; ordinis Minorũ apud Indos cõmorãtibus cõcessũ, post Felin. & alios refert Henriq. 2. p. lib. 9. c. 27. §. 6. ad fin. iuncta lit. H. & quãuis circa sacros ordines maior sit controuersia, negantq; D. Thom. & ferè omnes; pars tamen affirmatiua magis placet, vt docet Glossa in d. cap. *Peruenit*, quam solemnem dicit Nauar. consi. 13. n. 1. de priuileg. & ita de facto seruari, & vidisse Bullas quibus suprà hoc committebat, quibusdã Abbatibus Cistercienfibus, refert Victoria in sũma de sacramẽt. n. 235. d. dist. 7. art. 11. atque plures alij, quos refert Hẽriq. lib. 10. c. 23.

C. Sũt quidam, 25. — *C. Quanto de consuet.* — *L. 3. ff. de aqua quot. & æst.* — *Cap. Super quibusdã. de verbor. signif.* — *Durand.* *Adrian.* *Castro.* — *Cap Aqua de consecr.* — *C. Peruenit. 95. d.* — *D. Thom.* *Caietan.* *Cou.* *Nauar.* — *Viuald.* — *Felin.* *Henriq.* — *D. Thom.* — *Nauar.* — *Victor.*

Viuald. c.23.§.1. & sequentib. Viuald. de sacram. ordinis n.17. ad finem, & facit authoritas Trid. sess.7. de Confirm. *Trident.* can.3. vbi inquit ordinarium illius sacramenti ministrum esse Episcopum, atque ita significat non esse inconueniens, quod non Episcopi extraordinarij, seu delegati fiant ministri sacramẽti confirmationis, vt benè expendit *Bellarm.* Nauar. d.n.8. Bellarm. tom.1. controuers.3. lib.4. c.11. ad fin. versic.21. Viuald. & Henriq. proximè citatis locis, Neque obstant contrariæ sententiæ fundamenta, quãuis illam fortissimã B dicat Couas d.loco n.13. ad fin. vt dif- *Couas.* ficillimũ existimet dissolui posse; facilem tamen habet solutionem: nam 1. resoluitur, si suprà dicta diligẽter expendamus; fatemur enim præsbyteros, & Episcopos ex diuina institutione diuersos gradus constituere; verũ certa illa ministeria, quibus Episcopi præstant præsbyteris, non ita expressiùs Christi Domini constat institutione, sed potiùs ex Ecclesiæ determinatione, vt suprà in 6. disp. prænotanimus, vbi etiã plures tenẽt characterem sacerdotalẽ eundẽ esse, atque Episcopalem, in eoq; solum differre, quod sacerdotalis restrictus, episcopalis extẽsus est, nihil ergo mirũ videri debet. Si ex delegatione Sũmi Põtificis character sacerdotalis, qui restrictus est, possit extendi ad illa ministeria, quæ solis Episcopis reseruantur. *C. Quanto. Ca. Super quibusdã.* Ad argumentũ verò desumptum ex d.c. *Quãto*, & regulã d.c. *Super quibusdam*, respondet eleganter Couas d.c. 10. nu.14 & confirmatur ex relatis à *Gabr.* Gabriele lib. cõmun. tit. de præscriptionib. conclus.1. à n.16. dissimiles esse terminos priuilegij, & consuetudinis, in proposito, de quo agimus: nam

A priuilegium Romani Pontificis efficax est, & potens ad tollendam inhabilitatem, quę in simplicibus sacerdotibus reperitur, ad hęc gerenda ministeria, ex modo proposita consideratione, quod tamẽ efficere non potest consuetudo ad quam omninò non benè procedit argum. Ad vltimum ex dicto cap. *Aqua*, respondetur textũ *C. A qua.* illum agere de delegatione Episcoporum, seu aliorum prælatorum inferiorum, quos libentissimè fatemur huiusmodi ministeria committere nõ posse; & patet ex litera ipsius text. in cuius materia vide multa, quæ Na- *Nauar.* uar. in Man. c.27. n.256. & latè relati *Cenod.* à Cened. 2.p. collectaneo 133. Cou. *Cou.* lib.1. var. resol. c.10. Henriq. lib.10. c. *Henriq.* 23. Aegid. tom.2. de sacram. disp.20. *Ægid.* dub.9. Vasq. disput.243. Fornarius de *Vasq.* ordine, cap.5. *Fornar.*

Hic maximè aduertendũ est, impijssimum esse dogma Lutheri, & sequaciũ asserentiũ omnes Christianos 9. sacerdotes esse, & ideò omnia sacra C ministeria posse exerceri, neq; clericorũ, & aliorũ admittendã esse differentiã; manifestè cõuincitur: nam potestas sacramẽtalis, omnisq; alia spiritualis tantũ eis conuenit, quibus à Christo Domino data est, atq; ille eã cõcessit certo generi personarũ, scilicèt Apostolis, & suis successoribus, id est Episcopis, & presbyteris, iuxta suprà dicta: igitur impiũ est hanc antiquissimo Ecclesiæ vsu receptissimã, & ab ipso Christo inductam negare D differentiã, & constat ex Apostolorũ, & Discipulorum distinctione à Christo facta iunctis ijs, quæ n.2. resoluimus; confirmatur præterea ex corporis humani similitudine; quemadmodum enim in corpore multa sunt membra,

membra, oculus, aures, & reliqua, ita in Ecclesia plures esse ministros, pluraque distincta officia, vt docet Paulus ad Corinth. 12. refertur in capite *Cum ex iniuncto*, vers. *Sicut*, & in cap. *Sicut*, de hæreticis. Facit præterea elegãs auctoritas, de qua suprà Num. 16. vbi legitur terram deuorasse Nathan, & Abyron contendẽtes sufficere populum sanctũ esse, neque opus esse sacerdotibus. Confirmat deniq; text. in cap. *Duo sunt*. 2. q. 1. & definit Tridenr. sess. 7. cap. 10. & sess. 23. c. 4. & can. 7. multaq; doctè, & eleganter in hoc argumento præstiterunt Pigh. de Hierarchia lib. 2. cap. 3. Soto de sacrament. ord. lect. 3. Victor. relect. 2. sect. 2. à principio, Soto in 4. dist. 10. q. 1. art. 3. concl. 4. & dist. 15. q. 1. art. 1. Henriq. 1. p. cap. 26. §. 3. & 2. p. lib. 10. cap. 4. §. 2. litera. G. Bellarm. tom. 1. controuers. 5. lib. 1. c. 1. & sequentib. latissimè tom. 2. lib. 1. c. 21. Scribon. in Theosim, seu de sacram. disput. 7. de ordine, q. 2. Filliuc Moral. quæst. tract. 9. c. 1. q. 5. & alij suprà relati in 1. q. procemiali, n. 34. Neque obstat præcipuum fundamenrum Lutheri, & eius sectatorum ex auctoritate 1. Petri cap. 2. & Apocalyps. cap. 2. dum Christiani omnes sacerdotes appellantur, vt suprà expendimus in 3. arg. 1. quæstionis; respondet enim elegãter Pighius cap. 3. vers. *Sed duos*, illa verba esse intelligenda de omnibus Christianis collectiuè sumptis; sed facilius dico Christianos sacerdotes dici generali nomine, quod & se, & sua Deo offerunt in sacrificio, seu spirituales hostias merirorum suorum, & deducitur ex verbis ipsius Petri, ibi spirituales hostias offerentes; non tamen inde negandum est extremum

D. Paul. *Cap. Cum ex iuncto.* *Ca. Sicut, de haret.* *Cap. Duo sunt. 2. q. 1* *Trident.* *Pigh.* *Sot.* *Victor.* *Henriq.* *Bellarm.* *Scribon.* *Filliuc.*

A visibile sacrificium, atque sacerdotiũ; in quo omnes spirituali ratione consecrati aduisibile illud extremum sacrificium perficiendum constituũtur, vt definit Trid. sess. 23. cap. 1. can. 1. quomodo argumentum soluit Soto vbi proximè, versic. *Respondetur*, latè Bellarm. d. tom. 2. c. 15. ad primũ; alia hæreticorum friuola fundamenta in nostra q. 1. de ordine Hierarchico in genere cũ Bellarm. & alijs diluimus.

Trident. *Sotus.* *Bellarm.*

10. Tãdem consequitur conficere sacramentum Eucharistię non ad quẽlibet laicum, sed ad solos sacerdotes B spectare, Tridẽt. sess. 22. c. 1. & sess. 23. c. 1. text. optimus in cap. 1. §. *Vna*, de summa Trinit. & fid. Cathol. consequitur etiam potestatem remittendi peccara non laicis, sed tantùm sacerdotibus competere, probat Tridenr. sess. 14. de pœnit. can. 10, text. in cap. *Verbum*, ibi, *solis sacerdotibus*, de pœnitentia dist. 1. Vnde iam meritò Leo in ea Bulla celeberrima, qua errores Lutheri damnauit, inter alios eum recenset, qui docebat vbi non est sacer- C dos facere æquè totum posse quemlibet Christianum etiamsi mulier, aut puer esset; atque ita iam liquet verissimam esse sententiam laicum etiam in mortis articulo, & deficiente sacerdote à peccatis sacramẽtaliter absoluere non posse, docet Glossa verbo præterquã in fine in cap. *Pastoralis*, c. *Præterea* de officio ord. quam memorabilem dicit, & comprobat Nauar. in c. 1. in princ. à n. 74. de pœnitentia, dist. 6. & firma fide tenendũ esse scri- D bunt Doctores in materia de pœnitentia. Neque obstat text. in d. cap. 1. in princip. ibi, *Si deest sacerdos, confiteatur proximo, &c.* de pœnitent. dist. 6. respondetur, verba illa referenda

C. 1. de su. Trinit. *Trident.* *C. Verbũ, de pœnit. dist. 1.* *Nauar.*

esse ad potentiã quasi in eo casu, quo sacerdos desit possit laico confiteri, propter aliquas vtilitates, maiorem scilicèt verecundiam, & ruborẽ, maioremque dolorem peccatorum ad contritionem perficiendam; non verò, quod possit laicus sacramentaliter absoluere. Neque etiam obstat text. in cap. *Sanctum*, de consecrat. dist. 4. vbi Augustinus laudat factum naufragi, qui in eo periculo confessus est laico, quem recenter baptizauerat; respondetur enim factum laudari nõ eo quod laicus possit sacramentaliter absoluere, sed propter alios effectus proximè notatos. Ex quibus etiam difficilis est tex. in cap. 3. de furtis, dum admittit confessionem Diacono fieri posse, cui consentaneus est locus Cypriani epistol. 13. aliàs lib. 3. epistol. 17. vbi etiam Diacono committit, vt absentia præsbyteri, reconciliet pænitentẽ iam in animam agẽtem; sed respondetur textum illum procedere de eo, qui erat in pænitẽtia solemni, cuius reconciliatio deficiente sacerdote ad Diaconum pertinebat, & colliges, atque explicabis ex ijs, quæ Henriq. d. §. 7. iuncta liter. I. Vel melius dicendum est sensum text. esse, si ostenderit signa contritionis, & pænitentiæ non esse illi denegandam communionem: numerãtur autem specialiter sacerdos, & Diaconus, quia à sacerdote potest, & absolui, & communicari: Diaconus verò, quamuis non possit illum absoluere, potest tamen in illo articulo, & deficiente sacerdote Eucharistiæ sacramentum ministrare illi, dummodo alius se sufficienter dispositum ostendat, & hoc significatum est per illa verba, si Diacono confessus fuerit.

Ca. Sanctũ de consecr. dist. 4.

C. 3. de furtis.

Henriq.

A Tandèm non obstat, quia interdum minister, qui per se, & ordinariè non sufficit ad aliquod sacramentum ministrandum, potest sufficere ex dispensatione Pontificis, vt in sacramento Confirmationis constat: ergo licet sacerdos sit ordinarius minister huius sacramenti ex dispensatione, poterit sufficere Diaconus præsertim cũ hoc sacramentum sit maioris necessitatis; respondetur enim dari rationẽ differentiæ, quia in sacramento pænitentiæ minister regulariter deesse B non potest, neque potest accidere, vt communi bono Ecclesiæ, vel alicuius prouinciæ eius expediat talis dispensatio, quia sacerdotes in Ecclesia ordinariè inueniuntur, ita vt in particularibus casibus raro deficiãt, & ideò non oportuit, vt in eo posset dispensatione vti. Confirmationis autem ordinarius minister est solus Episcopus, qui interdum deesse potest etiam in tota aliqua regione; itẽ, quia sacramentum confirmationis solùm presbytero committi potest, qui C iam habet potestatẽ in verum Christi corpus, & adhùc in controuersia est, an in charactere differat ab Episcopo: at verò si ministerium huius sacramenti committendum fuisse alteri, quàm sacerdoti, committeretur homini non habenti potestatem in verum Christi corpus. Quæ quidẽ sunt congruentiæ. Vera autem ratio est Christi institutio.

Facilè tamen non est respondere rationi, quarè Baptismi sacramentum D à laicis præstitum validũ sit, non verò reliqua, ex resolutis modo, valere autem probat Pontifex in cap. *Ad limina.* 30. q. 1. & in cap. *Super quibus.* 30. q. 7. & in cap. *In necessitate*, & in cap. 11.

Ca. Ad limina. 30. q. 1.

Cap. Super quibus. 30. q. 7.

C. à quodã de conſecr. diſt. 4. Bellarm. Auguſt. Viuald. cap. *à quodam* de conſecratione diſt. 4. cum multis alijs additis à Bellarm. tom. 2. lib. 1. c. 7. Auguſtinus de Baptiſmo q. 3. art. 1. concluſione. 3. & alij citati à Viualdo de Baptiſm. num. 39. & ſtatim referendi. Reſpondent Doctores communiter Baptiſmum eſſe ſacramentum maximæ neceſsitatis, ideoquè conuenientiſsimum fuiſſe, vt in materia communi à qua ſcilicèt, quæ vbique facile reperitur, & in ſimplicißima actione, atque verbis inſtitueretur, atque prætereà, vt miniſter communis eſſet, eiusque miniſteriũ cuiuis de populo cõcederetur; ad ſimile autem de ſacramento pænitentiæ, quod etiam neceſsitatis reſpondent, non eſſe tantæ neceſsitatis, cũ conſtet per contritionẽ ſuppleri poſſe defectum confeſsionis ſacramentalis; at non ita in Baptiſmo ſaltem in paruulis, iuxta illud Chriſti Domini, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* refertur in cap. *Debitum*, de Baptiſmo. C. Debitũ de Bapt. Verum contra hanc receptiſsimam reſolutionem replicatur concludere ſolùm poſito articulo neceſsitatis, nõ vero eo ceſſante, cum tamen apud omnes conſtet etiam extra neceſsitatem Baptiſmum à laico fæmina, vel infideli collatum, validum eſſe, quanuis conferens mortalem culpam cõmittat, prout deducitur ex dicto cap. *à quodam*; faciunt verba Auguſtini libr. 2. contra Parminian. cap. 19. dum, inquit, *Sed etſi nulla neceſsitas vſurpetur, & à quouis cuilibet detur, quod datũ fuerit, non poteſt dici non dattum, quanuis reduci poſsit illicitè datum*, & probat Trid. Soar. Trident. d. ſeſſ. 7. de Baptiſm. eleganter Soar. tom. 2. diſput. 23. ſect. 1. Sed reſpondetur ex communi ſenſu, & traditione Eccleſiæ ſemper intellectum fuiſſe Chriſtum Dominum ita

A ſacramentum Baptiſmi inſtituiſſe vt validè à quolibet ſemper preſtaretur, vt Apoſtolica facta declarant, Ananias autem, qui laicus fuiſſe creditur Saulum baptizauit, Actor. c. 9. & 10. Actor. c. 9. & 10. Petrus iuſsit familiam Cornelij à fratribus baptizari, qui ſecum venerat, & adhùc puer multos baptizauit, vt proſequitur Henriq. 2. p. lib. 2. c. 28. Henriq. Soar. litera D. Soar. ſuprà citato loco comprobans in hoc ſacramento, id præcæteris congruentiſsimũ fuiſſe; quã-

B uis enim pænitentiæ ſacramentum ſit neceſſarium, non tamen ex eo tãta requiritur neceſsitas, non ſolùm quoad ſalutem vltimam, ſed quoad effectus diuinæ gratiæ cũ baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum. cap. vltim. de præsbytero non baptizato; vnde etiam ſtante neceſsitate Ca. vlt. de praeb. non baptizat. non poteſt eſſe pænitentiæ miniſter quilibet homo; ſed ſolùm ſacerdos, vt ſuprà oſtendimus, neque etiam in quauis neceſsitate, ſed tantùm in ex-

C trema, & deinde, quia baptiſmus non poteſt iterari, pænitentiæ verò ſic. Vnde in pænitentia nullum eſt periculum ſi non valeat ex eo, quod non erat tanta neceſsitas, quanta requiritur, Baptiſmus verò non eſt iterabilis, & ita oportebat, vt omnia certa ſint, quoad illum conficiendum, vt diſpoſitis ſtatim valeat, ſiue ſubſit neceſsitas, ſiue non, quod latiùs explicat Soar. d. ſect. 1.

12. His expenſis iam non poſſum non mirari Caluini inſaniam, qui cum do-

D ceat omnes Chriſtianos etiam laicos pariter omnium ſacramentorũ idoneos eſſe miniſtros, de Baptiſmo tamẽ (de quo agemus) negat illum etiã in neceſsitatis articulo miniſtrari poſ-

ſe, niſi ab illis, qui miniſtri ſunt Eccleſiæ ad hoc inſtituti, contra quem latè ſcripſit Bellarmin. d.c.7.& Soar. dicta ſect.1. Neque obſtat præcipuum Caluini fundamentum auctoritate Matthæi vltim. *Euntes, &c.* quo loco ſolos Apoſtolos videtur Chriſtus huius ſacramenti miniſtros inſtituiſſe. Nam primò reſpondet Bellarm. probabile eſſe non ſolùm Apoſtolos, ſed multo plures præſentes fuiſſe, quo tempore Chriſtus ea verba pronunciauit. Sed melius reſpondetur Apoſtolica facta declaraſſe mandatum illud, vt ſuprà oſtendimus; manet igitur ſtante neceſsitate, laicum, vel etiam hæreticũ, & fœminam, validè, & licitè baptizare; ſeruato tamen ordine, ita vt præſente clerico, non laicus, præſenti fideli non infidelis, neque præſenti viro fœmina baptizet, ſi autem prętermiſſo eo ordine, vel extra neceſsitatem laicus, aut infidelis, aut fœmina ſeruata Eccleſiæ forma baptizauerit, baptiſmus valet, illi tamen peccant mortaliter, ſic miniſtrantes, vt reſoluit Nauar. Soto, Bellarm. Soar. Henriq. & alij citati ſuprà.

Bellarm. Soar. — *Mat. vlt.* — *Nauar. Soto. Bellarm. Soar. Henriq.*

13. Poteſtas ordinis adeò ſacerdotibus competit, vt neque per Pontificem nulli laico committi poſsit, notat Gloſſa.1.in cap. *Quanuis*, de Conſuetud. quam magis communiter receptam teſtatur ibi Abb. nu.8. comprobat latè Tryumph. de poteſtate Eccleſiæ, q.74. artic. 3. ſenſit Sot. in 4.diſt.7. q.1. art.11. & omnes Theologi in tract. de Ordine; comprobatur ratione, cum enim conſtet ſolos ſacerdotes ex legis diuinæ inſtitutione miniſtros ſacramentorum fuiſſe conſtitutos, ideò laicus ſacramenta exercere non poteſt. Pæterea conſtat à Summo Pontifice mutari non poſſe A ea, quæ circa materiam, formam, aut miniſtros ſacramentorum conſtituta ſunt, & ita apud omnes in confeſſo eſt, non poſſe Summum Pontificem laico concedere, vt conſecret ſacram Euchariſtiam: ergo neceſſariò ſequitur ſacramentorum adminiſtrationē laicis à Summo Pontifice demandari non poſſe.

Gloſſa in c. Quãuis de coſuet. Abb. Triump. Soto.

Dixi, nulli laico, vt oſtenderem Principibus ſæcularibus clauium poteſtatem minimè competere. Proba- 14.
B tur, quia clauium poteſtas à Chriſto Domino ſolùm Pontificibus, Epiſcopis, ſacerdotibus conceſſa reperitur, iuxta prædictas reſolutiones; planè ſæculares principes à Summo Pontifice, Epiſcopis, & ſacerdotibus longè diſtinguntur; diſtinctumque habent officium, manifeſtiſsima enim erit inſania, ſi quis ſæcularis Princeps eo ipſo, quod Princeps eſt, ſacerdotis vſurpet munus, vt ſtatim ex dicendis apparebit: ergo, &c. Et confirmatur, C quia duplex reperitur poteſtas ſpiritualis, ſcilicet à Chriſto Domino in lege Gratiæ ſupernaturaliter data, qua homines ad finem ſupernaturalem, æternamque beatitudinem dirigerentur; alia naturalis à Deoq; ipſo naturaliter in finem naturalem, vt ſcilicèt temporalis Reſpublica in pace, & tranquillitate gubernetur, floreat, & conſeruetur, quam diſtinctionem ex vtriuſque poteſtatis fine ſatis docet Cyprianus in cap. *Quoniam*. 10. diſt. facit cap. *Suſcipiſtis*, ead. diſt. con- D firmat text. ſingularis in cap. *Cum ad verum*. 96. diſt. cap. *Solitæ* de maiorit. & obed. Extrauag. *Vnam ſanctam*, eodem tit. inter communes, & eſt optimus text. in cap. *Noſſi incompetenter*, §. *Sed*

C. Quoniã 10. diſt. C. Suſcipiſtis. eadem diſt. Cap. Cum adverum. 96. diſt. C. Solitæ. de maior. & obed. Extrau. Vnãſanct. C. Si incõpetenter.

Authent. Quomodo oporteat. collat. 1. §. *Sed notandum*. 2. q. 7. Neque id solū attestantur Patres, vt iam suprà ostē-A dimus in disp. 1. verum etiam ex ipsis Imperatoribus, Iustiniano in Auth. *Quomodo oportet Episcopis collat*. 1. ibi *Sacerdotium, & imperium illud diuinis ministerijs, hoc autem temporalibus præsentis*; facit authoritas Valentini Imperatoris, relata in cap. *Valentinianus*. 63. dist. in electione Ambrosij, ibi, *Ego quidem commiseram corpora, tu autē animas*. Vnde eleganter Theodoret. lib. 5. histor. c. 17. scribit eundē Ambrosium dixisse Theodosio Imperatori, *purpura Imperatores facit non sacerdotes*. Et ita epistol. 33. ad sororē dixit, de Imperatore loquens, *publicorum tibi ius commissum est, non sacrorum*.

C. Valentinianus. 63 aist.

Theodor.

15\. Denique in lege veteri expressa habemus testimonia 2. Paralipom. c. 19. vbi, inquit, *Iosaphat Rex, Amarias sacerdos, & Pontifex in omnibus, quæ ad eum pertinent præsidebit*; porrò Saladias *super ea opera erit, quæ ad Regis officium*. Et 2. Paralipom. c. 26. vbi cum Ozias Rex vellet thus adolere prohibuit, cum Pontifex dicens, *Non est tui officij Ozia adolere incensum Domino, sed sacerdotum*, & cum ille perseuerare grauissima lepra percusus est. Tandem teste Varrone, & Hallcarnasseo initio Romæ nascentis constituit Romulus eos, qui sacra peragerent à reliquis esse distinctos; quibus alijs latissimè additis discursum hunc comprobat Pighius de Ecclesiastica Hierarchia lib. 6. c. 12. versic. *Quidam dicunt*, Turrecr. d. lib. 1. de potestate Ecclesiæ, c. 87. Victoria relectione 1. de potest. Ecclesiæ sect. 1. n. 2. & sect. 7. n. 3. Nauarr. in cap. *Nouit*. notab. 3. à n. 23. de indicijs, Cou. Practic. c. 31

2\. Paral. c. 19.

2\. Paralipom. c. 26.

Varron.

Pigh.

Turrecr.

Victor.

Nauar.

Cou.

n. 2. versic. *Prima conclusio*, latè Bellarmin. 1. tom. controuers. 3. libr. 1. c. 7. per totum, & Soar. aduersus Anglic. sectæ errores libr. 2. cap. 12. cum sequentibus, latè per eos conuellens contrarium errorem Brentij, atque Henrici octaui Angliæ Regum, qui Ecclesiæ Anglicanæ caput se constituit, eodemque modo censet alios Principes supremos esse capita Ecclesiæ in suis Regnis.

Bellarm. Soar.

16\. Neque iam obstat præcipuum fūdamentum quo suam astruebant sen-B tentiam ex Regum legis veteris exēplo, dum legimus Moysem, Iosue, Dauid, Salomonem, atque alios, qui duces, aut Reges erant negotijs religionis se immiscuisse. Nam respondetur primò Moysem non solùm Regem, sed sacerdotem fuisse, vt constat Psal. 98. *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius*; vnde comprobant Bellarmin. & Soarius dictis locis, reliquos autem si quando sacra munera obtulerunt, nō tanquam Reges, sed tanquam Pro-C phetas, vel ex alia ratione, ex quadam potestate extraordinaria gessisse: neque tamen indè negandum est in illa parte sacra ministeria solis sacerdotibus, non autem Regibus fuisse permissa, iuxta prædictas auctoritates Paralipomen. 19. & 26.

Psal. 98. Bellarm.

Soar.

Paralipo. 19 & 26.

17\. Adducunt prætereà Blacterantes auctoritatem Pauli ad Roman. 13. ibi, *Omnis anima sublimioribus subdita sit*, & ibi, *Dei minister est*, & ibi *non sine causa gladium reportat*, refertur in cap. *Omnis anima*, de censibus, vt suprà expē-D dimus: vnde inquiunt probari custodiam, & conseruationem legis diuinæ Regibus, ac Principibus esse cōmissam. Sed facilè respondetur, fatēdo Principes potestatem habere spiritualium,

Rom. 13.

C. Omnis anima de censibus.

ritualium, sed ministerialium, quatenùs scilicèt opus est ad spiritualium defensionem, & spiritualis potestatis obsequium, & explicat tex. in Extrauag. *Vnam sanctam*, vers. *In hoc*, de maiorit. inter cōmunes; confirmat Tryumph. de potest. Eccles. q. 1. art. 1. in corpore, Bellarm. & Soar. vbi proximè, quibus adde Penha ad direct. 1. p. scholio. 7. Couas in regula Peccatū, 2. p. §. 9. n. 7. Menchaq. illustrium cap. 20. & sequentibus. Neque obstat auctoritas Petri, quam iam suprà retulimus cap. 2. ibi. *Regi tanquam præsidenti*: nam respondetur clericos Regis subditos esse, quatenùs homines politici sunt, & partes ciuilis Reipub. iuxta ea, quæ notantur in cap. 2. de immunitate Ecclesiarum, & quę Henriq. 2. p. lib. 10. cap. 25. §. 5. cum Doctoribus supracitatis.

Extrau. Vnam sanctam. Triumph. Bellarm. Soar. Penha. Couas. Mench.

18. Vnde falsum est asserere Imperatorem Romanum (quod vulgo receptum videmus) esse in sacris constitutum, vt multi deducunt ex cap. *Valentinianus*. 63. dist. ibi, *vt ordinem meum decet*; quare Imperatorem subdiaconum esse vulgaris opinio est, vt testatur Alexandrinus in eodem tex. n. 3. & alij; & deinde, quia consecratur, cap. *Venerabilem*. 34. versic *Verum*, ibi, *Inungimus, consecramus, & coronamus*, de electione; vnde sacratissimus solet appellari; deduciturque efficax argumentum ex vsu Ecclesiæ, secundum quem si Imperator in Curia Romana reperitur Missæ Papali inseruit, maximè in festo Natiuitatis, in quo ad Matutina constat septimam lectionē sub Euangelio, *Exijt edictum à Cæsare Augusto*, idque obseruasse Federicum tertium Imperatorem, Pontifice Paulo secundo præsenti anno Dñi. 1468. testantur auctores grauissimi, de quibus infrà. Sed soluitur argumentum si aduertas Imperatorem purè laicū esse, & illam vulgi opinionem merito approbari à Glossa vltima in d. cap. *Valentinianus*, vbi Alexánd. & omnes sequuntur, teste Durand. in rationali diuinorum lib. 2. cap. 11. n. 6. latè Castald. in tract. de Imperatore q. 29. à principio, tum multa, tum illud adducens fundamentum, quod subdiaconatus sacer ordo est, dirimens matrimonium, cap. *Erubescant*. 32. dist. cap. *À multis*, de ętate, & qualitate, notatur in cap. *vnico* de Voto lib. 6. & infrà latè dicemus, & tamen Imperator validè contrahit, vt vsus totius Ecclesię semper docuit, & deinde, quia licet Imperator, sicut & alij principes inungi, & consecrari dicantur d. cap. *Venerabilem*, non tamen propriè consecratio est, sed longè diuersa ab Episcoporum, & sacerdotum consecratione, vt colligitur ex discursu textus in cap. *vnico*, §. *Vnde*, iunctis præcedentibus, & sequentibus de sacra Vnctione, neque in sacro aliquo ordine constitutus dici potest, hic enim non aliter, quam sub certo ritio, certisq; habitis ceremonijs conferri potest, vt scilicet iniciandus instrumenta accipiat de manu Episcopi, subdiaconus scilicet vacuum calicem cum patena, cap. *Subdiaconus*. 23. dist. D. Thom. ad 3. part. quæst. 31. art. 1. post Sot. Ledesm. Victor. & Henriq. plures refert Vasq. in 3. part. tom. 3. disp. 238. cap. 5. Quæ tamen solemnia in Imperatoris electione, vel coronatione minimè obseruari satis constat, tum ex vsu ipso, tum quia id omnes legimus obseruari, & patet in scripto à Castald. d. quæst. 29. cum præcedētibus, Bald.

C. Valentinianus. 63 dist. C. Venerabilem 34. de elect. Glos. vlt. in d. c. Valentin. Alex. Durand. Castald. C. Erubescant. 32. d. Ca. à multis de ætate & qualit. C. vnic. de Voto lib. 6 C. vnic. de sacra vnct. C. Subdiaconus. 23. dist. D. Thom. Sot. Ledesm. Victor. Henriq. Vasq.

per

Castald. Bald. Innocent. Ioan. An. per integrum tractatum de corona Imperatoris maximi, pagin. 61. & sequentibus, dum post Innocent. Ioan. Andr. & alios latè probat antequàm coronetur, & vngatur, plenum imperium, & plenum ius imperij per solã electionem consequi imperatorem, atque ita iam actum illum offerendi calicem Papæ celebranti, atque etiã recitandi epistolam non exerceri ab Imperatore, ratione ordinis alicuius, quem non habet, ex modò dictis, sed ex potestate extraordinaria. Faciunt quæ circa Regem Dauid, & alios suprà notauimus. Ad textum verò in d. cap. *Valentinianus*, ibi, *ordinem meum*; respondetur non esse intelligendum de aliquo sacro ordine, sed potiùs officio Imperatoris, quasi promittat Imperator adiutorem Ecclesiæ semper se futurum, vt munus, & officij debitum postulat, quo præcipuè cõstat, vt Ecclesiæ patronus, & aduocatus cap. 1. 24. quæst. 5. comprobat Bellarm. in fine tom. 1. controuersia. 5. de translatione Imperatoris libr. 1. cap. 13. vers. 13. *Cap. 1. 24. q. 5. Bellarm.*

19. Ex his consequitur neque Imperatorem, neque alios sæculares principes habere potestatem disponendi de decimis neque eas recipere posse; cum enim ex dictis constet officij spiritualis incapaces esse, & decimæ officio spirituali sint annexæ, iuxta illud Numer. 18. *Filijs leui dedi omnes decimas pro ministerio in quo seruiunt mihi*, & textus in cap. *vltimo* de rescriptis lib. 6. dum probat propter officium dari beneficium, faciunt notata in cap. *Cum contingat*, de decimis, sequitur, quod quemadmodum officij spiritualis, ita decimarum sunt incapaces, atque ita hac eadem ratione *Num. 18. Cap. vlt. de rescrip. lib. 6.*

probat textus in cap. 16. quæst. 1. & in A cap. *Tua*. 25. de decimis, consonat regula, cap. *Causamque*, de præscript. D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 3. & est cõmunis secundum Cou. 1. resolution. cap. 17. n. 1. Sot. lib. 9. de Iust. quæst. 4. art. 3. Menchaq. illust. lib. 1. cap. 9. n. 6. & sequentibus. *C. 16. q. 1. C. Tua. 25 de decim. C. Causãquè de pr. D. Thom. Cou. Soto. Mench.*

20. Quod tamen intelligendum est de puris laicis, non ita tamen si aliqui ex militaribus ordinibus professi sint, quamuis enim valde sit cõtrouersum, an veri sint religiosi, & partem nega- B tiuam tueatur Soto de Iust. lib. 7. q. 1. art. 3. ad tertium, Sarmient. de redditib. part. 4. cap. 1. nu. 13. Azor. Moral. Inst. lib. 23. quæst. 2. Ludouic. Lopez in instruct. consc. 2. p. cap. 48. Azeued. lib. 5. nouæ recopil. lib. 3. tit. 5. l. 14. n. 13. & nonnulli qui in suum fauorem afferunt D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. ad 3. affirmatiuamque teneat Nauar. in Apolog. de redditib. q. 1. men. 55. & consc. 21. & 22. de reg. & consc. 1. de conuersione coniugatorum, Martinus Ayala in compendio, & declara- C tione ordinis sancti Iacobi, cap. 1. & 2. Cou. in epit. 4. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 18. Michael Medina lib. 4. de sacr. hominum continen. controuer. 7. cap. 39. Didacus Motta in speciali, opere de hac re libr. 2. cap. 1. & 2. quos omnes vide apud Soar. tom. 4 de Religione lib. 1. cap. 4. per totum, cum quo resolue propriè esse religiosos quoad institutionem; nõ verò quoad vsum, & in ordinibus S. Ioann. Hierosolymit. & similibus, in quibus milites ab- D solutè, & non solùm coniugalem castitatem profitentur, absque controuersia fatetur vtriusque partis auctoritas veros esse Religiosos; tamen negari nõ potest omnes, & Diui Iacobi, Christi, *Sot. Sarmient. Azor. Lud. Lop. Azeued. D. Thom. Nauar. Ayala. Cou. Medina. Mott. Soar.*

Christi, & similium ordinum milites esse ecclesiasticos, & vt tales literis pontificijs exemptos esse à potestate sæculari; & eisdem concessum sit, vt decimas Ecclesiarum percipiant iustissima suadente ratione, vt scilicèt armis Ecclesiã tutantur contra Christiani nominis hostes.

21. Sed pro complemento huius quęstionis aduertendum est clauium potestatem, quam diximus ad sacerdotes de iure diuino spectare, fœminis minimè competere: probatur, dixi clauium potestatem ijs tantùm competere, quibus Christus Dominus concessit, constat autem ex dictis solis Apostolis, eorumque successoribus, Episcopis scilicèt, & sacerdotibus à Christo Domino fuisse concessam: igitur rectè hac eadem ratione concluditur institutum, & vnica ratione illationem hanc probauit Innocent. 3. in cap. *Noua*, de pœnitent. & remissionib. vbi reprobans consuetudinem, secundum quam Abbatissæ audebant benedicere moniales, confessiones audire, & legentes Euangelium publicè prædicare, subiungit rationem, quia scilicèt *Beata Virgo Maria dignior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claues Regni cælorum commisit?* Cõprobat D. Tho. in additionib. ad 3. p. q. 39. art. 1. Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 2 cõcl. 1. Victor. relect. 2. de potest. ecclesi. q. 2. nu. 3. Angl. in forib. theolog q. de clauib. art. 1. difficultate 5. & alij, quos refert Henriq. 1. p. lib. 1. c. 21. §. 2. l. n. & sequentib. & lib. 6. c. 2. §. 3. & l. 10. c. 16. §. 1. L. A. agensque de potestate censurarum latissimè Soar. tom. 5 disp. 2. sect. 3. nu. 5. Hinc notantes fœminas

22. ipso iure diuino incapaces esse eorũ, quæ sunt ordinis, & per consequens irregulares non esse, ratione sexus, vel etiam ob quancunque causam superuenientem, quę esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam; est enim irregularitas impedimentum canonicum, id est legis canonicæ, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula secundum quã omnes, qui capaces erant attenta lege diuina poterant promoueri; at verò sexus fæmineus ipsa lege diuina impeditur, & incapax est suscipiendi ordines, & per consequens, in eum irregularitas non cadit aduertit Sot. vbi proximè artic. 2. in principio, & multis additis, late Henriq. lib. 14. c. 7. eleganter Soar. tom. 5. disp. 40. sect. 7. multiplicique ratione confirmat Viuald. in Candelabro 3. p. c. 3. à principio, cum quo prenotandum est, quod licet in fæminis propriè non detur irregularitas, sed magis incapacitas ex ipsa lege diuina existens, respectu tamen religionis susceptæ, vel suscipiẽdæ multa possunt considerari impedimenta propter quæ aliquæ mulieres inhabiles fiant ad aliqua officia religionis, vel religionem ipsam, quæ diligenter prosequitur Viuald. d. p. 3. cap. 4. ex n. 4.

23. Confirmantur supradicta ex auctoritate Genes. c. 3. ibi, *Sub viri potestate eris*, qua satis ostenditur statim ab initio creati generis humani fuisse sexum fæmineum virili subiectum; subindeque, neque sacra, neque etiã profana munera in aliqua republica bene gubernata fęminis fuisse demãdata, probat textus in l. 2. ff. de regulis iuris, vbi notant scribentes omnes, & multi, quos late refert Duenh. reg. 308. & ex Philosophis, atque alijs auctoribus

Marginalia: *C. Noua. de pænit. & rem.* — *D. Thom.* — *Soto.* — *Victor.* — *Angl.* — *Henriq.* — *Soar.* — *Sot.* — *Henriq.* — *Soar.* — *Viuald.* — *Genes. 3.* — *L. 2. de reg. iur.* — *Duenh.*

Iust. Lips. ctoribus multa latè cumulat Iust. Lipsius politicorum lib. 2. c. 3. facit etiam quia minimè decebat pulchritudinē Ecclesiasticę Hierarchię fœminas admitti ad ecclesiasticos gradus, & Ecclesiæ regimen ex ratione, quæ colligitur ex D. Paulo 1. ad Corinth. c. 11. ibi, *Christus caput est viri, ita & vir caput est mulieris, quia non vir ex fœmina, sed fœmina ex viro sumpta est, vnde mulierem docere prohibe.* Idem Apostolus 1. ad Corinth. 14. facit etiam ratio textus in leg. 1. §. *Sexum*, ff. de postulando, & quæ Doctores communiter hîc notant Duenhas regul. 311.

D. Paul. 1. Cor. 11. *1. Cor. 14.* *L. 1. ff. de postulādo.*

Neque obstat textus in cap. *Diaconissam.* 27. quæst. 1. nam respondetur cum Glossa ibi, *Diaconissas appellari*, non quod ordinē, vel charácterē sacramentalem percipiant, sed propter officium quod gerebant, legendi v. g. homiliam, vel euangelia in choro ad quod destinabantur certis quibusdam benedictionibus, non autem quod fuerint speciali ritu consecratę, quemadmodum in Diaconis obseruatur. Neque subindè ordines suscipiunt licet Glossa vlt. ibi in fine contradicere videatur, sicut etiam propter officium pręsbyteræ dicebantur, quia seniores erant, & alijs præfectæ, notant ex D. Thoma Sot. vbi suprà, Castro, & plures alij, quos refert Hēriq. d. §. 2. L. P. & sequenti. Vel intelligi potest cum Vualdens. de sacram. titul. 7. cap. 58. n. 7. quod diaconissæ in eo textu dicantur vxores viduæ Diaconorum, quemadmodum constat præsbyteras dici vxores præsbyterorum, vt apertè probat textus in capite vltim. 32. distinct. & sensus erit huiusmodi viduas Diaconorum professionis velum suscipere nō posse ante annum 40. vt pro regula ponit textus in cap. *Sanctimoniales.* 20. q. 1. qui intellectus aliquibus magis placet, sed non multum conuenit literæ textus ibi *ordinari*, quod verbum non potest propriè referri ad habitus susceptionum, quare prior communis intellectus potior est, & tutior, licet hic Vualdens. ad aliud propositum maximè notandum sit.

25. C. Diaconissam. 27 quæst. 1. *D. Thom. Sot. Castro. Henriq. Vualdens.* *Cap. vlt. 32. dist.* *C. Sanctimoniales. 20. q. 1.*

Ad varia autem loca, quibus probatur mulieres prophetasse, Exod. 25. Actor. 20. Iudic. cap. 4. & 4. Reg. cap. 22. Respondetur nullum esse inconueniēs mulieres prophetare, nec nobiscum pugnare huiusmodi argumentum, prophetia enim donum Dei est, seu gratia gratis data, quod fœminis, atque laicis potest pariter conuenire, non ita potestas spiritualis ex suprà positis rationibus, vt resoluit Soto d. concl. 3. vers. *Quod si arguas.* Bellarmin. de sacram. in gener. lib. 1. cap. 25. vers. *Ad loca illa pro fœmina.*

26. Exod. 25. Act. 20. Iud. c. 4. 4. Reg. 22. *Soto. Bellarm.*

Neque obstat, quod Abbatissæ, & præfectæ monialium ecclesiasticam iurisdictionem habere noscatur, cap. *Dilecta*, ibi, *iurisdictioni suæ*, de maioritate, & obedient. vbi notat Abb. n. 2. & Doctores communiter Angl. difficult. 5. col. 2. Duenh reg. 310. limitatione 1. & in ecclesiastica dignitate dicuntur constitutę, cap. *In dignitatibus*, §. *Sanè*, vers. *Verum*, ibi, *à dignitate*, de electione libr. 6. notat Decius in leg. 2. ff. de regulis iuris, nam multi Doctores argumento succumbentes negant Abbatissas spiritualē habere potestatem, sed esse instar matris familias, neque ampliorem habere potestatem, quam istas in priuata domo, ita Victor d. relect. 2. sequitur Sot. in 4. dist. 10. q. 1. art. 4. concl. 3.

C. Dilecta de maior. Abb. Angl. Duenh. *C. in dignitatibus. de elect. lib. 6. Dec.* *Victor. Sot.*

Soar. *Fr. Eman. Rodrig.* Soar.d.n.5. Fr.Emm.Rodrig. q. reg. tom.1.q.15. art.1. sed loquuntur cōtra decisionem textus in d.cap. *Dilecta*, & contra omnia supra dicta. Quarè dicendum est longam esse differētiam inter ea, quæ sunt ordini annexa, & ad potestatem sacramentalem pertinent, & inter alia, quæ sunt iurisdictionis, eorum enim quæ ordini annexa sunt fœminæ sunt omnino incapaces, & non possunt per quæcunque humanam potestatem fieri capaces, at verò ea quæ sūt iurisdictionis, quanuis Christus Dominus fœminis non concesserit, non tamē inconuenit, quod ea possint exerceri ex Ecclesiæ cōmissione fatetur Victor. n. 5. & multos referens Soar. n.7. dictis *Soar.* locis, quemadmodum à laico ex eadē exercere possint, ex doctrina Glossæ *Glossa c. bene quidem. 96. dist.* verbo laico in cap. *Bene quidem. 96.* dist. Vnde quanuis leges canonicæ regulariter fœminis interdicant omnem potestatem spiritualem, spiritualis tamen rei indecētia effecit, vt Abbatissis in suis monasterijs spiritualis potestas concederetur, atque etiam propter euidentissimum periculum, quod suberat si viri præessent monialibus resoluit D.Tho. d. art.1. ad fin. & multi quos refert, & sequitur Hē- *D. Thom. Henriq.* riq. dicto libr. 6. cap. 2. §. 4. iuncta l. x.

26. Quibus ampliant Doctores non solùm ex speciali Ecclesiæ commissione posse habere Abbatissas spiritualem iurisdictionem, quæ tamen ordinis non sit, sed etiam generaliter eisdem à lege canonica huiusmodi potestatem concessam esse in respicientibus sui monasterij, & monialiū gubernationem, quod magis docet *D. Thom.* D.Thom.d.loco, & in 4. dist.25. q.2. art.1. ad 2. dum scribit prælationem, quæ competit Abbatissis nō esse ordinariam, sed quasi ex commissione propter periculum imminens ex virorum cohabitatione: vnde merito Doctores inquiunt Abbatissis competere omnem iurisdictionem, quæ Abbatibus competit, velut in beneficijs conferendis, & in bonis sui monasterij administrandis, cap.2. de his quæ fiunt à prælatis, cap. *Cum dilecta*, de confirmatione vtili. Glossa 1. & Doctores in d.cap. *Dilecta*, Fr.Eman. *F. Eman. Rodrig.* Rodrig.d.tom.1.q.17 art.12. & quēadmodum Abbates, ita etiam Abbatissas iuuari regula de triennali comprobat Rebuf.de pacific.possessor. n. *Rebuf.* 3.cum sequentibus.

27. *Victor.* Deindè optimè aduertit Victor.in sum.de sacrament. §.325.in fin. aliàs de clauibus, §. 14. non benè aliquos absolutè dicere, quod præceptū Abbatissarum nunquam obligat ad mortale, nam etiam si tanquā matresfam. considerentur, negandum non erat posse præcepto suo obligari ad culpā mortalem, vel venialem, iuxta materiæ qualitatem: probatur ex auctoritate Pauli ad Hebræos.13. *Obedite præpositis vestris*, atque etiam ratione vo- *Paul. ad Hebr. 13.* ti, quo se obligarunt in omnibus licitis, & honestis Abbatissis, & prælatis obedire. Tandem quia ex supra posita resolutione constat Abbatissas ex Ecclesiæ commissione habere iurisdictionem spiritualem.

28. Vltimò aduertendum est quod licet iurisdictionem Abbatissis à lege canonica concedi, nullum sit inconueniens ex dictis, nunquam tamen eisdem permissum fuit censuras ecclesiasticas ferre; hæ enim maturissimum iudicium requirunt Trid. sess. 23.de

Trident. 25.de reformat.cap.3.quod in fæminis non reperitur, text.iuncta Glossa verbo *varium*, in cap. *Forus*, de verborum significatione, & ideò meritò potestas hæc eisdem interdicitur, vt in excommunicatione expressè probat textus in cap. *Dilecta*, comprobat vltra præcitatos, Couas in cap. *Alma*. 1.p.§.11.n.2. latè Hugolinus de censuris tab. 1. cap. 2. §. 7. à principio.

C. Forus, de verbor. sign.

Couas. Hugol.

Neque obstat textus in d.cap. *Dilecta*, dum admittit Abbatissam officio, & beneficio posse clericos suspendere, & tamen constat suspensionē censuram esse ecclesiasticam, cap. *Quærenti*, de verbor.signif. nam omisso intellectu Abb. n. 5. & communis ibi qui intelligunt suspensionem, de qua ibi non fuisse ecclesiasticam censuram, sed simplicem quandam prohibitionem potiùs facti quam iuris, facilius respondetur negādo Pontificem approbare suspensionem Abbatissæ, cū potiùs rescribens Abbati eidem imponat, quod per censuras ecclesiasticas faciat obseruari salubria monita Abbatissæ, quod sanè necessarium non erat, si suspensio Abbatissæ valuisset, iuxta regulam textus in cap. *Cum ad Ecclesiarum*, de officio ordin. notat optimè Hugol. d.§.7. in fine, & post eum Soar. d.n.6.

Ca. Dilecta.

C. Quærenti de verb. sign.

Abb.

Cap. Cum ad Ecclesiarum de offic. ord. Hugol. Soar.

§. III.

Vtrùm soli præsbyteri sint ministri sacrificij Missæ.

SVMMARIVM.

1 *Duplex quæstio proponitur.*

2 *Sententia Vuiclephi refertur.*

3 *Fundamenta hæreticorum sententiæ annectuntur.*

4 *Sacramenta solum ordinasse ad fidē excitandam inquiunt protestantes.* A

5 *Quod ordinatio ministri non sit necessaria ad hoc sacramentum obijciūt Lutherani, & Caluinistæ.*

6 *Catholicum dogma est solos sacerdotes posse validè Missæ sacrificiū propriè offerre, & conficere.*

7 *An etiam in statu innocentiæ, si permaneret, idem munus daretur remissiuè.*

8 *Scripturæ locis probatur catholicum dogma.*

B 9 *Eadem veritas colligitur ex pluribus Concilijs.*

10 *Ratione confirmatur.*

11 *Primum hæreticorum argumentum soluitur.*

12 *Solutio secundi & tertij argumenti.*

13 *Respondetur ad quartum.*

14 *Quintum argumentum reijcitur.*

15 *Distinctio sacerdotis nouæ legis, & veteris.*

16 *Soli Præsbyteri sunt proprij ministri dispensantes sacramentum quod in Missæ sacrificio offertur.*

C 17 *Probationes huius assertionis exponuntur.*

18 *Sacerdos in hoc sacrificio gerit personam Christi.*

19 *An sacerdos possit communicare Diacono hanc potestatem.*

20 *Potestas huiusmodi conuenit sacerdoti ratione ordinis.*

21 *Probatur hæc conclusio.*

22 *In casu necessitatis potest sacerdos impeditus mittere Eucharistiam per inferiores ministros.*

D 23 *Fundamentum adijcitur.*

24 *Non posse laicis committi dispensationem huiusmodi verius, & securius est.*

1. Duplex sub hoc titulo quæstio potest excitari. Prima A de ministro conficiente; secunda de ministro dispensante. In primo ergo sensu proposita *Vuicleph.* Vuiclephus olim in ea fuit sententia; vt diceret posse laicum iustum consecrare, impium vero sacerdotem nequaquam. Hanc opinionẽ audacius, 2. *Luther.* & apertiùs docuit Lutherus in lib. de abrogand. Miss. priuat. concedẽs impudenter hanc potestatem ipsi etiam diabolo; si super legitimam materiam *Ioan. Brēt.* *Martin. Chemnt.* verba ritè proferret. Sequitur Ioan. Brent. in confess. Vuitemberg. cap. de Euchar. Martin. Chemnt. in 2. p. examinis, Cōcil. sess. 13. c. 1. & alij RR. hęretici, cū tota Lutheranorū caterua.

3. *Philo.* Probatur primò hæc sentẽtia, siue potiùs insania; quia, vt ait Philo, de vita Moysis, & testatur sacra pagina *2. Paral. c. 30.* 2. Paralip. c. 30. inter Iudæos non solùm sacerdotes, verum & ipsimet Leuitæ immolabant, & offerebant phase, & holocausta in domo Domini. Secundo in lege naturæ plures nō sa- C cerdotes sacrificia offerebant; vt videre est in pluribus locis *Genes.* Gen. de Caimo, Abele, Abrahamo, & Iacobo, qui quidem sacerdotes non erant. *1. Pet. 2* Tertio omnes Christiani 1. Petr. 2. dicūtur regale sacerdotiū: ergo si in lege naturæ, & scripta nō sacerdotes erāt ministri sacrificiorū, proculdubio idē videtur dicendum de lege noua.

4. Quartò probatur eadem sentẽtia ratione: sacramenta solùm ordinata sunt ad fidem excitandam: sed verba possunt fidem excitare, etiāsi à Psitaco, D vel à Dæmone proferantur: ergo. Minor, & consequentia patet; maior ita est certa apud Lutheranos, vt iure *Bellarm.* miretur Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 16. eos in hac opinione deserit à sacramentarijs.

Quintò probatur in hunc modū: ordinatio ministri nullum in eo imprimit characterem: ergo quicunque potest esse minister sacrificiorū. Antecedens conceditur, tanquam principium à Lutheranis, & Caluinistis, quos profectò irridet Tertull. lib. de *Tertull.* præscript. obijciens Marchionistis, quod apud eos hodie fit laicus, qui heri sacerdos fuit, cras minister, hodie non minister: ergo simpliciter a- B pud eos potest non sacerdos sacrificium Missæ offerre.

Nihilominùs catholicum dogma 6. est solos sacerdotes posse validè hoc Missæ sacrificium popriè offerre, & conficere. Ex Patribus hanc senten- *Clement.* tiā expressè docuerūt Clem. Roma- *August.* nus lib. 2. Constit. August. lib. sentēr. *Hieron.* c. 15. & lib. qq. veter. testam. q. 46. D. *Epiphan.* Hieron. in Aggeū. 2. & Amos, Epi- *Chrysost.* phan. hæres. 79. Chrysost. hom. 51. in *Basil.* Matth. Basil. libr. 2. de Baptism. Athan. *Athan.* nas. in apolog. contra Arian. Iustin. *Iustin.* in apolog. 2. Tertull. suprà citat. Dio- *Tertull.* nys. de Ecclesiastica Hierarch. per *Dionys.* multa capita, & alij plurimi. *Magist.*

Durand. Ex scholasticis Magister in 4. dist. *Bonau.* 13. vbi Durand. q. 1. ad 2. Bonauent. *Palud.* artic. 1. q. 1. Palud. q. 1. art. 3. Gabriel. *Gabr.* q. 1. art. 3. Soto q. 1. art. 8. D. Thom. *Sot.* 3. p. q. 82. art. 1. Scotus in 4. dist. 13. *D. Thom.* q. 2. Alens. 4 p. q. 15. membr. 5. Guilh. *Scot.* Par. in tractat. de sacrament. Albert. *Alens.* Magn. in 4. dist. 13. art. 30. 31. & 32. *Guilh. P.* Ex RR. Ragusa 3. p. q. 82. artic. 1. *Albert.* Cabeçudo ibid. Bellarm. lib. 4. de Sa- *Ragusa.* cram. Eucharist. cap. 16. Vasq. in 3. p. *Cabeçudo.* disput. 226. c. 1. Soar. ibidem disp. 77. *Bellarm.* sect. 2. Cassalius de sacrificio Missæ, *Vasq.* Aegid. Conim. ibid. artic. 1. dub. 1. *Soar.* *Cassalius.* *Aegid.* nouissi-

Lacerda. nouissimè vero Magister Lacerda in sua de sacerdotio Christi relectione, lib. 1. cap. 1. §. *Hæc sunt.* vbi dissertè docet sacerdotale munus per sacrificij oblationē constitui; atque adeò cap.
7. 2. non solùm in lege naturæ sacerdotes extitisse, qui sacrificia offerrent, sed eosdem etiam in statu innocentiæ, si permaneret idem munus, quāuis non in peccati exfractionem exe cuturos fuisse.

8. Probatur hæc Catholica doctrina, primò pluribus scripturæ locis. *2. Paral. c. 26.* Primus sit deductus ex 2. Paralipom. cap. 26. vbi Ozias Rex Iuda lepra percussus est à Deo, eo quod cum non esset sacerdos, incensum adolere præsumeret. Et propter eandem rationē reprehensus dicitur Saul, à Samuele *1. Reg. 3.* 1. Reg. 3. quod cum non esset ex tribu Leui sacrificium offerre ausus esset. *Luc. 22.* Secundò probatur ex illo Lucæ 22. vbi Christus solis Apostolis, & eorum successoribus dedit hanc conficiendi potestatē in illis verbis, *Hoc facite in meam commemorationem*: ergo soli sacerdotes possunt esse ministri sacrificij Missæ. Tertiò eadem veri-
9. tas colligitur ex pluribus Conciliorum definitionibus. *Conc. Nyssen.* Nyssænum enim negauit hanc potestatem conficiendi dandam esse Diaconis, *Conc. Arelatens.* Arelatense 1. cap. 10. hanc ponit formam sacerdotes; *Accipe potestatem offerendi, &c.* *Conc. Florent.* Florentinum etiam in liter. Armen. *Conc. Trident.* idem testatur. Vltimò Tridentinum sessione 22. cap. 1. ita docet Christum in nocte cœnæ Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebat, eorumque successoribus in sacerdotio, vt offerrent, præcepisse per hæc verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit, A & Canon. 2. anathemate condemnat eum, qui negauerit Christum instituisse Apostolos per illa verba, *Hoc facite, &c.*

Prima probatio ex ratione sit: in lege veteri electi sunt sacerdotes, vt sacrificia Deo offerrent: ergo id factum est in lege noua, in qua omnia perfectiùs ordinata sunt. Secundò, cum sacrificium, & sacerdos sint correlatiua, determinatum sacrificium requirit determinatum sacerdotem: B sed sacrificium Missæ est sacrificium determinatum à Christo: ergo. Tertiò ille est verus, & proprius minister, quem Christus ad id muneris designauit, sed, vt constat ex locis Scripturę, & Ecclesię suprà adductis Christus solos sacerdotes designauit ad Missæ sacrificium: ergo. Plures aliæ solent adduci in hanc rem probationes, quas vide apud citatos Doctores, præsertim RR. 10.

11. Hæreticorum argumenta facilè soluuntur. Ad primum sumptum ex C Paralipom. respondetur, quod *phase*, à solis sacerdotibus Aaronicis fuit immolatum, quia, vt ait D. Paul. ad Hebræos. 7. ex sola tribu Leui apud Iudæos electi sunt sacerdotes, & 1. Esdræ capit. 6. sacerdotes dicuntur immolasse *phase* pro omnibus filijs Israel. *Hebr. 7.* *1. Esdræ 6.* Sed quia hæc responsio minus habet probabilitatis; respondetur secūdò singulos patresfamilias in hoc casu fuisse sacerdotes, & immolasse *phase*, vt docet Philo citat. *Philo.* Ratio est D quia immolatio huius sacrificij fuit à Deo instituta antequam essent sacerdotes Aaronici, Exod. 12. quare tunc *Exod. 12.* ritè fiebat per patres familias. Ex quo non potest desumi argumētum contra

tra nostram sententiam, quia lex noua, vtpote nobilior, & excellentior, designatos, & consecratos postulat ministros, vt eiusdem sacrificia digne possint offerre, & conficere.

12. Ad secundum eodem fere modo respondetur ex mente aliquorum cũ D. Hieronymo in quæstionib. Hebraicis agens de Melchisedech; in lege naturæ omnes primogenitos fuisse sacerdotes, *Abelem* vero, qui primogenitus non fuit ex particulari prouidentia, & Dei ordinatione sacrificasse. Respondetur secundò, & fortè melius iuxta solutionem primi argumenti, omnes patres familias inter suos, sacerdotale munus obijsse, iuxta illud Iob. 1. vbi dicitur sacrificasse *Iob.* pro filijs suis. Ad tertium respõdetur illo loco, omnes Christianos dici sacerdotes lato modo, quẽadmodum omne opus bonum dicitur sacrificium lato modo, & ipsimet sacerdotes vocantur reges, cum tamen proprie Reges non sint, de quo late dicimus in q. 1. proœmiali.

D. Hier. *Iob. 1.*

13. Ad quartum ex ratione petitum respondetur, negãdo maiorem: nam suprà positæ locutiones de sacramẽtis, plus significabant, quàm fidei incitamẽtum; fidem namque excitare, non sufficit, vt per Baptismum dicatur homo renasci ex Spiritu Sancto, Ioann. 3. vbi particula, ex, dicit causalitatem, vt ibi dicitur (quod natum est ex carne caro est) idem verò est in Actorum cap. 8. & 19. vbi dicitur, *Per manuum impositionem dari Spiritum Sãctum*, & sic de cæteris argumentis, vt loquuntur Patres, præcipue Tertull. lib. de Baptism. c. 4. Hilar. in Psal. 65. D. Greg. lib. 9. epist. 19. Optat. lib. cõtra Parmen. & August. varijs in locis.

Ioan. 3. *Actor. c. 8. & 19.* *Tertull.* *Hilar.* *D. Greg.* *Optat.* *D. Aug.*

A 14. Ad quintum respondetur per sacramentum ordinis imprimi characterem, vt habetur in cap. *Maiores*, de Baptism. & traditur in cap. *Ad abolendam*, de hæretic. & Trid. sess. 7. can. 9. de Sacrament. videndus est Gregor. Nicænus lib. de Baptismo paulò post principium, vbi ita, *Sacerdos post consecrationem idem est, qui antea, inuisibili tamen quadam vi, ac gratia, inuisibilem animam transformatam gerit in melius*; item Augustin. epist. 23. & 50. & alij Patres idem docent. Ratio est, quia B per hoc sacramentum deputatur homo specialiter in cultum Dei, & distinguitur à cæteris Ecclesiæ membris, participans sacerdotium, & potestatem Christi ad ministranda ex officio diuina sacramenta: ergo valdè conueniens fuit vt speciali quoddam signo consecretur. Et ex hac ratione sumitur distinctio inter sacerdotes legis veteris, & nouæ, illi enim in sua institutione nullum spiritualem effectum accipiebant, vt ait Chrysosto. homil. 2. in epistol. ad Epheseos, lo- C quens de Israelitis circuncisis: *Obsignati sunt*, inquit, *Israelitæ, sed circuncisione, velut pecudes, sacerdotes verò legis nouæ accipiunt effectum spiritualem, & designantur in peculiarem Dei cultum*, iuxta illud 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ est in te per impositionem manus præsbyteri.* Et sic sufficienter vtrumque ostensum manet, sacerdotem solum proprium sacrificij Missæ ministrum, conficientem, & offerentem.

C. Maiores de Baptismo. *Cap. ad abolendam de haret.* *Trid.* *August.* *Chrysost.* *1. Tim. 4.*

D 16. Secundus quæstionis suppositus est, vtrùm soli sacerdotes sint proprij ministri dispensantes sacramentum; quod in Missę sacrificio offertur? circa quam quæstionem communis est schola-

scholasticorum consensus propriam potestatem ad dispensandum Christi corpus, esse penes sacerdotem ex diuino iure, quam quidem potestatem ipse sacerdos in casu necessitatis potest Diacono committere, vt iam suprà tetigimus in §. 1. huius disputa-
D. Thom. tionis. Hanc sententiam in terminis propositam tenet D.Tho. 3.p.q.82.
Durand. art.3.& in 4.dist.13.q.1.art.3.ibi Du-
Richard. Palud. rand.q.4.Richard.art.1.q.3. Palud.q.
Sot. 1.art.4. Sot.d.13.quæst.1. art.3. Le-
Ledesm. desm.q.23. art.3. Bellarm. de Eucha-
Bellarm. ristia lib.1. cap.17. Cabesud. ad cita-
Cabesud. tum locum D.Thom. concl.1. Vasq.
Vasq. tom.3.in 3.p.disput.219.cap.1. Soar.
Soar. tom.3.in 3.p. disp 72. Aegidius Co-
Ægid. Conincr. ninc.in 3.p.q.82.art.3. & omnes fermè tum antiqui, tum RR.

17. Probatur primò ex sacra scriptura, quia si illud verbum Christi Domini, *Hoc facite*, demonstrabat eiusdẽ Christi actiones, profectò si Christus actionem consecrandi commisit Apostolis, & eorum in sacerdotio successoribus, vtique etiam commisit actionem destribuendi, quam ibidẽ exercuit: ergo si prima actio ex diuino iure pertinet sacerdotibus, & secunda eodem iure pertinebit.

1. ad Cor. 4. Secũdò probatur ex illo 1. ad Corinth. 4. vbi sacerdotes dicuntur dispensatores mysteriorum Dei. Tertiò
Conc. Rhemens. in Concil. Rhemens. cap.2. & in cap.
C. Peruenit, de consecr. d.4. *Peruenit*, de consecrat. dist.4. detestabile, & horrendum dicitur, quod sacramentum per laicos ministretur.

18. Quartò in Tridẽt. sess.13.c.18. di-
Trident. citur ex traditione Apostolorũ descendere, vt laici à sacerdotibus communionem accipiant. Præcipua ratio huius sententiæ adducitur à D.Thoma
D. Thom. citat. in corp. in hunc modum: sacerdos in hoc sacrificio gerit Christi personam: ergo ex iure diuino, habet potestatem propriam exercendi ea, quæ Christus exercuit in hoc sacrificio: sed Christus principaliter exercuit non solùm consecrationem, sed etiam destributionem: ergo, & cæt. Aliæ solent adduci rationes, quæ, vt leuioris momenti in hanc materiam omitto.

Secunda pars nostræ conclusionis, quatenùs asserit posse sacerdotẽ communicare Diacono hanc potestatem, tenent supracitati Auctores. 19.
Et probatur ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ, iuxta quam Trident. citatũ Trident.
dicto cap. 8. docet Christum commisisse Ecclesiæ ea, quæ non pertinent ad substantiam sacramentorum: sed dispensatio Eucharistiæ non pertinet ad substantiam sacramenti: ergo commissa est Ecclesiæ, ac proindè non est de iure diuino. Secundò probatur, quia non constat hoc esse ab Ecclesia prohibitum, imò contrariũ iubet Concilium Carthag.4. in hæc Conc. Carthag.
verba: *Diaconus, præsente præsbytero, Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.* Vide Iustinum apolog.2. pro Christianis in fi- 20.
ne, vbi ita ait: *Ij, qui apud nos Diaconi* Iustin.
dicuntur, dant vnicuique eorum, qui adsunt percipiendum panem, & vinum, & aquam, quæ consecrata sunt. Tertio pro- 21.
batur à simili, quia potestas ad confirmandum, propriè commissa est Episcopo, & tamen is potest hanc potestatem committere simplici sacerdoti: ergo, &c.

Plura sunt, quæ contra hanc veritatem adduci solent, & præcipuè cõ- 22.
tra primam partem nostræ, & communis conclusionis. Et primò sic: vel

hæc potestas conuenit sacerdoti ratione ordinis, vel ratione iurisdictionis, non secundum, quia hoc sacramentum potest ministrari à sacerdote non habente iurisdictionem. Non etiam primũ, quia si esset ratione ordinis, neque posset ab alio fieri, neq; factum teneret: ergo. Secundo cõtra secundam partem conclusionis, sic arguitur: non datur maior ratio, cur hæc dispensatio possit committi Diacono, quam alijs laicis; sed in cap. *Peruenit*, de consecr. dist. 2. reprehẽduntur sacerdotes, qui per laicos Infirmis viaticum mittebant: ergo, &c. Maior probatur, quia si desit Diaconus, & necessitas vrgeat, non minus obligabit sacerdotem ad mittendum sacramentum per laicum, quàm per Diaconum.

C. Peruenit. de consecr. d. 1.

Tertio principaliter probatur contra primam, quia actio hæc dispensandi est supernaturalis: ergo requirit potestatem supernaturalem: sed Diaconis non data est hæc potestas à Christo; ergo dicendum est, quod eam ipsis prohibuerit.

23. Ad primum respondetur conuenire illam potestatem ratione ordinis, & iurisdictionis. Ad probationẽ primæ partis respondetur non esse actum primarium ab ordine intentũ, sed secundarium, & ideo committi posse Diacono. Ad probationem secundæ partis respondetur, eum, qui potest conficere hoc sacramentum, posse etiam illud ministrare.

Ad secundum respondent Soar. & Aegid. citati in casu necessitatis, deficiente Diacono, posse sacerdotẽ impeditum mittere Eucharistiam per inferiores ministros, & etiam per laicos, vt legimus apud Eusebium libr.

Euseb.

A 6. histo. cap. 36. ita olim fecisse plures sanctos viros, qui viaticum per laicos ægrotis mittebant. Fundatur horum Auctorum opinio in periculo extremæ necessitatis, quod iura non comprehendunt, quando de his loquuntur. Sed quia communior sententia apud Vasq. & Cabecud. citatos docet non posse laicis committi hanc dispensationem, ideo negãda est maior propter Ecclesiæ consuetudinẽ, quæ in morem legis videtur inualescere, iuxta textum in cap. *Consuetudo.*

B 1. dist.

C. Consuetudo. d. 1.

Ad tertium respondetur, verum quidem esse illam actionem, si sumatur moraliter, esse quid supernaturale in ordine ad supernaturalem finẽ, & salutem animarum, hoc tamen non tollere quominùs à Diacono valeat exerceri, quia potestas sacerdotis, per quandam legationem, & coniunctionem moralem instrumenti cum suo principali agente, potest Diacono communicari; quod sufficit ad hoc, vt actio illa licitè fiat ab eodem 24.

C Diacono latè disputat Fagundes p. 3. lib. 2. cap. 1. n. 4.

Fagund.

§. IIII.

An Præsbyteri sint soli necessarij ministri sacramentorum, nimirùm extremæ vnctionis, baptismi, & matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Soli Præsbyteri sunt ministri sacramenti extremæ vnctionis.* D

2 *Nomen, Præsbyteri, idem est atque Sacerdotis.*

3 *Ratione probatur hæc conclusio.*

4 *Proponitur argumẽt. & ibi soluitur.*

5 Diaco-

5 *Diaconus non eſt ſufficienter conſecratus ad hoc ſacram.miniſtrandum.* A

8 *Quiuis ſacerdos validè hoc ſacramẽtum confert; extra neceſsitatem tamen licitè ſolus Paſtor, vel alius cum eius licentia.*

7 *In neceſsitate quiuis ſacerdos licitè poteſt hoc ſacramentum miniſtrare.*

8 *Laicus in nullo caſu poteſt hoc ſacramentum conficere.*

9 *In hoc ſacramento ſingulæ vnctiones cum ſuis formulis debent integrè administrari ab eodem miniſtro.*

10 *An in aliquo caſu à diuerſis ſacerdotibus validè,ſed illicitè conferantur: aſſeritur.* B

11 *Præsbyteri ex vi ſuæ conſecrationis ſacramenti baptiſmi poſſunt eſſe ordinary miniſtri.*

12 *Probationes huius concluſionis exponuntur.*

13 *Argumenta in contrarium recenſentur.*

14 *Reſpondetur ad obiectiones.*

15 *Opinio illorum,qui dicunt ſacerdotem eſſe miniſtrum matrimonij refertur.* C

16 *Fundamenta huius ſententiæ exponuntur.*

17 *Sacerdotem non eſſe miniſtrum ſacramenti matrimonij certum eſt.*

18 *Idem ante Conc.Tridentinum oſtenditur.*

19 *Probationes huius veritatis afferuntur.*

21 *Ad fundamenta primæ ſententiæ reſpondetur.*

21 *Miniſtri ſacramenti matrimonij sũt ipſi contrahentes.*

22 *Contrahentes in peccato mortali duplex peccatum committunt vnum, mortale, alterum veniale.*

23 *Sacerdos aſsiſtens matrimonio in peccato mortali,venialiter tantũ peccat.*

24 *Ratio, ob quam Tridentinum matrimonia clandeſtina irritauit, aſsignatur.*

25 *Poteſtas Concilij circa irritationem huiuſmodi cõtractus, demonſtratur.*

26 *Aliqua dubia contra hanc concluſionem recenſentur, & ſolutiones ibi annectuntur.*

27 *Parochus ordinaria poteſtate matrimonio aſsiſtit in tota ſua parochia.*

28 *Epiſcopus in tota ſua diœceſi, an paſtor vt validè aſsiſtat matrimonio debeat eſſe ordinatus ſacerdos? negatiuè reſoluitur.*

29 *Particula,alius,ſæpè, & communiter refert aliquid diuerſæ qualitatis ab antecedenti.*

30 *An parochus excommunicatus;ſuſpẽſus,vel irregularis poſsit validè aſsiſtere matrimonio, vel alteri licentiam dare, affirmatiuè deuiditur.*

31 *Auctoritas, quam parochus præſtat actui ſua præſentia non eſt actus iuriſdictionis.*

32 *Præſentia parochi omninò inuiti, & contrariam intẽtionẽ habentis ſufficit ad valorem matrimonij.*

Conſtituto iam in §§.præcedentibus miniſtros conſecrationis,& confectionis ſacramenti Euchariſtiæ, atq; ſacrificij Miſſæ eſſe ſolos præsbyteros,ita vt nullus alius,qui careat charactere ſacerdotali, & ſacerdos non ſit poſsit validè conſecrare, conficere, & offerre corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti,vt de fide D definit Concilium Trident. ſeſſ. 23. *Trident.* cap.1.Supereſt in præſenti agendum de reliquis ſacramentis, vt etiam videamus,an iidem præsbyteri ſint eorum miniſtri?& primò diſputare libet

dç

1. de sacramento extremæ vnctionis. Catholicum dogma est solos sacerdotes esse huius sacraméti ministros, ita vt ab alio validè confici non possit; cum autem exclusiuum addimus clarum est inferiores excludi, non autem superiores, qui licèt sint Episcopi, sunt etiam sacerdotes; nam, vt
Innoc. 1. dixit Innocentius primus epistol. 11. ad Decen. c. 8. superfluum est, vt de Episcopo ambigatur, quod præsbyteris licere non dubiû est. Nam idcircò de præsbyteris dictum est, quia Episcopi alijs occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt. Cæterùm si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem ad visitandum, & benedicere, & tangere chrismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Quibus verbis oleum sanctum comprehendit, cuius benedictionem manifestè sentit esse propriam Episcopi, quod suprà attigimus in disputatione 6. vsum vero olei benedicti in conficiendo hoc sacramento dicit ita licere præsbytero, vt à fortiori liceat Episcopo.

2. Conclusio sic exposita de fide est, fundaturque præcipuè in verbis Iacobi, inducat præsbyteros Ecclesiæ. Quanuis enim nomen, *Præsbyteri*, in communi vsu Græcæ linguæ possit etiam seniorem significare, vt iam suprà diximus in principio huius disp. tamen in vsu Ecclesiæ, & præsertim Apostolorum communiter sumitur pro Ecclesiæ sacerdotibus: quod ostendit tum locus ille Paul. 1. ad Tim.
1. Tim. 4. 4. cum impositione manuum præsbyteri, tum communis vsus retentus in Ecclesia Latina, quæ veluti traditio quædam Apostolica reputari potest, atque ita intellexerunt locum hunc
A Concilia, Florent. & Trident. sess. 14. cap. 3. & cano. 4. de hoc sacramento, Gratianus post cap. *Præsbyteros.* 95. dist. Henriq. lib. 3. summ. cap. vltimo, Bellarm. tom. 2. lib. 1. de extrema vnctione, cap. 9. Soar. de pœnit. disp. 43. sect. 1. Aegid. Conim. tom. 2. disput. 19. dub. 9. *Côc. Flor. Côc. Trid. Gratian. C. Præsbyteros. 95. d. Henriq. Bellarm. Soar. Ægid. Conim.*

3. Fundamentalis ratio, seu à priori est Christi institutio, quam nobis Iacobus, & Ecclesia sufficienter proposuerunt, congruentia optima est, quia
B hoc sacramentum ordinatur suo modo ad sanctificandos fideles; potestas autem sanctificandi fideles est propria sacerdotum per se loquendo, pertinetq; ad potestatem in corpus Christi mysticum, & ideò etiam administratio huius sacramenti eorum est propria. Estque hoc etiam consentaneum sanctitati sacramentorum, per se enim requirunt sacros ministros ad id muneris specialiter côsecratos, excepto baptismo propter specialem
C necessitatem, & matrimonio propter specialem eius naturam; in hoc autem sacramento nulla est peculiaris ratio, quę talem exceptionem postulet. Dices tamen quod etiam Diaconus est minister consecratus. Respondetur non tamen sufficienter ad hoc sacramentum ministrâdum; quia nec habet potestatem in corpus Christi verum, nec ad remittenda peccata; & ideò nec per se habet potestatē in corpus mysticum, ad sanctificandû illud, & remittenda peccata etiâ mor-
D talia, quod interdum per hoc sacramentum fit.

His tamen non obstantibus, obijcies Innocent. primum epistol. 1. ad Decent. cap. 8. dicit oleo sancto ab Episco- 4. *Innoc. 1.*

Episcopo confecto, non solùm sacerdotibus, sed etiam omnibus Christianis licere vti in sua suorumvè necessitate. Respondeo eum loqui de vsu passiuo; quia expresse dicit omnes eo posse inungi, scilicet per presbyteros, vt immediatè ante ex D. Iacobo probauerat. Vnde statim subiungit Episcopum vel sacerdotem esse ministrum huius sacramenti.

Sed prænotandum est quod licet
6. quiuis sacerdos validè hoc sacramẽtum conferat, cum non sit actus iurisdictionis, sed ordinis sacerdotalis, à quo pendet quoad substantiam: extra necessitatem tamen solus Pastor, vel alius cum eius licentia id licitè cõfert: quia conferre sacramenta est officium Pastoris. Vnde religiosi qui sine venia proprij Pastoris laicis, aut clericis non religiosis hoc sacramentum conferunt excommunicantur,
Clemẽt. 1. de priuil. *Clement.* 1. de priuilegijs. Alij quidem sacerdotes peccant, non tamen excommunicantur: quia nullo iure id probatur.

7. In necessitate tamen quando aliàs ægrotus moriturus esset sine hoc sacramento: quiuis sacerdos posset hoc sacramentum ministrare, etsi sciret parochum ægre laturum. Quia nullo modo censendum est Ecclesiã velle ægrotum cum tanto suo damno obligare, vt à nullo alio, quàm à suo parocho sine huius licentia hoc sacramentum suscipiat, cum eius salus posset hoc modo periclitari. Vide
Soar. Ægid. Co. Soar. disp. 44. sect. 2. nu. 3. Aegidius tom. 2. disp. 19. dub. 9.

8. Vltimò amplia, sacerdotem esse ministrum simpliciter necessarium, ita vt propter nullam causam, vel defectum sacerdotis possit laicus, imò nec Diaconus sacramentum hoc va-
A lidè conficere. Assertionem hanc ferè æque certam quam primam esse existimo cum Soar. de quo n. 5. & in *Soar.*
ea conueniunt Theologi in 4. dist. 23.
D. Thom. q. 2. artic. 1. Prætereà hoc *D. Thom.*
voluit Conc. Trident. cap. 3. de hoc *Conc. Trident.*
sacramento cum docuit vel Episcopum, vel sacerdotem ritè ordinatum esse proprium ministrum huius sacramenti, quod sub anathemate definit can. 4. Concilium autem Florẽtinum simpliciter dixit, minister autẽ *Conc. Florent.*
B huius sacramenti est sacerdos nulla adhibita exceptione, quam agens de sacramẽto baptismi statim adiunxit, ideoquè non dixit absolutè sacerdotem esse ministrum baptismi, sed ordinarium ministrum. Vnde concluditur ratio, nam in his rebus supernaturalibus, quæ ex institutione pendent, nobis non licet addere exceptionem præter generalem regulam sine auctoritate, vel euidenti ratione, quæ in præsenti non viget ad excipiendum ab hac regula generali.
C Concill. aliquem casum igitur, &c. Et confirmatur à Soar. d. n. 6. exemplo sacramenti pœnitentię quod magis necessarium est, & nihilominùs propter nullam necessitatem potest ab alio quam à sacerdote ministrari: ergo à fortiori idem dicendum est de hoc sacramento.

Aduerte tamen, quod singulæ vn- 9.
ctiones cum suis formulis debent integre administrari ab eodẽ ministro; quia D. Iacobus dicit vngentes de
D bere orare super ægrotum; & oratio vna è duobus partialiter ita prolata non potest habere perfectũ sensum secundum cõmunem loquendi vsum, præsertim cum partes orationis per se

se non faciant integrum sensum. Pos-
sunt tamen diuersorum sensuum vn-
ctiones à diuersis sacerdotibus mini-
10. strari extra necessitatem quidèm va-
lidè, sed illicitè, quia contra vsum Ec-
clesiæ: in necessitate verò vt si prior
post primam vnctionem deficiat, &
tunc alter reliquas conferat, etiam li-
citè. Ita ex communi sententia Soar.
Soar. disput. 43. sect. 2. Quæ sententia satis
facilè defenditur posito quod singu-
læ vnctiones sint per se sacramentū
essentialiter completum: quia simile
videtur in Eucharistia, & ordine, iux-
ta doctrinam Theologorum; quoad
alteram verò sententiam dicendum,
id in hoc sacramēto esse omnino sin-
gulare, sicut eius singulæ partes per
Henriq. se habeant aliquo modo sensum per-
Bellarm. fectum. Reliqua vide apud Henriq.
Soar. Bellarm. Soar. & Aegid. dictis locis.
Ægid. Co.

11. Accedamus ergo ad sacramētum
baptismi, cuius etiam dicendum est
sacerdotem ex vi suæ consecrationis
esse posse ordinarium ministrum: ita
D. Thom. docet D. Thom. art. 1. & 2. & ex vsu
Cl. Rom. Ecclesiæ satis constat; Clemens Ro-
man. lib. 3. const. cap. 11. & lib. 8. cap.
Ignatius. 52. Ignatius epistol. 13. ad Heronem
Gel. Papa Diaconum, & Gelasius Papa epist. 1.
C. Diaco- cap. 9. & habetur in cap. *Diaconus. 93.*
nus. 93. d. dist. & Isidor. lib. 2. de officijs cap. 24.
Isidor. & habetur in cap. *Constat*, de conse-
C. Constat crat. dist. 4. Epiphan. hæres. 79. Deni-
de consecr. que Concilium Florentinū hoc sen-
d. 4.
Conc. Flo. su dixit, minister huius sacramenti est
sacerdos, cui ex officio competit bap
tizare.

12. Ratio autem huius rei optima est,
quia sacerdos habet potestatem in
corpus Christi verum: ergo conse-
quenter recipit potestatem in corpus
Christi mysticum saltem, quæ neces-

A saria est ex vi consecrationis, quæ
aliàs dici solet potestas ordinis, &
respectu illorum sacramentorū, quæ
communia sunt populo Christiano,
& ad remissionem peccatorum, &
communem eius profectum ordinā-
tur. Quod addit Soar. de sacram. disp. *Soar.*
23. sect. 2. propter sacramentum con-
firmationis, quod propter specialem
rationem solis Episcopis diximus su-
pra ordinario reseruari. Vnde sumi-
tur confirmatio, nam sacerdos est or-
dinarius minister sacramenti Eucha-
B ristiæ, quoad incrementum spiritualis
vitæ institutum est, habet etiam po-
testatem ordinis ad sacramētum pœ-
nitentiæ necessariam, vt statim dice-
mus, quod est ad reparandam spiri-
tualem vitam, ergo multo magis illā
habebit ab baptismum ministrandū,
per quod datur spiritualis vita. Deni-
que sacerdos est in statu, & ordine
constitutus, in quo esse potest ordi-
narius pastor animarum: ergo neces-
se est, vt ex vi suæ consecrationis ap-
C tus sit ad regenerandos homines in
Christo.

Obijcies tamen septimò, quod 13
presbyter non potest baptismum mi-
nistrare, nisi facultate sibi ab Episco-
po concessa, ergo non proprio iure
potest hoc ministerium vsurpare. An-
tecedens patet ex Hieronymo con- *Hieron.*
tra Lcuiferianos, & Tertull. libr. de *Tertull.*
Baptismo, docentibus ius baptizandi
esse penes Episcopum, & nonnisi eius
facultate communicari sacerdoti, aut
diacono. Secundò, quia per baptismū
D recipiuntur homines in Ecclesiam, &
fiunt membra eius: decet autem, vt
potestas, & ius admittendi homines
ad Ecclesiam sit penes principes, &
supremos pastores Ecclesiæ vt sunt
Episco-

Episcopi: & hoc saltem videtur probari illis verbis Christi: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos, & cæt.* A nam ibi locutus est ad vndecim Apostolos, vt Matthias dicit, quorum successores sunt Episcopi. Tertio, nam in Pontificali Romano in ordinatione Diaconi dicitur, Diaconum debere baptizare, & prædicare. Quartò, quia quilibet homo qui loqui potest & lauare, est sufficiens minister baptismi in necessitate, vt suprà diximus, siue sit vir, siue fœmina, fidelis, vel infidelis, baptizatus, vel non baptizatus, ita definitum est in Concilio Florentino in decreto Eugenij, (*Cōc. Flor.*) vbi notanda sunt illa verba, *In casu necessitatis, non solùm sacerdos, vel diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imò etiam paganus, & hæreticus baptizare potest.* Atque idem ex parte colligitur ex Ioanne Papa 8. in cap. *Ad limina.* 30. quæstione 1. (*Ioan. Pap. cap. ad limina. 30. q. 1.*) vbi solùm dicit laicis fidelibus, iuxta canonicam auctoritatem, si necesse fuerit, opus baptizandi liberè conceditur, & similia referuntur in cap. *In necessitate*, in cap. *Constat*, cum vulgaribus de consecrat. dist. 4. (*C. In necessitate. C. Constat de consecr. d. 4.*)

14\. Sed ad huiusmodi difficultates facillimo negotio respondetur. Ad primam enim dicendum est distinguendam esse potestatem ordinis respectu sacramenti, & potestatem iurisdictionis, respectu eius cui dandum est sacramentum. Sacerdos ergo ex vi suæ ordinationis habet sufficientem potestatem, vt validè & dignè ministret hoc sacramentum, & quoad hoc non pendet ab Episcopo, nec indiget concessione eius, & in hoc superat Diaconum, & reliquos Ecclesiæ ministros. At verò vltra hanc potestatem requirit iurisdictionem in personam, vt licitè ille ministret hoc sacramentum, & quoad hanc pendet ab Episcopo, tanquam à superiori pastore. Ad secundam dicendum quod in qualibet republica ea, quæ sunt minora pertinent ad minora officia, maiora verò maioribus reseruantur secundum illud Exod. 18. (*Exod. 18.*) Quicquid maius fuerit referant ad te, & ipsi tantummodò minora iudicent. Et ideò ad minores B ciuitatis principes pertinent disponere de infimo populo, ad summos autem principes pertinet disponere ea, quæ spectant ad maiores ciuitatis. Per baptismum autem non adipiscitur aliquis, nisi in infimum gradum in populo Christiano, & ideò baptizare pertinet ad minores principes Ecclesiæ, id est ad præsbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi, vt dicit Glossa Luc. cap. 10. (*Luc. 10.*) & ad locum, *Euntes, & cæt.* respondetur quod vtrunque officium, scilicèt docendi, C & baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit, quorum vices gerunt Episcopi, aliter tamen & aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus, vt ipse per se illud exercerent, tanquam principalissimum, vnde & ipsi Apostoli dixerunt, Actorum. 6. (*Actor. 6.*) *Non est aquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis*: officium autem baptizandi commisit Apostolis, vt per alios exercendum. Vnde & Apostolus dicit 1. Corinth. 1. (*1. Cor. 1.*) D *Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Et hoc ideò, quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapiētia ministri, sicut in docendo. In cuius etiam signum nec ipse Dominus bap-

Cc tizauit,

tizauit, sed discipuli eius, vt dicetur *Ioan. 4.* Ioan. 4. nec tamen per hoc excluditur quin Episcopi possint baptizare, quia quod potest potestas inferior, potest & superior. Indè & Apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse. Et si replicetur non constare hunc esse sensum illius; respondeo, neque etiam constare Christum locutum esse de potestate iurisdictionis, sed de præcepto vtendi baptismate, neque etiam constare locutum esse ad solos Apostolos, quia licet Matthæus tantùm vndecim Apostolorum mentionem faciat, tamen non excludit discipulos alios, imò contrarium probabile dicit Soar. tomo *Soar.* secundo, disputatione 34. sectione 2. Ad tertiam dicendum est, Diaconum per se, ac iure diuino ordinario non posse administrare hoc sacramentum ex vi suæ ordinationis, esse tamen capacem huius ministerij ex concessione, seu delegatione Episcopi, aut sacerdotis, dict. cap. *Diaconus.* 93. distinctione, & dicto cap. *Constat*, de Consecratione distinctione 4. Sed aduerte nullum hominem Diacono inferiorem habere aliquod ius, seu capacitatem proximam ad dignè ministrandum hoc sacramentum, nec iure ordinario, neque ex delegatione Episcopi, vel sacerdotis, ita omnes cum Diuo Thoma loco supracitato, Glossa in cap. *Diaconos*, verbo *Necessitas.* 93. distinct. *D. Thom. Gloss. in cap. Diaconos. 93. d.* Ad quartam, & vltimam difficultatem, quam iam suprà latè resoluimus. Respondetur, quod baptizare pertinet iure diuino ordinario ad ordinem sacerdotalem, secundum quandam conuenientiam, & solemnitatem, non autem hoc est de necessitate sacramenti. Vnde laici & quilibet qui lauare sciat, & verba proferre cum debita intentione potest esse minister baptismi in casu necessitatis sine culpa, absque ea tamen peccando mortaliter, cap. *Super quibus.* 30. quæstione tertia cum alijs suprà relatis. *Ca. Super quibus. 30 q. 3.* Ratio est, quia baptismus est sacramentum maximè necessitatis, respectu omnium humanum, ergo expediens fuit, vt illius administratio omnibus concederetur, præsertim cum necessitate vrgente. Et confirmatur, nam propter hanc causam institutus est in materia communi, quæ vbique facilè reperitur, & simplicissima actione, ac verbis, vt suprà diximus: ergo eadem ratione fuit conueniens, necessarium ministrum huius sacramenti esse valde communem, atque adeò ministerium hoc cuilibet concedit. An verò extra casum necessitatis id fieri possit, ita vt factum teneat, & an pendeat à bonitate ministri iam suprà omnia resoluimus numero septimo, & latè videri possunt apud Soarium, tomo tertio, disputatione 16. section. 1. cum sequentibus. *Soar.*

His positis circa sacramenta extremæ vnctionis, & baptismi, superest agendum de sacramento matrimonij. An scilicet sacerdos sit minister illius, vel ab eo tantùm præstari possit. In hac quæstione sunt qui dicunt sacerdotem esse ministrum matrimonij in quantum sacramentum est, ita vt ante Concil. Tridentinum clandestinum matrimonium legitimum fuerit, non tamen sacramentum. Ducuntur, quia actio sacramentalis est sacra; ergo ministrum 15. 16.

strum sacrum, & formam sacram petit, ne contractus purè ciuilis, & pro- *Trident.* fanus sit. Probatur post Tridentinũ, quia sessione 24. cap. 1. de matrimon. iubet vt parochus habito contrahentium consensu proferat ea verba, *Ego vos coniungo*, ergo vere parochus coniungit, & conficit matrimonium, ne verba falsa sint. Alias rationes huius sententiæ, quia parui momenti sunt hic non curauimus referre, omnia vide apud Sanch. de Matrimon. *Sanch.* libr. 2. disput. 11. & hanc opinionem *Cano.* ita docet Canus lib. 8. de locis Theolog. cap. 5. in solution. ad 3. authorit. Concil. Coloniensis, §. 5. de Ministro, & §. Verbum itaque, & Petrus *Ledesm.* de Ledesm. de matrimon. quæst. 42. art. 1. dub. 4. concl. 4. iuncta conclus. vlt. ait ante Trident. fuisse hoc probabile, secùs post illud.

17. Verùm tamen est, & omninò tenendum nunquam parochum fuisse, nec post Tridentinum esse ministrum sacramenti matrimonij, sed ipsos cõtrahentes esse ministros conficientes sacramentum matrimonij: & ita ante Tridentinũ clandestinum matrimonium fuisse verum sacramentũ. Pro-

18. batur primò, quia cum matrimonium sit contractus, nec illius naturã Christus mutauerit, sed tantùm eleuarit ad esse sacramenti, sequitur aliorum contractuum naturam, quæ est vt ipsi contrahentes suis consensibus se ligent, nec alius præter ipsosmet cõtractum efficiat. Secundò, quia ante Tridentinum matrimonia clande-

19. stina erant vera matrimonia, & rata, *Trident.* vt definit ipsum Tridentinum sessione 24. cap. 1. de matrimonio, ergo & vera sacramenta, quia ideò cap. *Quãto*, de diuers. Nam etsi matrimonium, infidelium matrimonium non appel-

A latur ratum, quia sacramentum non est. Tertio, quia verba parochi non sunt de essentia matrimonij, sed ijs penitus omissis constat matrimoniũ, nam Tridentin. in clausula irritanti tantùm expressit qui aliter quam præsente parocho, nec explicuit dicenti verba, & est decretum correctorum: ergo non est extendendum, vt debeat de necessitate sacramenti, dicere verba; deinde, quia necessaria necessitate sacramenti, determinata

B esse debent, at Tridentin. petit indeterminata verba, cum petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinẽ, ergo ea non sunt de necessitate sacramenti, sic docent omnes quos refert Sanches lib. 3. disput. 38. num. 4. *Sanch.* Quarto, quia Ecclesia olim cognoscebat de matrimonijs clandestinis, ergo erant sacramenta: si enim prophani contractus essent, iudex secularis de eis cognosceret. Quinto, quia Florentinum, vbi de sacramentis, cum latè aliorum sacramentorum mi-

C nistros explicuerit, huius tamen ministrum tacuit, quasi manifestum relinquens non alium esse sacramentum. Hanc sententiam ante Tridentinum tenuerunt D. Thomas, & alij *D. Thom.* Doctores, quos omnes vide apud Sanch. dicta disputatione vndecima, *Sanch.* vbi eam confirmat multis alijs fundamentis.

Ad difficultates adductas pro fundamento primæ sententiæ facilè respondetur, & ad primam dico, actio- 20.

D nem illam esse sacram in quantum significat coniunctionem Christi cũ Ecclesia, & eleuata est à Christo illa actio ad esse supernaturale sacramẽti: sicut baptismus à laico collatus

est actio sacra. Ad secundam respondet Sanch. dicto loco, ea verba significare coniunctos vos esse declaro, vel approbo coniunctionem vestrã; & cum hæc ceremonia sit accidentalis, id tantùm significat; aliàs sine his verbis non coniungerentur, atq; ita matrimonium esset omninò nullum; quod apertè falsum est, vt ex Trident. in dicto cap. 1. patet.

21. Sed pro compleméto huius quæstionis sciendum est, quod ipsi contrahentes sunt ministri huius sacramenti. Est communis, & patet ex dictis, qui hi soli ponunt materiam, & formam, quæ consistunt in verbis, seu signis, quibus consensus exprimuntur. Et colligitur ex Florentino, quod docet consensum contrahentium esse causam efficientem matrimonij, id est vinculi matrimonij. Vn-

22. dè aliqui inferunt, contrahentes in peccato mortali duplex peccatum mortale committere: vnum quatenùs sacramentum indignè suscipiũt: alterum, quia indignè ministrant. Sed verius est, secundum tantum esse veniale; quia non sunt ad hunc effectum singulariter consecrati. Aegi-

Ægid. Co. dius Con. tom. 1. quæst. 64. artic. 6. & de sacrament. disputatione 24. du-

23. bio. 3. in fine. Hinc patet multò minùs peccare mortaliter sacerdotem assistentem in peccato mortali; quia non est minister sacramenti, & benedictio quam præstat, est sacramentale quoddam. Sic Ledesm. Henriq. Soar. Aegidius, & alij, quos refert Sanches libro secundo, disputatione 6. n. 5.

Ledesm. Henriq. Soar. Sanch.

24. Deindè sciendum est Tridentinũ merito ad euitanda grauia, quæ ex ijs sequebantur incommoda, irritasse

A matrimonia clandestina sine parocho, & duobus testibus inita: non quidem efficiendo vt alia materia, & forma ad sacramentum requiratur modò quam anteà (quod facere non potuit) sed efficiendo contrahentes inhabiles ad sic contrahendum, & reddendo consensum eorum sine tali solemnitate insufficientem ad contractum illum ciuilem perficiendum. Sicut si efficeret aliquem impotentem ad alium aqua perfundendum, redderet ipsum impotentem cum

B baptizare, aut si faceret, vt verba hęc: *Ego te baptizo*, omnino aliud (quod consuetudo facere posset) significarent, efficeret vt prædicta proferens inualidè conaretur baptizare.

Ratio ostenditur, quia etsi spectato solo iure naturæ, tales sint potentes contrahere, & hic contractus essentialiter non requirat, nisi consensum internum per signa exterius clarè expressum: quia tamen illi subiecti sunt Ecclesiæ, potest illis ex legi- 25.

C tima causa hanc potestatem tollere, & efficere, vt suprà dicta non sufficiant ad traditionem corporum; quia hæc omnia non tantùm à voluntate contrahentium, sed etiam à voluntate eorum, quibus illa subiecta est, pendent. Sic Ecclesia reddit consanguineos intra quartum gradum inhabiles ad contrahendum, cap. 1. cap. *Non debet*, de consanguinitate, & affinit. & collationem beneficiorum per simoniam confidentiæ factam nullam, cap. *Mattheus*, cap. *Nobis*, ex

D sinuatione de simonia: sicut etiam professionem factam ante 16. annum ætatis, cap. *Ad nostram*, de regularibus, & cap. 1. & 2. eodem titul. lib. 6. Concil. Tridentin. sessione 25. cap. 15.

Cap. 1. C. Non debet de consang. & af. C. Mattheus. C. Nobis. de simon. C. Ad nostrã de reg. C. 1. & 2. eod. tit. lib. 6.

C. *ad Apostolicam.* C. *Non solum.* *Trident.* cap. 15. aut ante annum probationis expletum irritat, cap. *Ad Apostolicam*, dicto titul. de regular. & cap. *Non solum*, libr. 6. Tridentin. sessione 25. cap. 16. Item ius ciuile reddit prodigum inhabilem ad contrahendum, *L. 1. ff. de curat. fur.* l. 1. §. 1. ff. de Curatore furios. & contractus pupillorum factos sine certa *L. Pupill. ff. reg. iur.* solemnitate nullos. L. *Pupillus*, ff. de regul. iur. qui tamen iure naturæ validi sunt.

26\. Neque obstat, quod Ecclesia non potest mutare ius naturæ: atqui tale matrimonium est iure naturæ validum: ergo Ecclesia non potest illud reddere irritum. Respondetur enim consequentiam falsò deduci, quia, vt ex dictis patet sine vlla mutatione, aut irritatione iuris naturæ tale matrimonium potest reddi irritum. Secundò etiam non vrget quod Ecclesia non potest aut mutare materiam, aut formam sacramentorum: aut efficere vt aliquid sit de eorum essentia, quod anteà non erat: ergo non potest efficere, vt talis solemnitas de nouo sit de essentia sacramenti. Cõfirmatur, quia ideò Ecclesia non potest efficere, vt vel aliqui homines nequeant validè baptizare, aut vt certa aqua ad baptismi essentiam sit necessaria; quia Christus instituit, vt quæuis aqua sit legitima materia baptismi, & quiuis homo possit validè baptizare: atqui eodem modo liber consensus contrahentium exterius expressus est legitima materia, & forma matrimonij: ergo Ecclesia nõ potest efficere ne capaces matrimonij cum adhibentes inualidè contrahant. Nam etiam respondetur distinguendum esse antecedens. Verum enim est Ecclesiam non posse mutare materiam sacramentorum, efficiendo vt id quod prius erat legitima materia, sine sui mutatione incipiat non esse legitima: potest tamen hoc efficere vt illud immutando v. g. vinum vel aquam omnino corrumpendo. Quod etsi circa has res, quæ consistunt in sola entitate physica nequeat facere solo suo decreto: potest tamen hoc facere in contractibus, qui magna ex parte pendent à rationibus moralibus, quas Ecclesia in suis subditis impedire potest; ita vt ipsæ & consequenter etiam ipsi contractus poni nequeãt sine certa solemnitate; quod hìc facit. Posito autem quod non possit poni contractus, nec potest poni hoc sacramentum, quod est essentialiter contractus. Ad confirmationem nego minorem: nec enim illi consensus sunt materia matrimonij præcisè secundùm suam rationem physicam, sed prout inuoluunt quoddam esse morale, scilicet vim obligãdi, quam Ecclesia potest impedire.

His positis inquirẽdum est vtrùm sacerdos possit ordinaria potestate matrimonio assistere, aut alteri assistendi licentiam concedere? Quare supponenda hìc est constitutio Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. vbi irritat matrimonium aliter celebratum quàm præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel ordinarij licentia. Ex quo manifestè apparet ordinaria potestate suorum matrimonio assistere, alijsque assistendi potestatem concedere posse primò parochum in tota sua parochia, secundò Episcopum per totam suam diœcesim, & hęc per se clara sunt, Sanch. de matrim. libr. 3. disput. 20. 27. *Trident.* *Sanch.*

Sed dubitari potest, an ad hoc vt Pastor validè assistat matrimonio, debeat esse ordinatus sacerdos. Respondeo non esse necessarium; ratio est, quia Trident. tantùm requirit, vt sit Pastor. Quod autem dicit: qui aliter
28. quàm coram parocho, vel alio sacerdote,&c. Indè non sequitur parochū debere esse sacerdotem, quia dictio alius, sæpè refert aliquid diuersæ qualitatis ab antecedente, vt patet ex illo
29. Lucæ.23. n. 32. *Ducebantur autem, & alij duo nequam cum eo*; docet optimè Glossa cap. *Deinde*, verb. *cum cæteris*. 26.& cap. *Sedes*, verbo *maiores*, ad finē de rescript.& authēt. *qui semel*, verbo *aliud*, Cod. *Quomodo, & quando*, vbi textus inquit, aliud anni spatium indulgetur: & Glossa inquit, loquitur quasi annum dederit, cum tamen tres menses dederit: sed die quod non implicat simile tempus per l. *Non solum*, §. *Quæritur*, ff. *de procuratoribus*, vbi Gloss. verbo *creditores*, ait dictionem *alius*, impropriè sæpè poni: quia non semper refert eandem qualitatem, idem Speculat. tit. de Sponsa. num.4. Imol. cap. *Sedes*, n.11. de rescript. vbi cum multis alijs per ipsum allegatis, Felin. nu.6. Flamin. de resign. benef. l.2.q.15.num.21. Et probatur ex illo Matth.28. & Marc. 15. vbi de Christo seruatore nostro aiunt, *Cum eo crucifixi sunt alij duo latrones*: & ex capite *Nouatianus*.7.q.1. ibi alios pseudoprophetas,& tunc inquiunt Imol.& Felin. ibidem implicare dissimilitudinē, quando ratio subiectæ materiæ id suadet, quod contingit hìc, quia parochus non sacerdos potest exercere omnia parochi munia, quæ potestate ordinis non indigent: ergo ex illa particula, vel alio sacerdote non

C. Deinde & c. sedes de rescrip. Authent. quod semel

L. Non solùm. ff. pro curatorib.

Speculat. Imol.

Felin. Flamin. Matt. 28. Marc. 15

C. Nouatianus. 7. q.1. Felin.

A colligitur sufficiens argumentum ad corrigendum totum ius, quod ad obeunda munera ab ordine non pendentia, minimè desiderat in parocho sacerdotium. Quam doctrinam multis alijs rationibus, & iuribus confirmat Sanches de matrim. lib.3. disput. 20. n.2. per totum. Vtrùm vero parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, vel cui interdicta est sacramentorum administratio, possit validè assistere matrimonio, vel alteri licentiam assistendi dare cum eodē
B Sanch. affirmatiuè resoluendum est. Probatur quoad primam partē, quia præsentia parochi requiritur in matrimonio, quasi auctoritatem præstatis illi per potestatem, quam habet in subditos, vt docet Nauar. l. 4. consil. in 1. edit. 11. de spons. sed auctoritatē præstare actui sua præsentia non est actus iurisdictionis: ergo. Minor probatur, quia nullus actus ordinis, siue iurisdictionis validè potest fieri ab omnino inuito, & contrariam habēti intentionem: l. *Non omnis*, initio ff.
C *de rebus cred.* sed præsentia parochi omnino inuiti contrariamque intentionem habentis sufficit ad valorem matrimonij, vt docent omnes Sanch. lib.3. disp.39. n.9. ergo illa præsentia non est actus iurisdictionis. Quoad secundam verò partē probatur, quia assistere non est actus iurisdictionis, vt suprà ostendimus, ergo per concessionem prædictæ licentiæ non delegatur aliquid pertinens ad iurisdictionem, sed conceditur alteri licen-
D tia, vt tanquam testis legitimus matrimonio assistat. Alias refert probationes Sanches apud quem omnia videri possunt loco citato.

Sanch 30. 31. *Nau.* *L. Nō omnis. ff. de rebus cred.* *Sanch.* 32.

§.V.

§. V.

De potestate præsbyterorum in sacramento Pœnitentiæ. A

SVMMARIVM.

1 *Hæretici qui docuerunt sacerdotes non esse necessarios ministros sacramenti pœnitentiæ, & illorum fundamentum referuntur.*

2 *Conclusio est de fide solos sacerdotes esse ministros sacramenti pœnitentiæ.*

3 *Argumenta Hæreticorum contra hãc conclusionem soluuntur.* B

4 *Non solùm sacerdotes probi, & qui in gratia Dei sunt, sed etiam iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis, vere sacramentum pœnitentiæ conficiunt.*

5 *Bonitas ministri ad sacramenti validitatem minimè pertinet.*

8 *Ratio differentiæ propter quã Sũm. Pontif. potest dispensare circa ordinarium ministrum sacramenti confirmationis, non verè pœnitentiæ assignatur.*

7 *Laicus deficiente sacerdote in necessitate potest esse minister sacramenti baptismi, non ita pœnitentiæ; & ratio adscribitur.* C

8. *Explicatur cap. Fures, de furtis.*

9 *Vtrum sacerdotes in sacramento pœnitentiæ per se vt iudices tantùm vel tanquam ministri Dei absoluant.*

10 *Iurisdictio fori interioris, nec sacerdoti, nec etiam Papæ, seu Ecclesiæ aliter competit, quam in consequentiam sacramenti pœnitentiæ.*

11 *Potestas fori interioris competit ministris Christi, non in quantum est homo, sed in quantum est Deus.* D

12 *Iurisdictio fori interioris non rectè dicitur ecclesiastica, sed diuina.*

13 *Concordatur textus in cap. 2. de officio ord. cum cap. Verbum, de pœnit. dist. 1.*

14 *Refertur opinio illorum, qui dixerunt omnes sacerdotes ex vi ordinis sacerdotalis habere potestatem absoluendi, licet Ecclesia illis prohibeat ne hoc sacramentum ministrent.*

15 *Reprobatur hæc opinio tanquam erronea stante Concilio Tridentino.*

16 *Secunda opinio in hac quæstione, quæ facit differentiam inter confessionẽ voluntariam, & obligatoriam proponitur.*

17 *Hæc secunda opinio etiam tanquam erronea reijcitur.*

18 *Tertia opinio, quæ asserit præter potestatem ordinis requiri potestatem iurisdictionis, quam sacerdotes accipiunt ab Ecclesia verissima est.*

19 *Quomodo potestas iurisdictionis sacerdotibus conferatur.*

20 *Qui dicantur habere iurisdictionem ordinariam in sacramento pœnitentiæ.*

21 *Proprius sacerdos in sacramento pœnitentiæ dicitur solus ille cui immediatè incũbit cura propria parochiæ.*

22 *A peccatis venialibus, & à mortalibus iam semel rite confessis potest absoluere quilibet sacerdos.*

23 *In casu extremæ necessitatis, & mortis articulo quicunque sacerdos etiam excommunicatus non toleratus potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris.*

24 *Ratio huius conclusionis adiungitur.*

25 *Ecclesia potest impedire sacerdoti hæretico, aut præciso ne validè absoluat.*

26 *Sacerdotes non solùm habent potestatem soluendi, sed etiam ligandi.*

27 *Confessor potest ligare pœnitentem ad pœnas aliquas, & pœnitentiam iniũ-*

gere quam necessario acceptare teneatur.

28 *Contraria opinio, & eius fundamenta annectuntur.*

29 *Prima sententia tutior, & probabilior ostenditur.*

30 *Clauibus non ad libitum voluntatis, sed secundum rationis iustitiam, & æquitatem vtendum est.*

1\. IN hac materia in primis hæreticorũ insania miserè docuit, seu potiùs miseris læsit sacerdotes non esse necessarios ministros huius sacramẽti. inter quos fuit Vuicleph. quem quidam ex nouioribus hæreticis nostri temporis secuti sunt, vt attestatur Vualdensis tom. 2. cap. 135. & colligitur doctrina illorum ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. & can. 10. Quæ tamen ibi cum suis auctoribus damnatur. Fundamentum illorum prorsus insipidum, & ineptum erat, illi enim negabant ministros huius sacramẽti posse aliter remittere peccata, quam excitando in Christianis fidem, quod æquè laici prædicantes, ac sacerdotes facere possunt.

Vualdens.

Trident.

2\. Sit tamen conclusio. Fides est ita, vt oppositum sit hæresis manifesta, quod solùm sacerdos potest conficere hoc sacramentum, & habere potestatem ministerialem dimittendi peccata. Hæc conclusio est definita expressè in Concilio Florentino in literis Eugenij. 4. & in Concilio Constan. sess. 8. & 15. vbi damnantur errores Ioann. Hus, & Vuicleph. & in Concilio Cauillonensi secundo, cap. 33. & habetur in cap. *Quidam dicunt*, de pœnitent. dist. 1. & patet ex Tridentino sess. 14. canon. 3. & ex verbis Christi Domini, Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt eis.* Vnde Concilium Trident. anathema dicit ijs, qui dicunt hæc verba non esse intelligẽda de potestate remittendi peccata in sacramento pœnitentiæ ibi, *Si quis dixerit verba illa Christi Domini, Quorum remiseritis peccata, &c. non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentiæ, sicut Ecclesia ab initio semper intellexit, detorserit autem contra institutionẽ huius sacramenti ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema sit.* Et quidem si in huiusmodi verbis solùm daretur Apostolis potestas excitandi fidem in hominibus per prædicationẽ Euangelij, vt hæretici volunt, atque ita remittendi peccata profectò hoc modo sumerentur illa verba valdè impropriè, & contra verum sensum ab Ecclesia semper intellectum: deinde quia Christus Dominus hìc dedit Apostolis peculiarem aliquam potestatem, peculiaremque iurisdictionem; *Insufflans enim in eos ait: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* distinctam à gratia concionandi, nam gratiam concionandi non hìc, sed post Pentecosten dedit, vt patet ex Lucæ vltimo, *Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.*

Cõc. Flor. Conc. Constan.

Conc. Cauillon.

C. Quidã. de pœnite. d. 1.

Ioan. 20.

Trident.

Luc. vlt.

3\. Objiciunt tamen impij Hæretici huius temporis contra hanc conclusionem de fide; primò, quia conclusio nullo modo colligitur ex sacris literis, ergo saltem non semper fuit de fide. Probatur antecedens, quoniam Ioan. 20. vbi expresiùs videtur significari in illis verbis: *Quorum remiseritis*

Ioan. 20.

riiis peccata, &c. vel fit sermo cum solis præsentibus, & successoribus, vel cum omnibus fidelibus: gratis enim dicitur, quod cum omnibus sacerdotibus. Sed si dicatur primum, solus Episcopus potest absoluere, siquidē Episcopi tantùm sunt Apostolorum successores. Si verò dicatur secundū omnes fideles possunt absoluere, ergo,&c. Confirmatur, quia Apocalyp. 5. dicitur, omnes iustos esse sacerdotes: ergo omnes iusti possunt absoluere. Respondeo omnes iustos esse generali ratione successores Apostolorum in fide,& gratia: sacerdotes verò præcipuè habentes iurisdictionē sunt successores Apostolorum strictè & propriè, quia receperunt propriū officium illorum, quod erat remittere peccata: Episcopi verò sunt propriissimè successores, & idcircò etiā ipsi Apostoli nominantur. Loquitur ergo ibi Christus Dominus cum Apostolis, & eorum successoribus strictè, & propriè, id est cum omnibus habētibus potestatem, & iurisdictionem spiritualem. Quæ intelligentia colligitur ex intepretatione omnium Sanctorum, & Conciliorum à principio Ecclesiæ. Vnde est traditio Apostolica, quod totum hoc significetur in illis verbis. Etsi argumentum negatur, quod non habeatur ex presse in sacris literis; colligitur etiam ex ratione naturali, quia in omni republica sunt iudices habentes iurisdictionem specialiter determinati, & electi, & non quicunque potest sibi vsurpare tale officium. Ad confirmationem dico, ex ipso capitulo colligi, quod illa loquutio est metaphorica. Secuti ergo omnes iusti appellantur Reges, ita appellantur sacerdotes.

Apoc. 5.

A Secundò, quia quando aliquis est in articulo mortis, & sensit magnam difficultatem, in eo quod est habere contritionem, habet grauissimā necessitatem exterioris confessionis: ergo si non habuerit sacerdotem, poterit confiteri laico. Respondeo falsam esse consequentiam, quia talis homo simpliciter loquendo potest habere contritionem, & noluit Deus saluti illius aliter prouidere. Tertiò, quia Prelati non ordinati possunt cōferre alijs potestatem ad absoluendū; B ergo habent illam,&c. Respondeo, quod illi prælati habent iurisdictionem, non tamen potestatem iurisdictionis: quia potestas iurisdictionis essentialiter includit; vel saltem essentialiter præsupponit potestatem ordinis, quam ille neque habet, neque dat alijs: sed præsupponitur potestas ordinis,& ille dat iurisdictionē quam habet, & sic alij possunt absoluere, non ipso, quia ille non habet potestatem ordinis, ita Glossa in Clementi- C na 1. de trāslatione Episcopi,& Glossa in cap. *Quod sicut*, §. vt. de elect. & procedit textus in cap. *Suffraganeis*, de electione. Quartò, quia laicus iustus magis coniungitur cum Christo, quam sacerdos peccator; ergo laicus potest absoluere. Patet consequētia, quia absolutio fit per coniunctionem ad Christum, vt in corp. probat D. Thom. Respondeo distinguendum esse antecedens, in ipso esse supernaturali, conceditur, in ratione instrumenti operatiui, negatur, quia sic cō- D stituitur sacerdos per potestatem ordinis. Et ita liquidò apparet quam inepta,& friuola sint argumēta propter quæ hæretici nostri temporis ab scopo veritatis aberrare videantur.

Glossa in Clem. 1. de translat. Episc.
C. Quod sicut de elect.
C. Suffraganeis, de elect.
D. Thom.

Adeo

4. Adeò verum est vt solùm sacerdotes sint ministri huius sacramenti, & à Deo constituti, vt non solùm probi, & qui in gratia Dei sunt, sed etiam iniqui, & qui rei sunt peccati lethalis vere hoc sacramentum conficiant; ita Ecclesia docuit, ac tenuit, quicquid hæretici deblacterent; est etiam hoc de fide definitum in Concilio Tridentino sess. 14. can. 10. ibi, *Si quis dixerit sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & soluēdi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathema sit.* & idem in cap. 6. docent Soarius tomo 4. de pœnit. disp. 24. sect. 1. n. 2. & 8. Aegidius Conynx. tom. 2. de sacram. disp. 8. dub. 1. Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 6. Cabezudo in 3. partem quæst. 8. de ministro cōfessionis art. 2. Fagundes in quinque Ecclesiæ præceptis 2. part. libr. 7. cap. 1. n. 2. Ratio à priori est, quia hoc ministerium nō fundatur in sanctitate ministri, sed in potestate, illi in ordinatione concessa, quæ propter peccatum non amittitur, cap. *Multi*, cap. *Dominus*, cap. *Nō nocet*, cum sequentibus, & præcedentibus. 1. quæst. 1. definit Trid. sess. 7. de sacramentis in genere can. 12. docuit D. Thom. 3. p. q. 64. art. 5. cap. 28. Soar. tom. 3. disp. 13. sect. 4. à princip. qui varijs rationibus, & auctoritatibus confirmant, & contrarijs abunde satisfaciunt. Vnum non omitto, quia ad præsentem tractatum pertinet, quod nonnulli hæretici sumunt ex auctoritate Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sāctum quorum remiseritis peccata, &c.* quasi sine Spiritu Sancto, id est gratia sacerdotalis hæc potestas eis conueniat. Sed respondetur cum Chrysostom. August. Hieron. Tolet. atque alijs, quos refert, & sequitur Bellarm. de sacram. in gen. lib. 1. cap. 26. verbo *quoad tertium*, Henriq. d. lib. 6. cap. 17. lit. A. quod per Spiritum Sanctum eo loco intelligitur potestas ordinis quā Christus Dominus Apostolis, eorūq; successoribus sacerdotibus in illis verbis. & sequentibus concessit, quanuis Henriq. vbi proximè atque alij intelligant de plenitudine gratiæ, vt scilicet licite & sine peccato valeant ministrari, quod nobiscum non pugnat.

[Margin: Trident. — Soar. — Ægid. Co. — Henriq. — Cabezud. — Fagund. — C. Multi. — C. Domin. — C. Non nocet. 1. q. 1. — Trident. — D. Thom. — Soar. — Ioan. 20. — Chrysost. — August. — Hieron. — Tolet. — Bellarm. — Henriq.]

5. Bonitas autem ministri, seu sanctitas, hoc est, quod nullam habeat peccati mortalis conscientiam, quanuis ad substātiam absolutionis pertineat. vt scilicet sine peccato, & dignè præstetur à sacerdote, textus sic intelligendus in cap. 1. ibi, *à sacerdoti meliori quam potest confiteatur*, de pœnit. dist. 6. ex se tamen ad sacramenti validitatem minimè pertinet, vt notant Doctores omnes suprà citati, Nau. in d. cap. 1. n. 3. Soar. de pœnit. disput. 28. sect. 1. à n. 2. prauèque sentire eos, qui negant hanc potestatem remittendi peccata sacerdotibus existentibus in mortali: & patet ratio quoad vtrūque membrum, certum est enim in omnibus sacramentis cum sancta sint sanctèque tractari oporteat. Vnde ministros cum consciencia peccati mortalis ea ministrantes mortaliter peccare docent Doctores suprà relati latè Henriq. lib. 1. cap. 23.

[Margin: Cap. 1. de pœn. d. 6. — Nau. — Soar. — Henriq.]

6. Sed contra hactenùs propositam doctrinam vt solus sacerdos sit minister huius sacramenti: oppones primo, quia ordinarius minister Confirmationis est Episcopus, & tamen deficiente Episcopo in necessitate ex dispensatione Summi Pontificis, potest quilibet sacerdos esse minister illius,

C. *Peruenit.* 95. d. illius, probat expreſsè textus in cap. *Peruenit.* 95. diſt. ergo etiam licet ſacerdos ſit ordinarius miniſter huius ſacramenti, ex diſpenſatione tamen Summi Pontificis poterit ſufficere Diaconus; maximè cùm hoc ſacramentum ſit maioris neceſsitatis. Reſpondetur eſſe diuerſam rationem in hoc ſacramento confirmationis, quę diuerſa ratio deſumenda eſt ex inſtitutione vtriuſque ſacramenti: nam hoc ſacramentũ pœnitẽtiæ ita Chriſtus inſtituit, vt in nulla neceſsitate poſsit ab alio, quam à ſacerdote miniſtrari: at verò ſacramentum confirmationis ita inſtituit, vt ordinarius miniſter illius eſſet Epiſcopus, extraordinarius vero in neceſsitatibus, & ex diſpenſatione deficiente Epiſcopo quilibet ſacerdos. Quæ inſtitutio patet ex traditione Eccleſiæ: cauſa verò ſeu potiùs conuenientia, vt animaduertit Soar. tom. 4. de pœnitẽt. diſp. 24. ſect. 1. num. 6. eſt quia præsbyteri iam habent poteſtatem conſecrandi, & conficiendi corpus Chriſti; & adhùc lis eſt, & opinio, an præsbyteri in charactere differant ab Epiſcopo. *Soar.*

7. Secundò dices, quòd miniſter ſacramenti baptiſmi in neceſsitate, deficiente ſacerdote diacono, vel ſubdiacono, poteſt eſſe quilibet laicus; ergo etiam eadem neceſsitas efficere poterit vt laicus poſsit confeſsionem audire, maxime in articulo mortis. Reſpondetur ſacramentum baptiſmi maioris neceſsitatis eſſe, & ideò oportuit, vt Chriſtus in inſtitutione non ſolùm commiſiſſet illud ſacerdotibus, ſed etiam cuilibet homini, vel mulieri in neceſsitate, etiam Turcæ, & pagano, deficiente ſacerdote; ſacramentum vero pœnitentiæ cum poſsit ſuppleri per cõtritionem, A deficiente copia confeſſarij, tantum ſacerdotibus commiſit.

8. Tertio objicies de textu in cap. *Fures de furtis*, vbi dicitur, ſi fures cõprehenſi, præsbytero, aut diacono confeſsi fuerint communionem ijs dandam eſſe. *Ca. Furts de furtis.* Reſpondetur cum Soar. tom. 4. diſp. 24. ſect. 1. num. 11. ſenſum eſſe ſi oſtenderit ſigna contritionis, & pœnitentiæ, non eſſe illi denegandam communionem: numerantur autem ſpecialiter ſacerdos, & diaconus, quia à B ſacerdote poteſt & abſolui, & communicari: Diaconus vero quanuis non poſsit illum abſoluere, poteſt tamen in illo articulo, & deficiente ſacerdote, Euchariſtiæ ſacramentũ miniſtrare illi dummodò, alius ſe ſufficienter diſpoſitum oſtẽdat. Et hoc ſignificatum eſt per illa verba, *Si Diacono confeſſus fuerit.* & aptius habes in §. 2. huius diſput. *Soar.*

9. Suppoſito iam quod maneat firmum ac ſtabile ſolos ſacerdotes eſſe ſacramenti pœnitentiæ miniſtros à C Chriſto Domino conſtitutos, in pręſenti videndum eſt, an remittant peccata per ſe, vt iudices tantùm, vel vt miniſtri Dei, & in conſequentiam ſacramenti. In qua quęſtione imprimis quod ſolùm tanquam iudex ſacerdos peccata ſoluat in ſacramento pœnitentię, facit primo textus in cap. *Verbum* de pœnitent. diſt. 1. *C. Verbum de pœn. d. 1* Secũdò, quia tanquam iudex ſuam habere poteſtatem dicitur, latè Trident. ſeſſ. 14. *Trident.* cap. 5. & 6. cuius doctrinæ oppoſitum D damnatur inibi can. 9. In contrarium verò quod ſolum tanquam miniſtri Dei ſtat expreſſè textus in cap. 2. de officio ordin. ibi, *Quia non vt iudex, ſed vt Deus.* *C. 2. de officio ord.*

Pro

10. Pro horum iurium intelligentia, & concordia tres potissimas notabimus differentias inter iurisdictionē fori interioris, & exterioris. Prima est quod prior iurisdictio nec sacerdoti, nec etiam Papæ, seu Ecclesiæ aliter competit, quam in consequentiam sacramenti pœnitentiæ: contra vero posterior competit per se absque alicuius sacramenti respectu.
11. Secunda differentia est, quod prior competit ministris Christi, non in quantum est homo, sed in quantum Deus. Posterior autem è conuerso: colligitur hæc differentia ex dicto cap. 2. de officio ord. ibi, *Sed vt Deus*, & ex dicto cap. *Verbum*, ibi, *nullius potestatis*: & probatur ratione; cum prior iurisdictio ad remittenda peccata, atque adeo ad impium iustificandum efficax sit, iuxta illud Ioã. 20. *Quorū remiseritis, &c.* docet Trident. sess. 14. cap. 1. & 2. & negari nequeat, quod licet Christus Dominus in quantum homo per potestatem excellentiæ sibi datam meritorie, & velut instrumentaliter hūc operetur effectum. D. Thom. 3. p. q. 64. art. 3. nequaquam tamen ipse aliter quam in quantum Deus per potestatem auctoritatis, hoc est, tanquā principalis agens eundem operetur effectum, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. *Deus est, qui iustificat*, D. Thom. d. q. 8. artic. 1. ad primum, & passim omnes Theologi, textus optimus in proposito in d. cap. *Verbum*, intelligēdo per verbum Dei ipsum Christū, in quantum est Deus, iuxta illud Ioan. 1. *Et Verbum caro factum est* ad idem textus in cap. *Multi*, ibi, *diuina virtus*. 1. q. 1. docet Trident. vbi suprà. Rectè fit priorē illam iurisdictionē solis Christi ministris secūdum quod Christus est Deus, competere. Non sic dicendum est de posteriori, quippe quæ cū ad iustificandum impium efficax non sit, haud dubiè Christo in quantum homini omnino data noscitur, iuxta illud Matth. vlt. *Data est mihi omnis potestas*, à quo quidem tanquam ab Ecclesiæ capite, iuxta illud ad Ephes. 1. *Ipsum dedit caput super omnes Ecclesias*, comprobat D. Thom. d. art. 1. in suū Vicarium, nempè Papam, atque adeo in suum corpus, quod est Ecclesia deriuatur, cap. *Ita Dominus*. 19. dist. Tertia differentia est, quod prior iurisdictio non rectè dicitur ecclesiastica, sed diuina, contra verò posterior è conuerso, colligitur hæc differentia ex cap. *à nobis*. 2. de sentent. excōmunicat. dum inter iudicium diuinum, & ecclesiasticum distinguit: probatur ratione, nam cum prior iurisdictio solis competat ministris sacramēti pœnitentiæ, iuxta prædicta, cuius quidē sacramenti proindè ac cæterorum solus Christus in quantū Deus est principalis auctor, D. Thom. d. q. 64. ar. 1. & passim omnes Theologi, textus optimus in d. cap. *Multi*, ibi, *sub tegumento*; rectè fit iurisdictionem illam esse diuinam ex regula cap. *Mulieres*, §. *Illi verò*. de sentent. Non sic dicendum de posteriori, quæ cum à Christo Domino tanquam ab Ecclesię capite in suum vicarium, & deinde in Ecclesiæ membra deriuetur d. cap. *Ita Dominus*, vtique iurisdictio Ecclesiæ, seu ecclesiastica merito conferri debet, d. cap. *à nobis*. 12.

13. His expensis patet vera intelligētia ad textum in d. cap. 2. de offic. ordin. cum iuribus in contrarium citatis, fateor namque sacerdotem in sacramēto pœnitentię esse verè iudicē, sacramen-

[Marginalia: C. 2. de offic. ordin. — C. Verbū. — Ioan. 20. — Trident. — D. Thom. — Rom. 8. — D. Thom. — C. Verbum — Ioan. 1. — C. Multi 1. q. 1. — Mat. vlt. — Ephes. 1. — D. Thom. — C. Ita Dominus. 19. dist. — Ca. A nobis. de sēt. excom. — D. Thom. — C. Multi. — C. Mulieres. — C. Ita Dominus. — C. à nobis. — C. 2. de offic. ord.]

sacramentalemque absolutionem veram esse sententiam, idque iura contraria satis euincunt. Sed nihilominùs cum non per se, sed in consequẽtiam eiusdem sacramenti, atque adeo velut Dei minister sit iudex, iuxta modò resoluta; vtique propriè, & simpliciter loquendo, non iudex, sed potiùs eiusdem sacramenti, seu Dei minister appellari debet, ex regula *Accessorium* in 6. sic alias licet hi, quibus executio principaliter demandatur, vere sint iudices, l. *Etsi non cognitio*, Cod. *Si contra ius*, Glossa recepta, verbo *principalis*, in capit. *Si super gratia*, de officio delegat. libr. 6. Ex quo tamen iurisdictio eisdem non aliter, quam in consequentiam sibi commissæ executionis conceditur, haud dubie non iudices, sed potiùs executores appellantur, cap. *de cætero*, cum alijs de re iudic. Iuxta hunc sensum rectè procedit d. cap. 2. ibi, *Quia non vt iudex scit, sed vt Deus.* Et consonat d. cap. *Verbum*, ibi, *sacerdos quidem suum officium exhibet, & nullius potestatis, &c.* Sic planè significans sacerdotem in hoc sacramento, non ita iudicem esse, quasi alicuius humanæ potestatis iura exerceat, sed solum tanquam Dei ministrum, vt per Card. S. Xisti post Albert. Magnum ibidem num. 15. ad idem Trident. sess. 14. cap. 6. ibi, *Absolutio sacerdotis alieni beneficij sit dispensatio.* intelligendo per beneficium alienum effectum sacramenti, cuius aliàs sacerdos dispensator dicitur, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *Et dispensatores misteriorum Dei.*

Regu. Accessorium. — L. Etsi non cognitio. — Glossa recepta. — C. de cætero. — C. Verbū. — Alb. Mag. — Trident. — 1. Cor. 4.

14. Explicata igitur hac difficultate, inquirendum est modò illam quæ habet, vtrùm in huiusmodi sacerdotibus sufficiat solum ordinis potestas, quam tantùm sacerdotes accipiũt in ordinatione, vel requiratur vltra potestas iurisdictionis, ad hoc vt sint ministri idonei, & sufficientes huius sacramenti, & validè illud ministrent? Omisis ergo hæreticorũ erroribus, inter Catholicos controuersia est, nõ leuis. Quidam enim dixerunt, omnes sacerdotes ex vi ordinis sacerdotalis, & suæ ordinationis, esse diuino iure idoneos ministros, & sufficientes huius sacramenti, ita vt quantumuis Ecclesia illis prohibeat, ne hoc sacramẽtum ministrent, semper tamen validè absoluant, licet non licite. Ita docet Armaianus libr. 11. de quæstionibus Armenorum à principio, Almainus in 4. dist. 18. quæstione vnica, & non putat improbabilem Durand. distin. 19. quæstione secunda. Fundamentũ præcipuum huius opinionis sumitur ex ipsa institutione Christi Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Nam ex vi horum verborum constituti sunt Apostoli, & omnes sacerdotes illorum in sacerdotio successores idonei, ac sufficiẽtes ministri huius sacramenti. Ergo licet Ecclesia posit illorum actus prohibere, nõ potest tamẽ irritare; sicut enim nõ potest irritare actũ consecrationis corporis Christi, licet posit prohibere, ita non potest irritare actũ absolutionis, licet illum prohibere posit. Vrget secũdò, quia in articulo mortis potest quilibet sacerdos nõ approbatus validè absolue re à mortalibus. & extra illũ valet, & licita est absolutio venialiũ cuiuslibet sacerdotis nõ approbati: ergo potestas cõficiẽdi, & cõferẽdi hoc sacramẽtũ,

Armaia. — Almain. — Durand. — Ioan. 20.

ita est cōmunis omnibus sacerdotib⁹ iure diuino, & ex vi suæ institutionis, vt ab eis nullo modo possit per Ecclesiam auferri. licet illam ex causa possit prohibere.

15. Cæterùm hæc opinio iam hodie est erronea post Concilium Trident. sess. 14. cap. 7. asserens inualidam esse absolutionem à sacerdote datam, qui neque delegatam, neque ordinariam iurisdictionem habet, & sessione 23. cap. 15. vbi dicit nullum sacerdotem esse idoneum, aut sufficientem ministrum huius sacramenti, etiam regularem, nisi aut parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo, præuio examine, aut quouis alio modo approbetur: nam potestas ordinis sacerdotalis, licet sit fundamentum potestatis iurisdictionis, & tale fundamentum, vt sine ea nequeat consistere, est tamen distincta ab illa, vt optimè notat Soarius tomo 4. de pœnitentia, disputatione 24. sectione 2. num. 7. semper enim valor huius sacramenti ex parte ministri pendet à concessione superioris, vel ablatione.

Trident.

Soar.

16. Alij autem etiam Catholici authores, quos tacito nomine arguit Medina Codice de confess. quæst. de confessione, non necessitate, sed voluntate facta, distingunt inter confessionem voluntariam, & confessionem obligatoriam ex præcepto; in prima dicebant quemlibet ordinarium sacerdotem etiamsi approbatus non sit, posse esse ministrum illius: de confessione verò necessaria asserebant non quemlibet sacerdotem ordinarium posse esse ministrum illius, sed illum tantum, qui approbatus est, & iurisdictionem habet; quam necessitatem existimabant oriri ex capite *Omnis vtriusque sexus*, de pœnitent. & remission. præcipiente confessionem annuam fieri proprio sacerdoti.

Medin.

Ca. Omnis vtriusque sexus.

Sed hæc sententia etiam erronea est cum non sit minus falsa, quam præcedens. Nam Concilium Tridentin. ad valorem huius sacramenti, & cuiuscunque confessionis requirit iurisdictionem, & approbationem Episcopi: deindè quia aliàs quāuis in confessione ex præcepto esset necessaria iurisdictio, vt licitè ministraretur sacramentum, non esset tamen necessaria ad valorē illius, quia solum præceptum Ecclesiæ ad hoc non sufficit. 17.

Trident.

Vnde statuendum est ad absoluēdum non sufficere solam ordinis potestatem, quam solùm sacerdotes accipiunt in ordinatione; sed requiri vltra potestatem iurisdictionis est cō munis omnium Doctorum rectè sententientium Soar. tom. 4. de pœnitentia, disput. 24. sect. 2. nu. 5. Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 5. D. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. Petr. Soto lect. 5. de pœnit. Nauar. in sum. cap. 27. num. 259. Soto in 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 2. Ledesma. 2. 4. quæst. 32. ar. 1. Bellarm. 2. parte de sacram. disput. 8. dubio 2. Fagund. in secundo præcept. libr. 7. cap. 3. n. 14. Patet ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 7. Probatur ratione quā Concilium expresse tangit, quia ratio iudicij ex sua natura intrinsecè, & essentialiter postulat, vt sentētia nō feratur, nisi in subditos: ergo iurisdictionē in illos debet habere, quia nullius valoris est sentētia absolutionis, quā sacerdos in eū profert inquē iurisdictionē non habet. Et confirmatur ex verbis 18.

Soar. Henriq. D. Thom. Soto. Nauar. Ledesm. Bellarm. Fagund. Trident.

verbis Concilij,ibi, *Persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse synodus hoc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert in quem ordinariā, aut delegatam iurisdictionem non habet.* Alias rationes adducit Soar. & Fagund. vbi suprà, hæc satis assertionem confirmat.

Soar. Fagund.

19. Habemus iam quod sacerdotes ad hoc vt sufficientes idonei, & ministri ad soluendum dicantur, necesse est vt illis detur iurisdictio in subditos, nūc verò sciendum est quomodo talis iurisdictio eis conferatur. Communis Theologorum docet preter potestatem ordinis, alteram dari iurisdictionis, quam aiunt sacerdotes ab Ecclesia recipere, dum eis subditi tradun- tur. Ita D.Thom. & alij plures, quos refert, & sequitur Couas 1.resol.cap. 10.n.11. Sed vrget textus in Extrau. *Quia quorundam*, vers. *Item quia claues*, ibi, *in collatione sacerdotalis ordinis conferuntur, &* ibi, *claues autem, quæ in sacerdotali conferūtur ordine*, de verbor. signif. Cæterùm professores nostri censent sacerdotes in sua ordinatione iurisdictionem in habitu recipere, nec aliud post modum ab Ecclesia recipere præter eiusdem iurisdictionis vsum, seu exercitium: ita Hostiens. in sum. de pœnit. §.3. Abb. in cap. *Omnis*, n.14. de pœnit. & rem. Nauar. in cap. *Placuit*, num.25. de pœnit. dist.5. communis ex Aufrer. de Capell. 221. intendit Glossa in l. 1. ff. de officio præsid. optimè Gratian. in cap. *Adÿcimus*, §. *Ecce*, ibi, *executionem suæ potestatis*, & in cap. *Generaliter*. in fine, ibi, *potestatis executionem*. 16. quæstione prima. Aduertendum tamen est vsum loquendi Theologorum rectè expli-

D.Thom. Cou. Extrauag Quia quorundam. Hostien. Abb. Nauar. Aufrer. Glossa. Gratian.

A cari posse, si expendas ad esse iurisdictionis subditos pro materia desiderati, Bald. in l. 1. num. 15. ff. iurisdict. plane cum hos subditos sacerdos in sua ordinatione non recipiat, sed tum demum, quando vel parochus constituitur, vel aliàs ad id subsit alicuius superioris auctoritas, d. cap. *Adÿcimus*, non immerito tum temporis iurisdictionem recipere censebit, vt Theologi dicunt. Et iuxta hunc sensum rectè intelligitur Concilium Florent. sub Eugenio. 4. dum in mi- B nistro huius sacramēti authoritatem desiderat absoluendi ordinariam, vel delegatam, vt expressiùs posteà definiuit Concilium Trident. d. sess. 14. cap.7.

Bald. C. Adÿcimus. Cōc. Flor. Trident.

Constituto ergo quoad absoluendum præter potestatem ordinis requiratur iurisdictio, quam sacerdos ab Ecclesia accepit, consequitur indagare, qui nam habeant hanc iurisdictionem ab Ecclesia, seu vsum, vel exercitium, vt nostri professores vo- C lunt, quare vt perfecta materiæ resolutio tradātur dicendum est primò vnicuique fidelium tres esse ordinarios confessores, Papam scilicèt vniuerso in orbe, qui immediatè accipit suam iurisdictionem à Christo Domino, vt suprà probauimus in 1. disp. Episcopum in sua diœcesi, qui iurisdictionem immediatè accipit à Papa, vt iam diximus in 6. disputatione, parochum in propria parochia, qui suā accipit iurisdictionem immediatè ab Episcopo, quando ad officium paro- D chiale eligitur, ita docet Hostiens. & omnes in dicto capite *Omnis*, asserit Nauar. in dicto cap. *Placuit*, num. 124. Soto quæstione 4. articulo 2. versic. *Tres ergo*, refert innumeros, 20.

Hostien. Nauar. Soto.

Henriq. Soar. Fagund. Viuald. Hĕriq.lib.6.c.7. Soar.disp.25.sect.1. num.1. Fagund.in 2.præcept.lib.7.c. A 2. & est communis omnium secundū Viuald.de confess. n.27. Ratio verò quoad Summum Pontificem constat ex resolutis in disput. 1. vbi ostendimus plenissimam tam ordinis, quàm iurisdictionis potestatem esse penes Summum Pontificem. Quoad Episcopos idem probatur ex receptissimo axiomate Theologorum, atque nostrorum, qui docent ea omnia posse Episcopos in suis diœcesibus, quæ potest Papa in vniuerso orbe, si specialiter non fuerint reseruata B adest præterea expressa auctoritas textus Cap. 2. de pœnit. & remiss. Glossa. Gutier. in cap. 2. de pœnit. & remiss. libr. 6. iuncta Glossa ibi, verbo *suo subdito* recepta vltra multos præcitatos ex multis, de quibus Gutierr. can. quæst. lib. 1.cap.30.n.12. & cap.27.n.24.

21\. Sed aduertendum est, quod licet prædictæ rationes concludant Summum Pontificem in vniuerso orbe, & Episcopū in sua dœcesi, iure proprio, & ex ordinaria potestate posse suorū C subditorum audire confessiones, atq; ideo in latiori significatione proprij sacerdotes rectè intelligātur: proprie tamen & strictè proprius sacerdos dicitur solus ille, cui immediatè incumbit cura propriæ parochiæ, vt in terminis dicti C.Omnis vtriusque sexus. cap. *Omnis*, explicans illa verba, *proprio sacerdoti*, satis deducitur Extrau. Vices. ex textu in Extrauagant. *Vices*, vers. *Quod etiam*, de treuga. & pace inter communes, quod etiam magis voluit Host. Can. Henriq. Soar. Hostiens. in d.cap. *Omnis*, verbo, *proprio*, & post Can. resoluit Henriq. d. D cap.7.à princip.liter. B. Soar. d.disp. 25.sect.2.n.3. Et patet ratio, quanuis enim particula illa, *sacerdos*, aliquando ad Episcopos referatur, vt in cap. 3.de re iud. in rigore tamen, & strictè C.3.de re iud. loquendo distinctum gradum facit sacerdos, & Episcopus, cap. *Cleros*. 21. C.Cleros. dist. & diximus latè in disput. de Episcopis, ac subindè licet prædicti tres proprie ordinarij dicantur confessores, proprie tamen solus parochus dicitur proprius sacerdos.

22\. Hæc tamen iurisdictio his tribus competens ordinarie intelligenda est secundum ea, quæ suprà diximus, vt scilicet per talem iurisdictionem sint sacerdotes sufficiētes ministri ad absoluendū à peccatis mortalibus nunquam confessis; quia à peccatis venialibus, & à mortalibus iam semel ritè confessis potest absoluere quilibet sacerdos ex vi sui sacerdotij; præsertim si sit ab Ecclesia toleratus, modo de illis solùm fiat confessio: ita docet Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 24. Soar. sect.2.n.8. Hĕriq.lib.3.de pœnit.c.5. Henriq. n.4. Ledesma 2.4.quæst.7.art.5. dub. Ledesma. 16.in fine, Caiet.verbo, *absolutio*, c.2. Caiet. Paludan.in 4.dist.15.q.1. Cano in Re Palud. lect.de pænit. part.5. Maior in 4.dist. Cano. 19. quæst. 1. §. *Sed contra Aureolum*, Maior. Fagund. in 2.præcept.lib.7.cap.1. nu. Fagund. 15.qui alios refert. Omisso fundamēto Caiet. & aliorū dum asserit. quod ad absoluendum in tali casu non requiritur propria iurisdictio, sed sufficit voluntaria subiectio pænitentis, quod repugnat definitioni Concil. Trident. Trid. dicta sess.14. cap.7. absolutè asserentis ministrum huius sacramenti debere habere iurisdictionem; vera huius rei ratio est, quā assignat Soar. Soar. dicto n 8. quia circa venialia, & mortalia iam rite confessa, & absoluta omnibus sacerdotibus censetur data iurisdictio ab Ecclesia, & hic fuit semper vsus, & consuetudo illius.

Cæterùm

23. Cæterùm notandum est, quod in casu extremæ necessitatis, & mortis articulo, non solùm sacerdotes habẽtes prædictam iurisdictionem ab Ecclesia, sed quicunque sacerdos etiam excommunicatus non toleratus, potest absoluere ab omnibus peccatis mortalibus, & censuris etiam reseruatis. Est communis omnium Doctorum, vt latè & eleganter refert Fagund. in suo quinchalog. 2. præcept. lib. 7. cap. 1. n. 16. *Fagund.*

24. Descriminantur tamen Doctores in assignanda huius veritatis ratione. Nauar. enim cap. 27. n. 270. §. 7. cum Syluestr. & Paludan. existimat, quod omnes sacerdotes ex vi suæ ordinationis iure diuino accipiunt iurisdictionem in habitu, quæ eodem iure ex consuetudine Ecclesiæ, in mortis articulo possit exire in actum, quam iurisdictionem cum iure diuino detur, putant non posse auferri à Papa pro eo articulo. Verius tamen est quod ea iurisdictio datur omni sacerdoti etiam non approbato in articulo mortis iure tantùm ecclesiastico, in ordinem ad salutem æternã, quæ nobis communicanda est virtute sacramentorum; ita docent omnes Hẽriq. lib. 3. de pœnit. cap. 11. n. 2. Turrecr. lib. 1. sum. Eccles. c. 98. Soto distinct. dist. 18. q. 4. art. 4. vers. *At verò*, & significat D. Thom. dist. 19. q. 1. art. 1. & alij, quos citat Cou. cap. *Alma mater*. 1. p. §. 6. n. 6. Fagund. d. cap. 1. nu. 16. Vnde cum detur iure ecclesiastico, poterit Papa de potentia absoluta in articulo mortis eam auferre, quanuis nunquam efficiet propter antiquissimam consuetudinem, & quia non dabitur causa iusta, ob quam id efficiat, & de facto modo aliquo eam iurisdictionem iam Summi Pontifices pro eo articulo mortis sacerdotibus limitarunt, reseruant enim excommunicationes cum ea limitatione, vt in articulo mortis absoluantur à quocunque sacerdote sub onere, & conditione præsentandi se Papæ si euadant, quando excommunicatio erat Papalis, vt patet ex cap. *Eos qui*, de sentẽt. excommunicat. & ex toto illo titulo in decretalibus, & lib. 6. *Nauar.* *Syluest.* *Palud.* *Henriq.* *Turrecr.* *Soto.* *D. Thom.* *Cou.* *Fagund.* A *C. Eos qui*

25. Ex dictis planè consequitur posse Ecclesiam impedire sacerdoti hæretico, aut præciso ne validè absoluat, est receptissima traditio, quam argumento text. in cap. *Ad probandum*, de re iud. comprobat, & explicat elegãter Nauar. in Man. cap. 9. à n. 8. Henriq. 2. p. lib. 13. cap. 10. §. 2. & sequentibus, Viuald. 1. part. tit. *de absolutione*, n. 79. & 2. part. tit. *de excommunicatione*, à num. 29. Ratio in promptum est: resoluimus enim præter sacerdotium requiri etiam iurisdictionem, quæ illis iure humano, & ecclesiastico datur, ergo eam auferre potest Ecclesia in his casibus. Sed videtur obstare quod etiam sacerdos præcisus ab Ecclesia validè conficit sacramentũ Eucharistiæ, iuxta modò dicta, proindè constat sacramentum ordinis, aliaq; sacramenta ab Episcopo præciso licet illicitè, validè tamen conferri; sed rationem differentiæ iam suprà expendimus in hac disp. §. 2. quia in sacramento Eucharistiæ, alijsq; similibus non requiritur actus aliquis exterior suscipientis, sed tantùm materia exterius approbata, at verò in sacramento pœnitentiæ, actus totius pœnitentis exiguntur, & necessarij sunt, tanquam materia ipsius sacramenti, cum igitur in sua ordinatione sacer- B *C. Ad probandum.* *Nau.* *Henriq.* *Viuald.* C D

dotes materiã illã,&subiectionẽ personarũ nõ recipiãt rectè diximus vel subditos, vel potestatẽ posteà ab Ecclesia accipere, dũ subditi eis traduntur. Ita Soto in 4.d.18.q.4.ar.2. Nau. cap.1. à principio de pœnit. dist.6. & in Man. cap.4. à num.1. plures relati à Viuald. 1. part. tit. de absolutione, num.48.

Soto. Nau. Viuald.

26. Atque hìc tandem prænotandum est sacerdotes non solùm habere potestatem soluendi, verum etiam ligandi: constat ex definitione clauiũ, vbi vtrumque ponitur, & deinde ex auctoritatibus Christi Domini Matth. 16. & Ioan. 20. & Trid. dicta sess. 14. cap.1. & can.3. facit etiam vulgaris regula, quod à pari procedit ligãdi, & soluendi potestas, l.2. ff. re iud. dictum cap. *Verbum*, cap. *Si Petrus*. 24. quæst.1. cum alijs de quibus Gom. l. 76 Taur. n.14. Garcia reg. 110. & de sacrament. pœnit. agens contrariam hæresim damnat Trid. sess. 14. de sacramento pœnit. can.5.

Mat. 16. Ioan 20. Trident. L.2. ff. re iud. C. Verbum C. Si Petr. Gom. Garc. Trident.

27. Vnde iam pendet resolutio illius maximè controuersiæ inter nostros, atque Theologos, vt scilicet confessarius in sacramento pœnitentię possit ligare pœnitentem ad pænas aliquas, & pænitẽtiam iniungere quam necessariò acceptare teneatur; & pars affirmatiua ex dictis videtur cõprobari. Diximus enim & definit Trid. dicto can.15. claues datas esse non solùm ad soluendum, sed etiam ad ligandum: ligare autem in hoc sacramento imponendo pænas nihil aliud esse noscitur, quàm imponere pænitentiam quam ipse acceptare, & implere teneatur; alioquin iam per pænas non ligant; igitur necessariò pars affirmatiua tenenda videtur, quam tenuerunt Magister in 4. dist. 18. & ibi D. Thom. idem S. Thom. ad 3. part. q.18. art.3. & post alios communem sententiã testatur Victor. de sacram. nu.209. tuetur latè Soto dist.20. q.1. art.2. & contrarium esse contra sensum Patrum, & sacrorum canonum, ideoque minimè asserendum Graph. d. lib. 1. cap.31. n.20. & esse catholicã sententiam, & de fide tenendam scribit vbi proximo, & ex Ledesma refert Viuald. in candelabro Ecclesiæ 1. part. de satisfactione n.18. adducẽtes in confirmationem text. in cap. *Omnis*, de pænit. ibi, *Iniunctam sibi pænitentiam, &c.* textus optimus in cap. *Multiplex pœnitentia*, dist.1. cap.1. vers. *ponat pænitentiam*, dist.5. latè Fagund. in 2. præcept. lib.3. cap.2. n.17.

Trident. Magist. D. Thom. Victor. Soto. Graph. Ledesm. Viuald. C. Omnis. C. Multiplex de pœnitent. C. 1. d. 5. Fagund.

28. Verùm contra adeo receptã sententiam grauissimi scripserũt auctores, Scotus in 4. dist.17. & 19. ad fin. Syluest. verbo *Confessio*.1. §.29. Medina in Codice de confess. cap. *de pænitentia iniuncta acceptanda*, pag.99. & ex nostris Hostiens. Abb. in cap. *Significauit*, numer.2. de pænit. & remiss. eamque latè tuetur Nauar. in d. cap. 1. vers. *ponat*, à num.2. & in cap. *Contrarium*, n.17. de pænit. dist.3. & latiùs contrarijs respondet in Man. cap.26. n.20. testatus in vrbe, & orbe receptum, & deindè Viuald. num.25. vbi proximè; mouentur hi auctores, primo, quia vel esset necessarium pænitenti pænitentiam acceptare ad eum finem, vt Deo reconcilietur, vel vt eidem satisfaciat: prius necessarium non est; supponimus enim sufficienter Deo per contritionem esse recõciliatum; non etiam posterius, quia multis alijs modis potest satisfacere, scilicet vt per pænitentiam voluntariè

Scotus. Syluest. Medin. Host. Abbas. Nauar. Soar. Viuald.

riè assumptam, vel per flagella à Deo illata, vt definit Trid. dicta sess. 14. canon. 13. vel etiam remittere ad purgatorium, vbi luant postquam ab hac
Trident. vita decesserint, iuxta Tridēt. sess. 6. can. 3. Secundò argumentantur sic, quemadmodum soluere est remouere obstaculum regni cælorum, quod peccatum est, ita ligare est illud ponere, sed sacerdotis non est peccatū ponere, sed tollere: ergo, &c.

Quibus non obstantibus primam
29. sententiam probabiliorem, tutiorem & sacris canonibus, & Tridēt. magis consentaneam esse censeo ex suprà positis fundamentis. Neque obstant in contrarium adducta: nam ad primum respondetur teneri pænitentē pænitentiam acceptare, non solùm vt pænæ temporali satisfaciat, sed ad eum finem vt Deo reconcilietur, cū enim Christus Dominus sacerdotibus potestatem concesserit remittēdi vel retinendi peccata Ioan. 20. &
Ioan. 20. iudices illos constituerit ad discernēdum, vtrùm absolutione, vel retentione dignus sit, potest sacerdos si pęnitentiam non acceptauerit, pænitētem absolutione indignum iudicare, & ita Deo non reconciliari, quomodo argumento satisfacit Graph. dicto
Graph. *Soto.* num. 20. Ad secundum rectè respondet Sot. non solùm peccatum & culpam esse obstaculum ingressus regni cælorum, sed etiam reatum ad pænā, dum non exoluit, & hoc commisisse Christum Dominum sacerdotibus, vt culpam remitterent, atque etiam pęnitentiam, vel ligarent, ad eam expli-
Adrian. *Sot.* cat latiùs Adrian. & Sot. in probatione primæ conclusionis dictis locis, &
Fagund. Fagund. d. cap. 2. n. 17.

30. Aduerte tamen clauibus vtendum esse non ad libitum voluntatis, sed
A secundum rationis iustitiam, & ęquitatis dictamen; probatur ex definitione clauium, quæ habet potestatē Ecclesiæ eam esse per quam ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno, sed dignos recipere, & indignos excludere postulat iustitiæ, & rationis dictamen ex his, quæ notantur in lege prima in principio, ff. de iust. & iure l. 2. ff. de legibus, igitur, *l. 1. ff. iust. & iur.*
&c. Facit illa duarum clauium pote- *l. 2 ff. leg.*
B statis scientiæ, & discretionis distinctio, de qua supracitati auctores, & confirmatur ex auctoritate Christi Domini Ioan. 21. *Pasce oues meas*, iuncta explicatione omnium Patrum, de *Ioan. 21.* qua latè Bellarm. 1. tom. controuers. 3. generali lib. 1. cap. 15. & auctoritate *Bellarm.* Pauli 2. ad Corinth. 10. ibi, *In ædificationem, non verò in distructionem*, comprobat textus in cap. *Manet*, ibi, *ex* *2. Cor. 10.* *ipsius æquitate*. 24. quæst. 1. textus elegans in cap. 1. de re iud. in 6. Vnde *C. Manet*
C quanuis in foro pænitentiali receptū sit posse sacerdotes imponere pæni- *C. 1. de re iud. in 6* tentias arbitrio suo ex suprà dictis, hoc tamen arbitrium non ex libito voluntatis pendere, sed considerandas esse omnes qualitates personæ, culpæ, aliasque circunstantias est receptissimum, vt Sot. in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. concl. 1. latè Graph. dicto lib. 1. *Soto.* cap. 31. à num. 4. Nauar. dicto cap. 26. *Graph.* à n. 15. latè Viuald. dicto titulo de sa- *Nauar.* tisfactione ex num. 18. Fagund. dicto *Viuald.* cap. 2. num. 17. cum sequenti. *Fagund.*
D

§. VI.

Vtrùm sacerdotes aliquam habeant potestatem in foro exteriori.

SVMMARIVM.

1 *Potestas concedendi indulgentias pertinet ad iurisdictionem fori exterioris.*
2 *Potestatis clauium est indulgentias concedere.*
3 *Omnis potestas clauium reducitur ad potestatem ordinis, vel iurisdictionis fori interioris, vel exterioris.*
4 *Potestas concedendi indulgentias pertinet ad iurisdictionem fori exterioris.*
5 *Indulgentiæ semper dantur extra sacramentum.*
6 *Ad indulgentias concedendas non est necessaria potestas ordinis, iurisdictio verò omnino requiritur.*
7 *Parochi nec alij præsbyteri curati indulgentias concedere possunt.*
8 *Præsbyteri non habent potestatem ferendi censuras.*
9 *Solum ille potest censuras ferre, qui habet iurisdictionem fori contentiosi.*
10 *An simplex parochus possit per censuras suos subditos coercere. Pro affirmatiua argumentum adducitur.*
11 *Secundum argumentum.*
12 *Tertia difficultas ex varijs iuribus.*
13 *Parochos non habere potestatem ferẽdi censuras, certum est.*
14 *Sacerdotum gradus explicantur.*
15 *Quomodo olim parochias fuisse diuisas refertur.*
16 *Vsus censurarum attento iure communi his tantùm competit qui iurisdictionem habent ecclesiasticam.*
17 *Sicut se habet gladius temporalis ad potestatem ciuilem, ita se habent censuræ ad ecclesiasticam.*
18 *Solutio primi argumenti.*
19 *Secundi responsio.*
20 *Tertium argumentum soluitur.*
A
21 *Illi qui dicunt permissum esse parochis pro furto, & rapina excommunicare referuntur.*
22 *Explicatur cap. 2. de officio ordin.*
23 *Intellectus cap. Nemo. 2. q. 1. & cap. Alia. 16. q. 1.*
24 *Sensus Gratiani in cap. miramur. 24. q. 1. declaratur.*
25 *Cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. ord. interpratatur.*
26 *Consuetudo vel priuilegium Romani Pontificis potest tribuere parochis iurisdictionem fori exterioris.*
B
27 *Qui consuetudine, vel præscriptione acquisiuit potestatem excommunicãdi non potest alias censuras ferre.*

EGimus in §. præcedenti de potestate præsbyterorũ in foro interiori, in præsenti videri oportet, an aliquam habeant iurisdictionem in foro exteriori, ita vt possint indulgentias concedere, vel censuras ferre: quare aduertendum est primò potestatem cõcedendi indulgentias pertinere ad iu- 1.
C
risdictionem fori exterioris: deindè certum est potestatis clauium esse indulgentias concedere: 2.
constat etiam omnem clauium potestatem reduci ad potestatem ordinis, vel iurisdictionis, & hanc iurisdictionis, vel fori interioris esse, vel exterioris; sed cõstat 3.
hoc quod est indulgentias concedere ordinis non esse, neque etiam iurisdictionis fori interioris, ergo à sufficienti partium enumeratione consequitur hanc potestatem indulgen-
D
tiarum esse iurisdictionis fori exterioris. Maior ex conclusione patet, 4.
probatque expresse Trident. sess. 25. *Trident.*
in decreto de indulgentijs. & confirmatur ex generali concessione ipsius Christi

Matt.16. & 18. Chriſti, Matth.16.& 18. *Tibi dabo claues regni cælorum*, & rurſus, *Quacunq; ſolueris ſuper terram, &c.* Quæ ſanè generalitas verborum comprehendit omnes actus,qui ad aperiendum regnum cœlorum fuerint accommodati. Minor verò quod non ſit ordinis, neque etiam iuriſdictionis fori interioris oſtenditur, quia iam diximus poteſtatẽ ordinis eſſe eam, quæ verſatur circa ſacramentorum adminiſtrationem; iuriſdictionem verò fori interioris exerceri à ſacerdote in ſacramento pænitentiæ, vt plenè probauimus. Conſtat autem ex ipſa de-

5. finitione indulgentiæ, quod ſemper datur extra ſacramentum, & per cõſequens neque ad poteſtatem ordinis,neque ad iuriſdictionem fori interioris pertinere indulgentias fateri oportet, ſed potiùs ad iuriſdictionẽ fori exterioris,confirmaturque ex c.

Ca. Quod autem. *Quod autem*, de pænit. & remiſſ. vbi probatur indulgentias eſſe abſolutionem iudicialem, ſolumque prodeſſe ſubditis concedentis, ex quibus ita

D.Thom. docuit D.Thom.in 4.diſt.20.q.1.art. 4.q.2. quem ſequuntur communiter

Pet. Sot. omnes,vt per Pet.Sot.lect.3. diſt.21.

Corduba. q.1.art.4. Cordub. q.1. verſ. *Dicitur*

Valent. *iuriſdictialis*, & q.10. propoſit.7. Valent. punct.3. verſ. *Secundo aſſerimus*,

Bellarm. Bellarm.lib 1.cap.11.verſ.*de Epiſcopis*

Soar. Soar.d.tom.4. diſp.55. ſect.4.à nu.6.

6. multa hinc inferentes, & illud præcipuè non ſufficere,neque neceſſariam eſſe poteſtatem ordinis ad indulgentias concedendas: iuriſdictionis verò eſſe omnino neceſſariam.

7. Vnde cõcluditur parochos,alioſq; præsbyteros Curatos indulgẽtias cõcedere non poſſe, quia ſcilicet non habent iuriſdictionem fori exterioris neceſſariam ad indulgentias concedendas. concludit regula textus in c. *Accedentibus*, de exceſſ. prælatorum, atque ita obſeruarunt D.Thom. d. artic.1. Petr.Sot.Corduba propoſ.5. Sot. & Hẽriq.§.8. Soar.ſect.4.à n.6. & alij omnes præcitatis locis. Nec contrarium voluit Gloſſa in capite *Menſuram*,de pænit.diſt.1. Abb.in c. *Sicut dignum*, n.2.de homicid. ex quibus Angel. in ſum.verbo,*indulgentia*, num.5.& alij,quos refert,& ſequitur Viuald. à n.6. colligitur præsbyteros in ſacramento pænitentiæ indulgentias poſſe concedere, non enim loquuntur de vera, & propria indulgẽtia, ſed de remiſsione pænæ temporalis, quæ virtute illius ſacramenti fit iniungendo maiorem, vel minorem pænitentiam, vt benè interpræatur Nauar. num.9. Henriq. §. 3. Soar. à num.7. dictis locis.

Ca. Accedentibus. D.Thom. P. Sot. Cordub. Soto. Henriq. Soar. Gloſſa. Abbas. Angel. Viuald. Nauar. Henriq. Soar.

8. Deueniendo igitur ad poteſtatem ferendi cenſuras, etiam ſtatuendum eſt non cuilibet ſacerdoti poteſtatem huiuſmodi conferri. Probatur, quia conſtat omnes & ſolos illos ferre poſſe cenſuras, qui iuriſdictionem habent eccleſiaſticam fori contentioſi, quantumuis enim cum Epiſcopis communem habeant ordinis 9.

poteſtatem,exceptis nonnullis reſeruatis, in poteſtate tamen iuriſdictionis Epiſcopos ſuperiores eſſe oſtendimus in 6. diſp. & patet, quia, vt ibi reſoluimus §.4. non eodem tempore Chriſtus Dominus characterem ſacerdotalẽ ſacerdotibus contulit, quo poteſtatẽ iuriſdictionis Eccleſiæ ſuæ communicauit; nam ſacerdotes conſtituit in cæna vltima, Lucæ cap. 22. Luc. 22.

dum dixit, *Hoc facite, &c.* iuriſdictionem verò tam fori ſacramentalis,quã

etiam

etiam exterioris promissa Matth. 16. & 18. *Quaecunque aligaueritis, &c.* tradidit post resurrectionem suam sanctissimam Ioann. 20. in illis verbis, *Quorum remiseritis, &c.* at verò fori exterioris in alijs, *Sicut me misit Pater & ego mitto vos*, pertinere autem illa, quae potestatem continent sacramẽtalem ad sacerdotes, alia verò, quibus iurisdictionem tribuit fori exterioris ad Episcopos, aliosque praelatos latè explicauimus d. disp. 6. ergo meritò resoluendum est fori contentiosi iurisdictionẽ omnibus sacerdotibus non competere, & per consequens neque omnes posse censuras ferre, atque ita hanc illationem probant iura, ex quibus Doctores notant censuras ferri non posse, nisi à iudice, qui iurisdictionem habeat fori exterioris cap. *Quaerenti*, de verb. signif. cap. 1. sentent. excommunicat. in 6. Adduci etiam solet textus in cap. *Archidiaconus*, de officio Archidiac. & tandem quia consuetudo, quae est optima legum interpres, cap. *Cum dilectus*, de consuetudine constantissimè receptum est, ne scilicet sacerdotes censuras ferant; quibus fundamentis ita docuerunt Doctores communiter, vt post Ioan. And. concludit Abb. in c. 2. de officio ordin. num. 10. & in cap. *Cum contingat.* n. 30. de foro compet. Nauar. cap. 27. n. 5. ex Theologis post D. Thom. Soto in 4. dist. 22. q. 2. ar. 1. conclus. 2. Graph. cap. 4. n. 11. Vgolin. in §. 19. Henriq. cap. 24. §. 3. iuncta lit. X. Soar. de censuris disput. 3. sect. 1. Sairo de censur. lib. 2. c. 3. Aegid. de censur. disp. 21. dub. 5.

Matt. 16. & 18. Ioan. 20. C. Quaerenti. Cap. 1. C. Archidiaconus. C. Cum dilectus. Ioa. Andr. Abbas. Nauar. D. Thom. Soto. Graph. Vgolin. Henriq. Soar. Sairo. Egid.

10 Dubium tamẽ est inter Doctores, An huiusmodi doctrina procedat etiã in parochis simplicibus. Ita vt quod si in priuilegio, vel consuetudine maiorem potestatem non habeat, simplex parochus possit per censuras suos parochianos coercere. Pro parte affirmatiua vrget, primo, quod hisce parochis facultas competit ligandi, & soluendi in foro interiori, dictũ cap. *Verbum* de paenit. dist. 1. cum alijs, planè cum inter spectantia ad potestatẽ clauium praedicta facultas primum locum obtineat, iuxta illud Lucae. 5. *Quis potest dimittere*, & vti talis per antonomasiam potestas claulum appellari solet Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. Extrauag. *Quia quorundam*, ibi, *item quia clauis*, de verb. signific. iuuat textus *quantumlibet*, de paenit. dist. 1. consequens videtur potestatem quoque excommunicandi eisdem competere iuxta regulam cap. *Ex parte*. 3. de decimis.

C. Verbum. Luc. 5. Soto. Extrau. C. Quantũlibet. C. Ex parte.

11 Vrget secundò, quia quibus competit potestas spiritualis in foro exteriori, debet quoque competere coertio per censuras, hae namque censurae iure diuino sunt institutę ad exequẽda ea, quae ad praedictam potestatem spectant ex resolutis disp. 1. & elusoria esset talis potestas sine coertione; l. vltima, ff. officio eius, textus optimus in cap. *Ex literis*, de offic. deleg. At praedictis parochis competit aliqua potestas in foro exteriori circa suos parochianos, scilicèt in omnibus ad sacerdotale officium spectantibus docet Gratian. in cap. *Adijcimus*, §. *Ecce*, ibi, *executionem*, & in cap. *Generaliter*, ad finem ibi, *Sicut ergo*. 16. q. 1. constat ex cap. 2. de parochijs, & paroch. & cap. vlt. de paenit. dist. 7. Igitur, &c.

L. vlt. ff. of fic. eius. C. Ex literis. Gratian. C. 2. de paroch. Cap. vlt.

12 Vrget tertiò textus in cap. 2. de officio ordin. & in cap. *Nemo*. 2. q. 1. & nonnul-

C. 2. de offic. ord. C. Nemo.

nonnulla alia iura hanc excommunicandi facultatem prædictis parochis tribuentia, vt per Gloss. 1. in d. cap. *Nemo*. His forte argumentis multi arbitrantur prædictam potestatẽ parochis ex vi officij proprij competere, ita Glossa vltima in cap. *Per singulas*.9.quęst.3. Glossa similis verb. *Cum ergo*, in cap. *Miramur*. 24. quæst. 1. Hostiens. Ioan. Andr. Henriq. in cap. 2. de officio ord. n. 54. Cardin. S. Xist. in d. cap. *Nemo*, Archid. Dominic. & Perosi. in cap. *Romana* in principio de sẽtent. excommunic. lib. 6.

Glossa vlt. Glos. Hosti. Ioã. Andr. Henriq. Archid. Dominic. Perof.

13. Sed his non obstantibus verius est etiam parochos non habere potestatem ferendi censuras; si enim ex priuilegio, vel consuetudine maiorem potestatem non habuerint, ex vi sui tituli solùm sacramenta administrare possunt, & similia parochialia ministeria exercere; fori tamen contentiosi iurisdictionem non habere certum est, vt statim ex infrà dicendis clarius apparebit.

14. Regula certissima est, quod licet vnum sit sacerdotium euangelicum, vnumque ordinis sacramentum, cap. *Sto sub iecto*, ibi, *vnum quidem sit ministerium* 95. dist: duo tamen sunt sacerdotum gradus à Christo Domino distin. Alij maiores, qui quasi pro Christo legatione fungentes ad subeunda omnia spiritualia munia, atque adeò ad plenum Ecclesiæ regimẽ sunt deputati, quos Christus D. in Apostol. designauit Lucæ 6. Alij deinde minores, qui tanquam horum coadiutores ad nonnulla ministeria, quibus Apostoli maioribus intenti adesse non poterant, sunt suffecti, nempe 72. discipuli, Lucæ. 10. ita in effectu Grac. in principio, vers. *simpliciter*, 21. distin.

C. Sto sub iecto. Luc. 6. Luc. 10. Grac.

A Anacletus Papa in epistola de Patriarchis prout refert Castro aduersus hær. verb. *Episcopus*, textus optim. in cap. *In nouo*. 21. dist. & nos in disp. 6. planè duplex is sacerdotum gradus per Episcopos, & præsbyteros distingui solet, vt scilicet Episcopi tanquã maiores in locum Apostolorum; cõtra verò præsbyteri tanquam minores in locum 72. discipulorum successerint, d. cap. *In nouo*, cap. *Quorum vices*.68. dist. Concil. Coloniens. de sacramento B ordinis, §. *Præsbyteri*, optimè Trid. sess. 14. cap. 4. doctrinæ.

An. Papa Castro. C. In nouo C. In nouo C. Quorũ. Conc. Col. Trident.

15. Vnde aduertendum est vtrisque sacerdotibus olim nostro iure parochias fuisse diuisas, cap. *Episcopi*, cum multis ibidem 80. dist. cap. 1. 13. q. 1. Idque merito, siquidem ordo ecclesiasticus confunderetur, & promiscuè omnes vbique sua munera exercerẽt. Tridẽt. sess. 14. cap. 9. planè parochiæ Episcoporum frequentius diœceses appellantur, d. cap. 1. Trid. vbi suprà, vt scilicet singuli singulis tanquam principales pastores in omnibus ad C pastorale officium spectantibus prosint, cap. *Oues*. 6. quæst. 1. Sub his aliæ quoque parochiæ pro præsbyteris sunt distinctę, d. cap. *Episcopi*, & d. cap. 1. vt singuli quoque singulis, nõ quidem tanquam pastores principales, vt Episcopi, sed potiùs tanquam eorum coadiutores ad nonnulla pastoralia munera, putà ad ea quæ sunt ordinis, atque adeò ad plebium eruditionem in spectantibus ad fidem, & mores inseruirent, Trid. sess 5. cap. 2. D iuncto cap. 13. prope finem sess. 24. Quantum autem refert quod hi parochi censeantur coadiutores, Episcopi verò principales, explicat optimè Caietan. 2. 2. quæst. 184. art. 8.

C. Episcopi. Cap. 1. Trident. Cap. 1. Trident. Cap. 1. Cap. Oues. C. Episcop. Cap. 1. Trident. Caiet.

Tan-

16. Tandem prænotare oportet vsum censurarum attento iure communi his tantum cōpetere, qui iurisdictionem habent ecclesiasticam. Probat textus in d.cap. *Quarenti*, de verbor. signifi. ibi, *nisi iudex*. Idque passim obseruant Doctores, & ostenditur ratione. Nam cum omnes censuræ ad tres prohibitionū species reducātur, nempe ad excommunicationem, per quam Christianus à fidelium cōmunione; ad suspensionem, per quam minister Ecclesiæ ab officio, ad interdictum per quod ab vsu diuinorū prohibetur d.cap. *Quarenti*, & huiusmodi prohibitiones supponant potestatem iurisdictionis ex regul. cap. *Quod autem*, ibi, *Quod cum à non suo iudice*, de pœnit. & remiss. rectè fit non alijs vsum censurarum competere, quam prædictam habentibus potestatem.

C. Quarēti. *C. Quarēti.* *Cap. Quod autem.*

17. Confirmatur hæc ratio, etenim sicut se habet gladius temporalis ad potestatem ciuilem, ita se habent censuræ ad ecclesiasticam. Constat siquidem censuras ad gladium ecclesiasticum spectare, cap. *Dilecto*, ibi, *gladio*, de sētent. excommun. libr. 6. qui quidem gladius proindè est in Ecclesia, ac tēporalis in repub. ciuili, cap. *Inter hæc.* 33. quæst. At potestas gladij temporalis solis competit iudicibus, seu iurisdictionem habentibus, l. *Imperium*, ibi, *Animaduertendum*, ff. iurisdict. iūctis resolutis ad illam leg. 5. quæst. 1. His suppositis patet resolutio dubij suprà propositi, vt videlicet parochis attento iure communi vsus censurarum minimè competat; & tamen cū attento illo iure parochi ad ea tantū, quæ sunt ordinis, non etiam iurisdictionis deputati censeantur ex modò resolutis, & vsus censurarum solis cō- A petat habentibus iurisdictionem ex modo resolutis, nequaquam ipsis parochis attento illo iure licitus censeri debet.

C. Dilecto *Ca. Inter hæc.* *L. Imper.*

18. Nec sanè retenta hac resolutione obstant argumenta in contrarium. Ad primum de potestate ligandi, & soluendi in foro interiori respondere nituntur D. Thom. & Sot. vbi suprà, sed non satisfaciunt Quare pro responsione notari oportet differentiā inter iurisdictionem fori interioris, & exterioris: prior namque non cō- B petit Ecclesiæ per se, sed per quandā consequentiam, in quantum scilicèt alligata est sacramento pœnitentiæ, cuius ministerium solis sacerdotibus concessum noscitur, Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* planè, quæ veniunt in consequentiam minime cōsiderantur l. 1. ibi, *Prima enim ratio*, ff. *auctoritate tutorum*. Contra verò posterior per se considerari debet, quippè quæ non in alicuius sacramenti consequentiam, sed potiùs per se Ec- C clesiæ competere noscitur. Comprobant hanc differentiam textus in cap. 2. de officio ordin. & in cap. *Verbum*, de pœnit. dist. 1. de qua tamen re plenius diximus in §. præcedenti. Supposita hac differentia ad argumentū facilè respondetur, etenim cum iurisdictio fori interioris, non aliter parochis competat, quàm in consequentiam sacramenti pœnitentiæ, cuius aliàs sunt ministri, nequaquam exindè ad iurisdictionem fori exterioris, quam constat nulli sacramento alli- D gatam, nec subindè ad potestatem ferendi censuras ei cohærentem, quātumcunque minoris sit dignitatis, inferri potest.

D. Thom. Soto. *Ioan. 20.* *L. 1. ff. auctorit.* *Cap. 2. C. Verbū.*

19. Ad secundum argumētum de potestate

testate spiritualis in foro exteriori. Respondetur argumentum procedere, quando potestas illa foret iurisdictionis: planè potestas competens parochis in illo foro, nō est iurisdictionis, sed potiùs meri facti, quippe quod in quadam executione, seu ministerio à iurisdictione remoto, consistit: sic aliàs potestas competens ad certa ministeria in specie, c. vlt. §. vlt. de officio deleg. nō iurisdictionis, sed meri facti cēsetur, & vti talis delegari nequit, iuxta d. c. 2. de offic. ord. quo pacto potestas meri facti à potestate iurisdictionis distingui debet.

Cap. vlt. §. vlt.

Cap. 2.

20. *C. Nemo.* Ad tertium argumētum de textu in cap. 2. de offic. ordin. & cap. *Nemo*, 2. q. 1, & iuribus similibus, sunt qui dicant faciendam esse differentiam inter excōmunicationem generalē, quam inquiunt ferre posse sacerdotes, iuxta d. cap. 2. & excommunicationem specialem in personam certam, quam solos prælatos habentes iurisdictionem prædictam, posse promulgare fatentur, vt refert Abb. in d. cap. 2. nu. 30. Alij verò respondent iure permissum esse parochis pro furto tantùm & rapina excommunicare Ita D. Thom. Paludan. & Soto vbi suprà, sed nullibi reperitur hæc permissio, nisi dicamus dictum cap. 2. id in specie asserens ius nouum inducere, quod ab eius verbis, & mente omnino est alienum. Proindè multo aptius respondetur sacerdotem, de quo in hoc textu, prælatum esse fori exterioris ex vi scilicèt alicuius priuilegij, seu cōnsuetudinis. Ex litera patet, dum enim concedit sacerdotibus potestatem excommunicādi authores damni, clarissimè loquitur de sacerdotibus habentibus iurisdictionem fori contentiosi, vt patet ibi, *Nisi iudiciario ordine quis probare possit:* quinimò non inepte respondebit, qui dixerit sacerdotem ab Episcopo poni, vt sæpè alibi in cap. 3. de re iud. & multis alijs, de quibus diximus in 6. disp. quibus adde quod scribit Pet. Gregor. syntag. iuris lib. 16. cap. 8. n. 14. & secundum hunc intellectum consonat rubrica sub qua ponitur, de officio Iudicis ordinarij. Pari modo dictum cap. *Nemo*. 2. quæst. 1. dum inquit, præsbyteros ferre non posse excommunicationem, nisi probata causa, de illis tantùm presbyteris, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, debet intelligi; cum enim aliud principaliter decidat, dum dicti presbyteri meminit; termini habiles sunt supponendi, iuxta vulgarem doctrinam textus in leg. *In testamento*, ff. de testamentis. Quomodo etiàm intelligendus est textus in cap. *Alia*. in fine 16. q. 2. vbi loquēs de præsbytero, inquit, illi licere tradere Sathanæ (quod idē esse ac excōmunicare explicant omnes) vt scil. loquatur, suppositis terminis habilibus, atq; ita de presbytero habēte iurisdictionē. Eodē etiam modo intelligitur Grac. in cap. *Miramur*, vers. *cum ergo sacerdotibus*: 24. q. 1. quod non voluerit generaliter quēlibet sacerdotē in sacerdotali vnctione cū charactere potestatē excōmunicādi in actu recipere, sed suponendo terminos habiles disputare, an qui eā habent potestatem ab Ecclesia, candem amittant per hæresim; quanuis Gracianum in hoc proposito reprahendat Vgolin. dicto §. 19. num. 6.

Cap. 2. *Abbas.* 21. *D. Thom.* *Palud.* *Soto.* 22.

Cap. 3. de sent. & re iud. *Pet. Greg.* 23. *C. Nemo.* *L. in testamento.* *C. Alia.* *Gratian.* *Ca. Miramur.* 24. *Gratian.* *Vgolin.*

25. *C. Cum ab Ecclesiar.* Ad cap. *Cum ab Ecclesiarum*, dicto titulo de officio ordin. dum interdictū, & excommunicationem à plebano

iubet ab Episcopis obseruari. Respõdetur textum ipsum in principio supponere plebanum, de quo ibi, habere iurisdictionẽ puniendi malefactores, atque ita agere de prælato inferiori habente iurisdictionem fori contentiosi, vt probatur etiam ibi. *Ecclesiarũ prælatis*. Notat Abb.&Doctores communiter. vt cõstat ex relatis per Couuas d.cap. *Alma*. 2.p.§.2.nu.6. Quod autem sit plebani officiũ, attento iure diximus in 2.q.prooemiali, §.4.&colliges ex cap. 1.ad finem ne clerici vel monachi lib.6. explicant Rebuf. praxi.3.p.verb. *Etsi suasionis*, Petr.Greg. lib.15.cap. 24. n.12. Zechius de Rep. eccles. cap.27. à principio.

Abbas. *Cou.* *Cap. 1.* *Rebuf.* *Pet.Greg.* *Zethius.*

26. Posse autem consuetudinem, vel priuilegium Romani Pontificis plebanis, & reliquis parochis iurisdictionem tribuere fori exterioris, resoluũt omnes præcitati, & probatur ex regula textus in cap. *Cum contingat*, de foro competenti, cap. *Duo*, de officio ordin. cum similibus. De quibus Balb. de præscript. 2. p. 5. principalis, q. 3. principali, à principio. Nauar in cap. *Placuit*, de pœnit. dist. 6. nu. 36. Cou. reg. possessor. 2.p.§.3.n.1. Et in proprijs terminis est textus optimus in Extrauag. execrabilis, vers. *Nec non*, de præbendis inter communes, vt notauit ibi Card. q.5. Abb. per textum ibi in cap. *Dudum*, n.7.not.9.de elect. Oieda de incompatibilitate 1.p.c.13. nu.4. Vtrum verò qui consuetudine, vel præscriptione acquisiuit potestatem excommunicandi, possit aliàs cẽsuras ferre? disputant nostri negatiuè resoluentes, tum ex regula textus in cap. *Cum contingat*, de decimis, tum ex textu in cap. *Cum olim*, de præscriptionib. vbi notauit Abb. n.7. Felin. in

C. Cum cõtingat. *C. Duo.* *Balb.* *Nau.* *Cou.*

27.

C. Cum cõtingat de decimis. *Cap. Cum olim.* *Abbas.* *Felin.*

A cap. *Auditis*, n.11. eod. tit. Vgolin. d.c. 2.§.21. à n.3. quem sequitur Soar. d. sect. 2. n. 13. Sed si libuerit, disputari potest cum ijs, quæ post Abb.& Doctores communiter in cap. 1. de religiosis domibus, scribũt multi: de quibus Tiraq. retract. tit. 1. §. 36. Glossa 3. à n. 12. Gabriel. lib. 5. communium tit. de præscriptionib. concl. 2. à principio, Garcia de expensis cap. 9. à nu. 38. Molina de primogen. lib. 2, cap. 6, à n. 11. & omnino n. 18: limitant etiã D. Thom. atque alij, vt per Sot. suprà B citatis locis, & Graph. dicto num. 11. prædictam cõmunem sententiam nõ procedere in furto, & rapina; pro quibus, inquiunt, posse parochos excommunicare: & mouentur auctoritate textus in d.cap. 2. de offic. ordin. vt suprà diximus. Sed neque vsu seruatur, vt ipsi fatetur, nec probatur iure: textus enim in d.cap. 2. agit de prælatis habentibus iurisdictionem fori contentiosi, vt iam ostendimus.

Vgolin. *Soar.* *Abb.* *Tiraq.* *Gabr.* *Garc.* *Molina.* *D. Thom.* *Soto.* *Graph.* *Cap. 2. de offic. ord.*

§. VII.

C *An præsbyteris Apostolorum lege, continentia obligatio sit iniuncta?*

SVMMARIVM.

1 *Continentiam præsbyteris de iure diuino fuisse iniunctam, aliqui existimarunt, & quibus fundamentis.*

2 *Continentiam de iure ecclesiastico sacris ordinibus annexam, verior defendit sententia,*

3 *Prima sententia fundamẽta destruuntur,*

D 4 *Ordinibus sacris initiati, à tempore Apostolorum in matrimonium non contrahebant, quod Apostoli obseruarunt. Continentia obligatio ab illorum tempore traxit exordium.*

5 *Sicut*

5 *Sicut constat Petrum, & Philippum ante Apostolatum uxores habuisse, ita certum est postcà secundas non duxisse.*

6 *Apostoli non lege obligati, sed voluntariè continentiam seruarunt.*

7 *Continētia lex quomodo introducta? & quando sub necessitate inceperit?*

8 *Sacerdotes post matrimonium consecrati ab uxoribus abstinere tenentur in Ecclesia Latina.*

9 *Sacerdotes post ordinationē, sub obligatione tenentur à matrimonio contrahendo abstinere.*

10 *Continentia consuetudinem cōtra ius naturale, & diuinum esse, haretici dicentes referuntur.*

11 *Tam impium dictū auctoritate scripturæ, & aliquibus argumentis volunt probare.*

12 *Auctoritas D. Pauli, quam haretici pro se adducebant, intelligitur.*

13 *Secundum hæreticorum fundamentū destruitur.*

14 *Tertium argum. hæreticorū soluitur.*

15 *Continentiæ obligationem, non ex voto castitatis immediatè, sed ex Ecclesiæ præcepto procedere 1. asserit sent.*

16 *Obligationem ex voto ordinibus sacris annexo non expressè, sed tacitè resultare verior tenet sententia.*

17 *Promotus ad sacros ordines, votum continentiæ annexum ignorans, etiā ex voto obligatus manet.*

1. IN præsenti igitur §. triplex quæstio disputanda est. Prima quo iure continentia sit præsbyteris annexa? Secunda, quo D tempore cœperit esse in Ecclesia hæc obligatio in præsbyteris? Tertia, an ea obligatio sit ex mera Ecclesiæ cōstitutione, an potiùs ex promissione, seu voto ordines sacros suscipientis?

A Quod verò attinet ad primā quæstionem, relictis hæreticorum erroribus contra quos latè, & eruditè Bellarm. disputauit lib. 1. de clericis, c. 18. & nos infrà aliqua re cēsemus. In primis sunt qui dicant iure diuino annexam esse continentiam præsbyteris. Fundamentū est, quia ab Apostolorū tēpore Ecclesia Latina, & Græca hactenùs seruauit, ne ad sacros ordines promoti matrimoniū ineant. At iuris diuini videtur esse, quod tādiù in Ecclesia viguit. Secundò facit illud Luc. 21. vbi Christus suis discipulis dixit: *Attendite ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi.* Quod D. Leo serm. 8. *de ieiunio decimi mēsis*, dicit in primis pertinere ad Ecclesiæ ministros. Et 2. Timot. 2. ait D. Paul. *Nemo militans Deo, implicet se negotijs secularibus.* Et ad Tit. c. 2. suadet Tito Episcopo vt secularib⁹ curis depositis Deo inseruiat, & ad hoc ait ap paruisse Saluatorē nostrū. Tertiò facit illud Deut. 33. vbi dicitur Leuitas nescijsse filios suos. Quod falsū esset, si intelligeretur de Leuitis ministris veteris legis: sed intelligitur, & propheticè de ministris noui testamēti. Quartò auctoritas Syricij Pōtific. in epist. ad Hymeriū Tarraconēsē Episc. vbi præcipiens cælibatū clericis, eam legē confirmat, quod Christus voluerit in Ecclesia sua castitatē radiare. Quinto, quia sacerdotes apud Ethnicos solo naturę lumine ductos pudicitiam habebant cōmendatissimā, vt ex varijs testimonijs constat, quæ latè congerit Tiraq: l. 15. connubi à num. 118. Signum igitur est obligationē hāc ex ipso iure naturali diuino consurgere. Et ideò continētiam esse iure diuino

Marginalia: 2. *Bellarm.* — B — *Luc. 21.* — *D. Leo.* — *2. Tim. 2.* — *Ad Tit. 2.* — C — *Deut. 33.* — *Syric. Papa.* — *Tiraq.*

Maior. *Vuald.* ordini sacro annexā. Affirmant Maior.4.d.24.tota q.2. Vuald.de sacram. c.128. n.5. & c.129. statim in princip. & de sacramentalibus. c.66.n.6. *Torrens.* Frāciscus Torrensis l. 2. *de dogmaticis, & characteribus*,f.85.col.1.& fol.88.col. *Lelaia.* *Azor.* 2.Lelaia 4.d.37. q.1.fin. & dicit probabilem Azor. l.13. inst.moral. c.12. q.1.§.*Quanquam autem*. Et idē tenet *Clictou.* *Metin.* cum quadā moderatione Clictoueus lib.*de contin.sacerdot*.c.4.& Metin.lib. 2.*de sacror.homin. contin.* cap 7.final,& multis seq. vbi dicunt castitatem esse annexam iure diuino ordini sacro, quoad hoc vt sacris initiatus vxorem non ducat,aut matrimonio inito post ordinem sacrum non vtatur: secùs quoad vsum matrimonij ante ordinē sacrum contracti.

3\. Cæterùm contraria, & negatiua sententia verior, & probabilior est, dum asserit solo iure ecclesiastico annexam esse continentiā ordinibus sacris: quamuis enim ordo suapte natura quandam afferat congruentiam, decentiamque castitatis matrimonio repugnantem, non tamen ex se parit virtutem præcepti, vt eo ipso quod Christus sacramentum ordinis instituerit,sit sacro ordine initiatis matrimonium iure diuino interdictū. Probatur, quia licet sit aliqualis traditio in ordine sacro, non tamē est totalis, sed ad cultū Dei, & diuinum officiū: cui traditioni nō repugnat matrimonium iure diuino, cum tale præceptū nullibi reperiatur, vt statim dicemus, nec iure naturali: cum sit alioquin licitus matrimonij vsus, & permissus Græcis,quando matrimoniū est ante *Cap. Cum olim.* ordines initum. Cap.*Cum olim*,de clericis coniung. Secundò,quia in Tri- *Trident.* dent.sess.24.can.9.videtur apertè lex hæc de clericorum cælibatu vocari ecclesiastica, & Calixtus 1. cap.*Presbyteris*. dist.27. appellat etiam eccle- *C. Presbyteris.* siasticam,ibi: *Contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, iuxta sacrorum canonum definitiones iudicamus*. Et ita hanc sententiam omnes communiter tradunt; ex nostris Innoc.in cap.*Placet*,num.vn.de cōuers. coniug.&ibi Ioan.Andr.num.4.Hostiens. ibidem ad fin. Anton. num. 9. Abb.nu.7.Anchar.ad fin. Card. n.3. q.3. Henricus nu.3. Aretin. cons.59. n.7.fin. Brunel. de sponsal. concl.30. n.3. Syluest verb.*votum*. 4. q. 5. Tabiena verb.*dispensatio*. q.7. n.8. in solutione ad 1.Couar.4. decret. 2. p. c. 6. §. 5. n.2. Rota in nouissimis decis. 561. n.11. & 12. Anton. Cuius lib. 5. *institutionum maiorum*, tit.12. nu.219. Stunica de *voto*, q. 6. n.116. Barbosa rubrica, ff. soluto matrim.2.p. nu.89. Ex Theologis docent D.Thom.2.2. q.88.ar.11. in fine corporis, & plures alij,quos refert Henriq.lib. 10. de sacram.ordin. c.14.n.7. Bellarm.in suis controuers.lib.1.de clericis toto cap. 18.Azor.institut.moral. lib.13. c.22. q. 1. Viuald. candelabro sacrament. 1.p.vbi de matrimon.num.142. 144. Sanch.de matrimon.lib.7. disput.27. num.5. Soar.de Religion. tom.3. lib. 9. cap. 13.

Inonc. *Ioan. And.* *Hostien.* *Anton.* *Abbas.* *Anchar.* *Card.* *Henriq.* *Aretin.* *Brunel.* *Syluest.* *Tabiena.* *Cou.* *Rota.* *Cucus.* *Stunica.* *Barbos.* *D. Thom.* *Henriq.* *Bellarm.* *Azor.* *Viuald.* *Sanch.* *Soar.*

Ad fundamenta primæ opinionis facilè respondetur. Nam ad primum dicendum est, ex ea antiquitate non colligi præceptum esse iuris diuini, sed esse ecclesiasticum, ab Apostolis originem trahens. Ad secundum respondetur ijs in locis nō interdici omnino curas seculares, sed nimias, quæ auertāt à spiritualis salutis cura necessaria, quā coniungiū minimè impedit, 4.

aliàs

Sanch. aliàs esset illicitū. Addit deinde Sāch. dicto loco, nec ea omnia verba ad solos Ecclesiæ ministros referri, sed ad omnes etiam fideles, vt latè, & eruditè probat Valent. in suis controuers. *Valent.* lib. vnico de cælibatu, c. 2. Ad tertiū respondetur, esto admittamus vaticinium esse de continentia ministrorū nouæ legis, non cōcludi id fore præceptum diuinum, sed vaticinium verificari siue lege diuina, siue ecclesiastica præcipiatur illis continentia. Ad quartum respondetur, non indè colligi esse diuinum præceptum, sed cōferre voluntati Christi, qui voluit castitatem in Ecclesia existere, eo modo quoad bonum ipsius status pertineret. Ad vltimum dicendum est, iudè argui esse conforme rationi naturali, vt ei statui annectatur castitas, tanquam res illi decentissima, non tamen concluditur esse omnino necessariam.

5\. Supposito ergo, quod hæc obligatio continentiæ præsbyteris ex institutione ecclesiastica proueniat. Pro resolutione secūdæ quæstionis oportet consequenter auctoritatem huius institutionis ab eius antiquitate, & origine inuestigare. Quare sciendum est primo, à tempore Apostolorū obseruatum in Ecclesia fuisse, vt præsbyter iam ordinatus matrimonium contrahere non permitteretur. Probatur primo Apostolorum exemplo; nullus enim eorum, qui ante acceptā vxorem ad apostolatum vocatus est, eam posteà duxit: quod in primis cōstat in Ioanne Euangelista, quem virginem à Christo vocatum fuisse, & virginem perpetuò mansisse certius est, quam vt probatione indigeat. Illi verò annumerādus est frater eius Iacobus, nam de vtroque ita scribit Epi- *Epiphan.* A phanius hæres. 58. De Iacobo fratre Domini referunt Euseb. lib. 2. histor. *Euseb.* c. 22. Hieron. de script. eccles. Chrys. *Hieron.* hom. 5. in Matth. De B. Andrea dicit *Chrysost.* Simon Metaphrastæ in vita D. Petri. *Metaph.* De Paulo, quem non solùm post vocationem suam non accepisse vxorē, verum etiam nūquam illam habuisse, longè probabilior opinio fert, elegāter & eruditè ostendit Cæsar Baron. *Baron.* in 1. tom. an. Christi 57. n. 59. ita intelligit August. lib. de gratia & lib. arbitr. *August.* B c. 4. Theodoret. & Theophylact. illud *Theodor.* Pauli 1. ad Corinth. 7. *Volo enim vos* *Theophyl.* *esse sicut me ipsum*, explicantes S ensit *Hilar.* Hilar. Psal. 127. idem August. de adulterin. coniug. c. 4. Hieron. epist. 22. ad *August.* Eustochium de custodia virginit. & *Hieron.* optimè Tertull. lib. de Monogam. c. 3. *Tertull.* & 8. vbi Pamelius alia adnotat loca. *Pamelius*

6\. Deinde adiungere possumus alios omnes Apostolos. Nam de Petro, licet certum sit habuisse vxorem, equè tamen certum est ante Apostolatum illam duxisse. Quod autem secundam C non duxerit, ecclesiastica traditione est certissimum, vt eleganter probat Soar. d. lib. 9. c. 14. n. 7. Idem de Phi- *Soar.* lippo dicendum est, etiam ante apostolatum filias genuisse. Et ita explicatur testimonium Clem. Alex. libr. 3. *Cle. Alex.* stromat. vt notauit Nicephor. lib. 3. *Niceph.* c. 24. & ex Papia c. 33. Eusebius lib. 2. *Papia.* histor. c. 1. & lib. 3. c. 25. ex Polycrate *Euseb.* vbi refert eūdem Phelippum, de quo *Polycr.* fit mentio Actor. 8. diaconum fuisse, qui filias haberet, quod verius, magisq; receptū est. Quod verò vlterius D ibi dicit Clemens, Philippū filias suas viris tradidisse, de quocunque Phelippo intelligatur, fundamētum non habet, neque ab alio asseritur.

7. Quæris tamen in præsenti, an Apostoli lege sacerdotij, seu voluntarie matrimonio abstinuissent? Respódeo Christum Dominum de hac continentia sacerdotum legem non tulisse; & ita Apostoli, qui primi omnium illam seruarunt, non ex voluntate legis, sed voluntarie illam amplexi fuerunt. Apostolorum ergo exempla nõ adducimus, vt in eis legem ostendamus, sed vt optimam originem, & initium huius legis indicemus. Apostolos ergo imitari cæperũt sancti Episcopi, & præsbyteri, nam omnes qui ad episcopatum, & sacerdotium cælibes electi fuerunt, cælibes semper permansisse constat, & qui post primum coniungium ad sacerdotiũ vocati sunt, certum est ad secundas nuptias posteà non transijsse, cum bigamiam in sacerdotibus Ecclesia semper detestata fuerit.

8. Est tandem moraliter euidẽs eam legem, vel obligationem, quam nunc in Ecclesia Catholica videmus, antiquissimam esse, & ab Apostolica traditione manasse. Quomodo autem introducta fuerit, aut quando in rigore inceperit sub rigore obligationis, & necessitatis? non credo facilè definiri. Gratian. in cap. vlt. dist. 27. Calixto Papæ refert hoc decretum, ibi, *Præsbyteris, Diaconis, subdiaconis, & monachis concubitus habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus*, sed canon iste non Calixto. 1. sed 2. tribuitur à Gratiano, iuxta emendatiorem inscriptionem, & potiùs Vrbano II. tribuendus esset, vt in scholijs Gregoriani codicis notatur; ante quod tempus erat sine dubio hæc obligatio in Ecclesia, vt ex Concilio Neocæsar. constat cap. 1. Turrian. verò libr. 1. pro can. Apostol. c. 2. inquit (quod aptius videtur) hoc fuisse præceptum Apostolicum traditum in can. 27. Apostolorum, qui sic habet. *Innuptis qui ad elerum prouecti sunt præcipimus, vt si voluerint vxores accipiant, sed lectores, cantoresque tantummodò*. Præter quæ decreta, nullũ aliud cõciliare, vel Pontificium inuenitur, ad quod initium huius obligationis reducatur: referri tamen potest ad immemorialem consuetudinem, quæ vsque ad tempora Apostolorũ refertur: obligatio autem, quæ consuetudine nititur, aliquando incipit per actus, qui fiunt sine obligatione præcepti, quorum vsus paulatim immutat iudicium, & intentionem operãtium: & ita tandem introducitur obligatio. Quando autem hoc modo inducitur, difficile est, vel potiùs impossibile moraliter est, certum initiũ eius designare. Hoc autem modo potuit in præsenti contingere, nam in principio feruore fidei, & charitatis, & Apostolorum exemplo, ac verbo facilè poterant omnes qui ab eis sacerdotibus ordinabantur, ad promittendam continentiam trahi. Explicat optimè Soar. d. cap. 14. n. 11.

Gratian. Cõc. Neocæsar. Turrian. Soar.

Sed hac regula tanquam optima ab Apostolorum successoribus obseruata, verisimile est intra breue tempus consuetudinem pro lege, & regula acceptatam esse. Oportet tamẽ hic duo distinguere; vnum est antecedens, vt sic dicam, ordinationem sacerdotis, aliud consequens. Primũ est, quod sacerdotes, qui post matrimonium consecrantur, tenentur à proprijs etiam vxoribus abstinere, quanquam hoc præceptum in Ecclesia Græca non obliget, propter contrariam 9.

trariam consuetudinem. Vnde non satis constat hoc præceptum esse pro priè Apostolicum, quanuis certum sit ex traditione Apostolica manasse. Prima pars assertionis certa est, ac de fide. Probatur primo scripturis, D. Paul. in epist. ad Titum c. 1. in epist. 2. ad Timoth. c. 2. idem 1. ad Corint. 7. ex veteri testamento Exod. 12. 19. & 28. item 1. Regum. 21. ex lib. 1. Paralipom. c. 24. Probatur secundò testimonijs Conciliorum. Concil. Ancissra. can. 10. refertur in cap. *Diaconi*. 28. dist. Concil. Neocæsariens. c. 1. habetur in cap. *Præsbyteri*, ead. distinct. 28. Concil. Nicæn. 1. can. 3. Conc. Carthaginens. 11 can. 2. idem Concil. 5. can. 3. Concil. African. can. 37. Concil. Roman. sub Syluestro. 1. canon. 8. Concil. Arelatens. 11. can. 2. Concil. Turonens. 1. can. 1. & 2. idem Concil. 11. can. 20. Agathens. cap. 9. Aurelianens. 111. can. 2. Toletan. 11. cap. 1. idem Concil. 4. 26. idem 8. c. 6. Concil. Aquisgranens. 1. c. 6. Conc. Vuormaciens c. 9. Concil. Moguntin. c. 10. Tertiò probatur testimonijs Pontificum, Clemens. 1. in can. Apost. can. 27. Calixtus. 2. in cap. *Præsbyteris*. dist. 27. Innoc. 1. in epist. 1. ad Victric. c. 9. Leo. 1. in epist. 82. ad Anastas. cap. 4. Gregor. 1. in epist. 24. libr. 1. & epist. 34. lib. 3. Probatur quartò testimonijs veterum Patrum Græcorum, & Latinorum, quibus iam suprà probatum est Apostolos, qui post nuptias vocati sunt, post vocationem ab vxoribus perpetuò abstinuisse, & ideò in præsenti eos referre non curamus. Videri possunt apud Bellarm. d. cap. 19. per totum.

Ad Tit. 1. 2. ad Ti. 2. 1. Cor. 7. Exod. 12. 19. & 28. 1. Reg. 21. 1. Par. 24 Co. Anc. C. Neocæs Con. Nic. C. Cartha. C. Afric. C. Rom. C. Arela. C. Turri. C. Agath. C. Aurel. Co. Tolet C. Aqui. C. Vuorm. Cõ. Mog. Clem. 1. Calix. Papa. Innoc. 1. Leo. 1. Papa. Greg. 1. papa. Bellarm.

10. Posterius verò est abstinere à matrimonio contrahendo post ordinationem, & hoc existimo semper fuisse A sub obligatione, saltem ratione promissionis, quam in ipsa ordinatione faciebant; quia re vera semper in Ecclesia existimatum est malum ac turpe post sacerdotium matrimonium contrahere, cap. *Cum olim*, de clericis coniung. cap *Quæsitum*, de pœnit. & remiss. Et vtraque pars, seu assertio probatur ratione, cum enim coniugium vehementer impediat ecclesiastica munera, æquum fuit, vt nullus ordinaretur sacerdos, nisi imponendo ei onus seruandi, seu promittẽdi B cælibatum; nam ecclesiasticorum munera sunt sacrificare, orare, docere, exhortari, sacramenta ministrare, curam päuperum gerere, & similia, quæ rite exerceri nõ possunt, vt Apostol. ad Titum c. 1. docet, nisi sacerdos sit hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, continens, doctus.

Cap. Cum olim. C. Quæsit. Ad Tit. 1.

11. Hinc consequitur hæreticorum insaniam omnino detrudendã esse tãquam falsam, erroneam, & mendacijs C impudenter stabilitam. Audent verò impij hæretici huius temporis dicere primò hanc consuetudinem esse ortã ex solis decretis Romanorum Pontificum; secũdo esse contra ius diuinũ, & naturale. Auctor huius erroris fuit Vuicleph. vt refert Vualdens. tom. 2. de sacramẽtis, cap. 128. & 129. & tom. 3. de sacramentalibus, cap. 66. & 67. eum sequuti sunt Luther. in libr. de abroganda Missa priuata, Pomeran. iu lib. de coniungio Episcop. Magdebargens. in Centur. singul. c. 7. & nominatim centuria 11. c. 7. col. 389. & D alij protestãtes, quos refert Bellarm. d. loco. Ad hoc vero vltimum solum mouentur ex alio errore, quo cum Iouiniano virginitatem, & cælibatũ

Vuald. Bellarm.

abominantur, de quo fundamento idem error satis eos conuincit.

12. Quod sit contra ius diuinum hæc obligatio continētiæ simpliciter probant hæretici, quia est contra scripturam. 1. ad Timoth. 3. & ad Titum. 1. vbi de Episcopo dicitur, oportere *irreprehensibilem esse vnius vxoris virū*. Quod si hoc de Episcopo dicitur, multo magis de omnibus inferioribus ordinibus verum erit. Secundò probatur esse contra ius naturæ, non solùm illa generali ratione, scilicet quia est contra bonum speciei humanæ, sed præterea specialiter, quia nec castitas repugnat matrimonio, vel vsui eius, nec votum illius est materia humani præcepti: ergo abutitur sua potestate, & contra ius naturæ facit Pontifex imponendo tale præceptū. Consequentia patet, Princeps enim, qui subditis imponeret onera grauia, & importabilia, cōtra ius naturę ageret. Antecedens probatur, quia obseruantia castitatis est difficillima, & valdè repugnans naturæ, propter quod Deus ipse noluit eam sub præcepti obligatione ponere etiam ministris sacris: ergo est materia, in quā non potest etiam cadere humanum præceptum. Tertiò quidquid sit de potestate, probari potest saltem hoc non expedire, quia infinita hominum multitudo manifesto fornicationis, & sacrilegij periculo exponitur, quod videtur probari experientia. Ergo nō expedit huiusmodi obseruatio sub necessitate generaliter constitui.

1. ad Tim. 3. Ad Tit. 1.

13. Nihilominùs catholicum dogma, dum asserit ordinatos in sacris obligari ab Ecclesia ad perpetuam continentiam, ita vt nec ducere vxores, nec vxoribus anteà ductis vti liceat post ordinationem, hoc defēsum manet ex supradictis. Et vt apertius ex oppositis appareat, ad primum hæreticorum argumendum dicendum est cum D. Hieron. & omnibus expositoribus verba illa D. Pauli *vnius vxoris virum*, negatiuè potius, quàm affirmatiuè esse interpretanda, scilicet *vnius vxoris virum*, non plurium: intentio enim Pauli ibi est prohibere ne Episcopus bigamus sit, & in hoc etiam non promulgat pręceptum diuinum, sed ad summum constituit Apostolicum. Non tamen præcipit, neque cōsulit positiuè vt vnam vxorem habeat, sed ad summum id permittit, seu non improbat propter illus temporis necessitatem, quando pauci ex his, qui ad fidem conuertebantur, cælibes inueniebātur, vt possent Episcopi fieri.

D. Hier.

Ad secundum argumentū iam ferè responsum est, hanc obligationem non imponi per absolutum Ecclesiæ præceptum, imò, vt statim dicemus, non propriè oritur ex præcepto, sed ex voto, & promissione clerici. Neq; etiam ipsa promissio præcipitur absolutè, sed sub conditione, quæ pendet à voluntate libera promittentis; quæ potiùs est conuentio quædam, seu pactum inter Ecclesiam & eum, qui ordinari vult: vt si ordinem sacrū suscipere velit castitatem, promittat. Ita docet Gregor. libr. 1. epist. 42. & latè probat Soar. d. tom. 3. de Religio. cap. 13. num. 18. cum seq. 14.

Gregor. Soar.

15. Neque obstat tertia obiectio, est enim accuratè distinguendum, aliud esse exponere homines periculo fornicationis, vel sacrilegij; aliud verò esse permittere, vel potiùs tolerare huiusmodi pericula, vel lapsus, qui secun-

secundum humanã fragilitatem eueniunt. Hoc secundum fit necessario ab Ecclesia, quia eius prouidentia, quantunuis perfecta, humana est, & non potest omnia incommoda vitare. Primum autem nec fit ab Ecclesia, nec in hoc negotio potest illi imputari, quia status clericorum de se non habet illud periculum adiunctũ. Voluntarium etiam propositum multum confert, vt futura mala caueantur; & ministerium ipsum de se multum iuuat ad eundem finem, vt eleganter notauit Bellarmin. & Soar. dictis locis.

Bellarm. Soar.

16. Tertiæ quæstionis suppositio est, an obligatio continentiæ sit in Ecclesiæ præcepto directè præcipiente clericis castitatem? vel immediatè fit ex voto castitatis in ordine sacro tacite emisso? Prima sententia est eam obligationem non esse ex voto, sed ex Ecclesiæ statuto. Probatur primò, quia cum votum sit lex priuata, quã quisque sua sponte sibimet imponit, non videtur qua ratione in Ecclesiæ facultate situm sit voto aliquem obligare, quanuis lege sua posit illi continentiam indicere. Probatur secundo, quia ad sacros ordines promotus tenetur æquè se cõtinere, quanuis ignoret inuincibiliter votum illis annecti, aut expressè nolit vouere. At tũc constat non obligari ex voto, quod est lex priuata propria sponte suscepta. Quod propositũ videtur probari per text. in cap. *Sicut.* 1. de regul. & in cap. 1. cum alijs de ijs quæ vi. Et hæc obligatio iure ecclesiastico inducta appellatur votum continentiæ (vt ait Valent. statim citandus) vtpote imposita ijs, qui sacris initiantur, ob maiorem Dei cultum, qui finis in votis respici solet, & appellatur solemnis: quia instar voti solemnis dirimit subsequentem matrimonij cõtractũ. Huius sententiæ sunt Cardin. Clem. *Ad nostram*, vers. 7. n. 3. de hæret. & ibi Imol. num. vlt, Innoc. cap. *Placet*, nu. vn. vers. *Ex hoc*, de conuers. coniug. Archid. cap. *Cum in præterito*, num. 2. dist. 28. & ibi Turrecr. ad fin. Præpos. rubr. qui cler. vel vou. Bellarm. cap. *De illo*, num. 4. dist. 32. Decius cap. *At si clerici*, in principio, nu. 235. vers. 3. de iudicijs, Bonifac. Clem. vnic. num. fin. de consang. Paleotus de nothis, & spur. cap. 16. nu. 15. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 7. n. 45. Ex Theologis Scotus 4. d. 37. q. vnic. §. *Dico igitur*, Mathesilanus, Valent. 4 p. tract. de sacrament. ordinis, disp. 9. q. 5. punct. 5. §. 1, paulò post princ. & in suis controu. lib. vn. de cælibatu cap. 2. Balthasar Mogollon. tract. de his quæ vi. cap. 8. §. 2. n. 26. & esse probabile asserit Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 27. n. 9. in fi.

C. Sicut. C. 1. de ijs qua vi me tus, &c. Valent. Card. Immol. Innoc. Archid. Turrecr. Præposit. Bellarm. Decius. Bonifac. Paleot. Gutier. Scotus. Mathes. Valent. Mogollo. Sanch.

17. Contraria tamen sententia verior & probabilior est. Asserit obligationem non consurgere immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit ordinibus sacris: cogitq; eos qui ordinem sacrum assumunt, vt votum castitatis emittant, nõ expressè, sed facto ipso, & tacite. Probatur à simili, quoad secundam partem cõclusionis. Nam sicut per delationem habitus professorum, & exercitium actuum illis solis competentium, in religione approbata inducitur tacita solemnis professio. Cap. *Vidua*, de regularib. ita qui ordinantur, licet voce non voueant, facto & opere profitẽtur castitatem per sacrorum ordinũ susceptionem.

C. Vidua.

Quod

18. Quoad primam partem; probatur sic, licet enim Ecclesia neminem possit absolutè cogere ad continentiam, quòd sit res meri consilij, cap. *Integritas*.32. quæst. 2. potuit tamen in ordine sacro, quem confert, apponere conditiones, & leges iustas illi statui conuenientes, qualis est, vt ad illum promotus, castitatem voueat. Sicut quilibet in rei suæ traditione potest legem apponere, l. *In traditionibus*, ff. de pactis. Et supposita hac lege eo ipso quod quis vult sacris initiari, vult ex consequenti vouere, sicut vult obligari ad recitandum officium canonicum, quod similiter est onus ordini annexum. Vnde id votũ non est absque propria voluntate; vt dicitur in primo fundamento primæ sententiæ. Deinde iam probauimus re vera Ecclesiam decreuisse, vt promouendi ad ordinem sacrum id votum emittãt, refertur in cap. 1. & cap. *Diaconi*.28. dist. Idem probatur ex c. *Cum olim*, de cleric. coniug. Prætereà id appellatur votum cap. vnico de voto in 6. & Extrauag. *Antiqua*, Ioan. 22. de voto. Et in Conc. Tolet. 2. refertur cap. *De his*. 28. dist. Et hanc sententiam docet Glossa cap. *Coniungatus*, verb. *continentiam*, de conuers. coniugat. Dominicus in d. cap. vnico de voto, num. 5. & ibi Francus num. 1. notab. 4. Hostiens. sum. tit. de æt. & qualit. n. 5. vers. *Sed nunquid conditionaliter*, & in cap. *Cum olim*, de cleric. coniug. n. 1. Abb. num. 4. Card. in fin. Imol. num. 7. Turrecr. cap. 1. n. 1. 28. dist. Nau. sum. cap. 22. Gutier. lib. 2. q. canon. cap. 7. n. 2. Barb. rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 100. Ex Theologis D. Thom. 4. d. 37. q. 1. art. 1. corp. Azor impugnans contrariam sent. libr. 13. instit. mor. cap. 12. Aegid. Conink de sacram. ord. disp. 20. dub. 13. omnium optimè Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 27. vbi plures alios citat Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 248. c. 1. cum seq. ac tandẽ latissimè omnia percurrendo Soar. tom. 3. de Religion. lib. 9. à cap. 16.

C. Integritas. *L. In traditionib.* *Cap. 1.* *C. Diaconi.* *Cap. Cum olim.* *Cap. vnic. Extrau. Antiqua.* *Cõc. Tol.* *C. De his.* *Glossa.* *Dominic.* *Franc.* *Host.* *Abbas.* *Cardin.* *Imol.* *Turrecr.* *Nauar.* *Gutier.* *Barb.* *S. Thom.* *Azor.* *Ægid.* *Sanch.* *Vasq.* *Soar.*

A

Quid autem dicendum sit, si initiatus sacris ignorarit votum ordini annexum, ex quo deducitur secundũ fundamẽtum primæ sententiæ. Respondeo etiam in hoc casu initiatum teneri omnino se cõtinere, nec posse validè matrimonium cõtrahere. Probatur, quia Ecclesia potuit iustissimã de cælibatu clericorum legem indicere, vt iam ostendimus, atque ea ligare quoscunque in posterum promouendos, siue scierint, siue ignorarint prædictam legem. Sicut quantũuis ignorent, tenentur officium recitare, & alias statutas leges obseruare. Eo vel maximè, quòd lex semel legitime promulgata omnes ligat, quantumuis ignorantes; quanuis hi à culpa transgressionis legis excusentur. Tradũt Doctores in materia de legibus. Eam autem esse Ecclesiæ mentem in lege cælibatus constat ex vsu Ecclesiæ, & ita docent supracitati Doctores. In sola ratione obligandi controuersia est, quando quispiam nouit se ad sacrum ordinem promoueri, at cõtinentiæ votum annexum ignorauit. Alij dicunt ex sola Ecclesiæ constitutione, obligari. Ratio est, quia votum est lex priuata, quam quispiam sponte sua sibi imponit. At ignorãs prorsus votum, caret voluntate vouendi, ac per consequens, imponendi sibi eã legem. Aliorum tamen sententia, qui dicunt ex voto teneri, mihi valdè placet. Qui enim sciens, & prudens efficit,

B C D

cit. & vult, facit & vult subinde ei annexa est; quia accedit intentione, saltē virtuali, faciendi ea, quæ per legē iustam, & promulgatā tali muneri sunt imposita. Docet Card. d. c. *Cum olim*, in fin. & ibi nu. 7. Azor lib. 13. instit. mor. cap. 14. q. 10. & Sanch. d. disput. 27. n. 11. apud quos & Soar. cit. videri possunt plura ad hanc materiam pertinentia, in quibus institutum nostrum spatiari non permittitur.

Card. Azor. Sanch. Soar.

A

§. VIII.

Quanam sit forma, & materia consecrationis Præsbyterorum?

B

SVMMARIVM.

1 *Duplex materia, & forma proponūtur, quæ præsentis quæstionis dant materiam.*

2 *An omnes materiæ, & formæ assignatæ, essentialiter ordinem præsbyteris constituant, vel ex illis alterutra? Traditionem Calicis, & patenæ pro consecrationis materia, verba addita, Accipe potestatem offer. &c. pro forma 1. dat sententia.*

C

3 *Concilijs & Doctorū auctoritate, iuribus, & ratione prima stabilitur sententia.*

4 *Manuum impositionem, & non solùm Calicis traditionem pro materia essentialiter requiri, secunda docet sententia.*

5 *Doctorum, & Conciliorum auctoritate, ratione, & consuetudine Ecclesiæ, secunda probatur sententia.*

D

6 *Prima sentētia efficaciter corroboratur, & essentiam præsbyteris ex duplici partiali materia, & forma constare resoluitur.*

7 *Ad auctoritatem Concilij Florentini, & ad cap. Presbyter de sacr. non iter. pro 1. sententia adducta, respōdetur.*

8 *Ad fundamentum ex ratione petitum respondetur.*

9 *Ad text. in cap. Pastoralis, de sacr. non iterand. respondetur.*

10 *Ad vltimum argumentum pro prima sententia adductum, respondetur; cui secunda, vt probabilior anteponitur.*

Duplex esse potest materia, & forma, de quibus potest excitari præsens quæstio. Prima materia esse potest, traditio patenæ cum hostia, & calicis cum vino. Secunda materia est impositio manus, quæ fit ab Episcopo post communionem. Prima forma sunt verba, quibus dicitur sacerdoti, *Accipe potestatem offerendi sacrificium, & cætera.* Secunda forma sunt alia verba, quæ dicuntur ab eodem Episcopo, imponente manus supra caput sacerdotis, nimirum: *Accipite Spiritum Sāctum, quorum remiseritis peccata, &c.* 1.

Vocant autem Auctores in controuersiam, vtrum omnes istæ materiæ, & formæ essentialiter constituāt ordinem sacerdotalem, vel saltem alterutra ex illis? D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. Richard. art. 4. q. 3. Gabriel. q. 1. art. 1. Palud. q. 2. art. 3. Durand. q. 3. n. 8. Capreolus q. 1. artic. 3. ad 3. contra primam conclusionē, Syluest. in Summa verbo *Ordo*. 2. q. 4. dist. 3. Angel. etiam verbo, *Ordo*. 1. n. 5. Domin. Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. concluf. docent materiam sacerdotij esse traditionem calicis, & patenæ; formā verò verba illa, quæ adduntur: *Accipe potestatem offerendi, &c.* Hanc eandem sententiam, quod attinet ad materiā prædi- 2.

D. Thom. Richard. Gabr. Palud. Durand. Capreol. Syluest. Angel. Do. Sot.

Laper. Maior. prædictam sequitur Ruard. Laper. art.17. §. *De materia autem*, & Maior eandem sequitur in citatum locum sententiarum q. 1. col. 3. in fin.

3. Conc. Flor. Primò ergo probatur ex Concilio Florent. sess. vlt. vbi solùm pro materia sacerdotij assignatur prædicta calicis, & patenæ traditio; & pro forma verba supracitata, *Accipe potestatẽ, &c.*

C. Præsbyter. Secundò probatur, quia in cap. *Præsbyter*, de sacramentis non iterandis, definitur, manuum impositionem nõ esse de essentia ordinationis præsbyteri, & Diaconi. Tertiò probatur ratione, quia si manus impositio supra caput ordinandi, esset de essentia talis ordinationis, sequeretur, quod si Episcopus moreretur ante ipsam manuum impositionem, & post traditionem calicis, & patenæ, non maneret in ordinãdo character impressus, neque potestas ad absoluendum; vel sequeretur imprimi in sacerdotio duos characteres, vnum per priora verba, alterum per posteriora; quæ quidem omnia absurda videntur. Quartò Innocentius tertius in cap. *Pastoralis*, de sacram. non iterand. docet ordinationem factam sine manuum impositione non deberi iterari: ergo censuit manuum impositionem non esse de essentia sacerdotij. Quintò Apostoli facti sunt sacerdotes in vltima cœna per illa verba, *Hæc facite in meam commemorationem*. Quibus quidem data est eis potestas super corpus Christi conficiendum: ergo nunc, eodẽ modo debent fieri sacerdotes per alia verba, quæ illis Christi respondeant, scilicet, *Accipe potestatem, &c.*

4. Sotus. Vuald. Secundam sententiam amplectitur Sotus in 4. dist. 24. q. vnica. Vualdens. tom. 2. qui est de sacramentis,

A ca. 123. n. 5. Viguerius in institutionibus, cap. 16. §. *Nam quamuis*. Rofensis lib. de defensione sacerd. contra Lutherum congressu 2. axiomate 9. Michael Medina lib. 1. de continentia sacrorum homin. c. 21. Bellarm. libr. 1. de sacram. ordinis. cap. 9. Vasq. in 3. p. disp. 238. c. 3. Aegidus Conin. de sacramento ordin. disput. 20. dubio 7. Hi omnes, & plures alij docent non solùm traditionem calicis, iterum & manuum impositionem pertinere ad essentiam sacerdotij. Viguerius Rofens. Medina. Bellarm. Vasq. Ægid.

B Quod ergo manus impositio supra caput ipsius ordinandi, pertineat ad essentiam, videtur probare Paul. 1. ad Timot. 4. vbi, inquit: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per profetiam cum impositione manuum præsbyteri*. & epistol. 2. cap. 5. *Admoneo te*, inquit, *vt resucites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*. Tertiò probatur ex Concilio Carthag. 4. c. 3. vbi dicitur: *Præsbyter cum ordinatur, Episcopo bene dicente, manum super caput eius tenente, &c.* 1. Tim. 4. Epist. 2. c. 5. Conc. Carthag.

C Quartò probatur ratione, quia potestas absoluendi est de essentia sacerdotis: sed hæc potestas non traditur, nisi in illis verbis: *Accipite Spiritũ Sanctum, &c.* cum impositione manus Episcopi: ergo. Minor probatur primo, quia Christus Dominus in nocte cœnæ dedit Apostolis potestatem supra Christi corpus, & tamẽ non dedit potestatem ad absoluendum, nisi post resurrectionem, quando apparens eis insufflauit, & dixit: 5

D *Accipite Spiritum Sanctum, &c.* vt definit Trident. sess. 14. c. 1. de sacramẽto pœnitentiæ: ergo potestas hæc ad absoluendum per dictam actionem traditur, qua traditur potestas super Christi Trident.

Chriſti corpus. Secundò eadẽ minor probatur ex eodem Trid.ſeſſ.14.c.3. de ſacramento vnctionis. Vbi docet vnctionis miniſtros eſſe ſacerdotes ab Epiſcopis ordinatos per manuum impoſitionem. In quibus verbis non obſcurè, imò ſingulariter docuit Cõcilium, quod per illam manuum impoſitionem conferatur poteſtas remittendi peccata; nam cum ſacerdos vngens, per talem vnctionẽ venialia remittat, ideò Concilium loquendo de hoc actu remittendi, ſolùm memorauit manuum impoſitionem; quaſi per illam daretur poteſtas ſacerdoti ad remittẽdum. Vltimò probatur ex more Eccleſiæ; nam cum in ordinatione nouus ſacerdos habeat caſulam ſuper humeros implicatam, & ſic cũ Epiſcopo conficiat, tamẽ poſt acceptum Spiritum Sanctum per manus impoſitionem, ſtatim Epiſcopus explicat caſulam, quaſi tunc integrum ſacerdotium ſit collatum. *Trident.*

6\. Prima pars huius ſententiæ, quatenùs docet ad eſſentiam ſacerdotij etiam pertinere calicis traditionem, cum verbis, quibus cõfertur poteſtas ad offerendũ Chriſti corpus, præter quam ſufficiẽter maneat probata primæ ſententię argumentis, nũc vltimo & efficaciter ſic probo. Sacramẽta cõferũt id, quod ſignificãt, ſed illa traditio calicis, & patenæ cum verbis, quæ addũtur, *Accipe poteſtatem, &c.* ſignificant poteſtatem conſecrãdi: ergo illã cõferunt. Vnde pro reſolutione dicẽdum eſt cũ his auctoribus ſacerdotij eſſentiam conſtare ex duplici partiali materia, & forma, nimirũ ex traditione calicis, & patenæ, & ex impoſitione manuũ Epiſcopi, tanquã ex integra materia, & ex verbis, *Accipe poteſtatẽ, &c.* & *Accipe Spiritũ Sanctũ, &c.* A tãquã ex integra forma, quod clariùs patebit ſoluẽdo 1. ſentẽtię fũdamẽta.

7\. Ad primũ ergo adductũ ex Conc. Florent. reſpõdetur Conciliũ ibi nõ poſuiſſe exactam doctrinã circa hanc materiam, ſed ſolùm diſtinxiſſe illud, quod peculiare eſt, tam in ordinatione ſacerdotis, quàm cęterorũ ordinũ inferiorũ; cũ verò impoſitio manuum ſit, quid cõmune, & ſola calicis cũ vino, & patena cũ pane, traditio ſit quid peculiare in ſacerdotio, ideo hoc tantũ meminit, illud tacuit. B Ad illud deſumptũ ex *c. Præsbyter*, reſpondeo ibi nõ eſſe ſermonẽ de ea manuũ impoſitione, quę fit ab Epiſcopo, ſed de illa, quæ fit ante ab eodẽ Epiſcopo, & ſimul à ſacerdotib⁹ adſtãtibus, quę omnia rectè dicũtur nõ eſſe de eſſentia ſacerdotij, ſunt enim cęremoniæ rãtũ. *Cõc.Flor.* *Ca.Præsbyter.*

8\. Ad tertiũ ex ratione petitũ, admitto ſequelã, quoad primã partẽ, & nego quoad ſecundã. Ratio primæ eſt, quia cũ oſtenſum iam ſit poteſtatem C ad remittẽda peccata cõferri per impoſitionẽ manuũ Epiſcopi, & per verba, quę ibidẽ profert ſuper ordinãdũ, profectò ſi Epiſcopus ante hanc manuũ impoſitionẽ è vita diſcederet, ſacerdos maneret, & cũ poteſtate ſolũ ſuper Chriſti corpus, nõ verò ſuper peccata. Secundã partẽ ſequelæ ideò negauit, quia nõ admittendi ſunt duo characteres, ſed vnus, qui confertur in traditione calicis, extẽſus tamẽ ad ſecundã poteſtatẽ remittẽdi peccata, eodẽ modo, quo certũ eſt apud Dia- D lecticos eundẽ habitũ, qui acquiritur circa primã concluſ. alicuius ſcientię, extendi circa alias cõcluſiones, & habitum diſtinctum non acquiri; quod etiam probare ſolet Epiſcopi cõſecrationem,

tionem, vbi nō dari nouū characterē, sed characterē sacerdotis, quē habet, extendi ad potestatē Episcopi, tenēt plures, quos iam suprà retulimus, negando tamen hanc doctrinam in cōsecratione Episcopi, per quam dicimus dari nouum characterem.

9. Illud verò, quod adducitur quarto loco ex Innocentio 3. nobis plurimū fauet, quia ibi dicit Pontifex, quod si Episcopus moriatur ante manuum impositionē, non deberi iterari, quod ante factum fuit, sed solùm supplendum esse, quod defuit. In quo planè docuit, potestatem in corpus Christi esse distinctam à potestate super peccata, quod intendimus.

10. Ad quintum ex dictis patet resp̄ōsio. Apostoli enim in cœna adepti sūt tātum potestatem in corpus Christi; post resurrectionem verò potestatem super animas fidelium, & sic probabilior apparet hæc sententia, quanquā prior, vtpotè tot auctoritatibus, & rationibus munita, optimè, & magna cum probabilitate defendi posit.

§. IX.

De officijs Præsbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyterorum munera, & officia numerantur.*

2 *Munera quæ de iure diuino sunt introducta, eodem iure ad præsbyteros spectant. Offerre, præesse, prædicare, baptizare, ius diuinum introduxit; benedicere autem de iure humano procedit.*

3 *Munus prædicandi ad clauium potestatem pertinere, probatur.*

4 *Prædicandi officium, solis sacris ordinibus esse annexum, efficaciter ostenditur iure diuino.*

5 *Opinio Soti refertur, tale munus iure humano sacris ordinibus solùm esse permissum tenentis.*

6 *Opinio Nauarri, prædicandi munus nec diuino iure, nec etiam humano sacris ordinibus esse annexum, quam plurimis contendentis, refertur.*

E X dictis in hac disp. iam liquidò apparet, quæ sint munera, & officia præsbyterorum. Isidorus autem lib. 2. de officijs eccles. c. 7. his verbis: *His enim* (scilicet Præsbyteris) *sicut Episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est: præsunt enim Ecclesijs Christi, & in confectione diuina corporis, & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, similiter, & in doctrina populorum, & in officio prædicandi.* Rabanus lib. 1. de institutione clericorum, c. 6. etiam tria munera sacerdotibus adscribit, conficere Eucharistiam, baptizare, & prędicare. Stephanus Eduensis libr. de sacram. altaris, c. 9. non longè à principio in 4. tom. Biblioth. sacræ, similia officia, licet alio modo explicata, assignat sacerdoti. Alcuinus libr. de Diuin. offic. cap. 35. §. *Præsbyteri*, & §. *Sacerdotes*. hæc munera sacerdoti tribuit: sacrificium offerre, catechizare, & baptizare, & infirmos oleo sancto vngere, & prædicare. Hugo quoque de S. Vict. quanuis libr. 2. de sacram. p. 3. c. 12. sub fin. solùm adscribat sacerdotibus conficere sacramentum corporis, & sanguinis Christi, orationes dicere, & benedicere dona Dei, hoc est, aquam, & fructus terræ, tamē non longè à principio cap. dicit, omnia, quæ Episcopis conueniunt, conuenire etiam præsbyteris, præter Basilicarum benedictionem, consecrationem Chrismatis, impositionē manuum

[Margin: A, B, C, D; 1.; S. Isidor.; Raban.; Eduensis.; Alcuinus; Hugo.]

nuum, & benedictionem communẽ super populum. In Pontificali igitur primum hæc quinque munera sacerdotibus assignantur, offerre, benedicere, præesse, prædicare, & baptizare.

2. Cæterùm vt clarius procedamus in hac materia sciendum est, vtrùm hæc munera presbyterorum conueniant illis iure diuino, vel humano? Dico omnia munia, & officia, quæ iure diuino introducta sunt, eodẽ iure ad præsbyteros spectare. Ratio est, quia sacerdotes sunt dispẽsatores mysteriorum Dei, quibus commissa est omnis cura salutis animarum, sed hęc munera id intendunt; & ad hoc iure diuino sunt instituta: ergo. Hoc supposito videamus igitur, quæ munera diuino iure sint introducta? Primum est offerre, scilicet sacrificare, quod munus ita proprium est sacerdotis in vniuersum, vt nullus sacerdos, apud Iudæos, Gentiles, Græcos, & Latinos vnquã fuerit sine hac potestate. Secundum est præesse, quod munus est Pastoris, competens iurisdictionẽ habentibus. Duo alia munera ab eodẽ iure inuenta, nempè prædicandi, & baptizandi, satis nota sunt. Quintum tamen quod in Põtificali adscribitur, nempe benedicere, certũ est iure humano presbyteris conuenire. Probatur, quia sub benedictione, nõ omnes benedictiones comprehendũtur, nã aliquæ Episcopis reseruantur. Conuenit autẽ sacerdotibus benedictio panum, benedictio aquæ, cereorum, thuris, & aliorũ fructuũ terræ, vt patet ex Pontificali, & Missali; hæ autẽ benedictiones iure humano, non diuino videntur introductæ; ergo etiã eodem iure præsbyteris vidẽtur applicatæ. Vnde resolue quinq; munera sacerdotibus cõuenire; de iure diuino offerre, præesse, prædicare, baptizare; de iure humano, benedicere, in qua sentẽtia omnes Patres supracitati vidẽtur cõspirare, vel in pauperibus, alio modo omnia complectendo.

Dubiũ tamẽ est inter Doctores, an prædicãdi officiũ iure diuino solis sacris ordinibus sit annexũ? Quare sciẽdum est prædicandi munus ad clauiũ potestatem pertinere. Probatur, quia sub potestate clauiũ diximus tã potestatẽ ligãdi, & soluendi, quã ea omnia comprehẽdi, quæ cõducũt ad finẽ supernaturalẽ, & cęlestẽ beatitudinẽ cõsequendã: sed inter cætera, quę ad salutẽ spectãt spiritualem, præcipuũ est prædicãdi munus, cap. *Inter cætera*, de offic. ord. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. de reformat. c. 4. adeo vt verbũ Dei, hoc est prædicatio, nõ minus esse, quàm Christi corpus, scripserit. August. in cap. *Interrogo*. 1. q. 1. Explicat eleganter Turrecr. ibidẽ Castro de iusta hęret. pun. lib. 3. c. & seqq. ergo, &c. 3.

Cap. Inter cætera. Trident. August. Turrecr. Castro.

Vnde iã possumus deducere efficax argum. ad cõprobandam Caiet. sententiã 3. p. q. 64. ar. 6. vers. *Hanc doctrinã*, dum cõtendit officiũ prædicãdi, iure diuino solis sacris ordinibus esse annexũ: nã cũ ex dictis cõstet officiũ hoc ad clauiũ potestatẽ pertinere, claues autem solis sacerdotibus Christus D. tradiderit, text. in cap. 1. §. *Vna*, de sum. Trin. sequitur firmum argum. ex hac resolutione ad sententiã Caiet. confirmandã, pro qua etiã facit textus in cap. *Sicut*. 14. de hæret. vbi laicis interdicitur officium prædicationis, & text. in cap. *Adÿcimus*. 16. quæst. 1. & in cap. *Cum ex iniuncto*, de hæret. Explicat lätè Penna ad directorium Inquisit. lib. 2. cap. 8. 4.

Caiet. Cap. 1. §. vna. C. Sicut de hæret. C. Adÿc. C. Cum ex iniuncto. Penna.

5. Verùm iure diuino nulli ordini sacro annexum esse munus prædicandi (quamuis fateatur iure humano solis sacerdotibus permissum esse ex dictis iuribus) multis nititur probare Soto in 4. dist. 1. quæst. 5. artic. 6. versic. *Ex administratione*. Tum quia, inquit, prophetas in lege veteri, atq; etiam in Euāgelica, Patres Eremitas prædicasse cōstat, & tamē sacerdotes non fuisse, neque morem illum reprobare. Adducit deindè ex Gregorio libro primo Dialogorum, laicum Aequitium nomine laudari, eo maximè, quia populo prędicauerit. Et tandem, quia in ordinatione sacerdotum nulla fit mentio prædicandi.

Sotus. *Pe. Greg.*

6. Nauarrus verò consl. 2. de temporib. ordin. nec de iure diuino, nec etiam de iure humano alicui sacro ordini annexum esse officium hoc, multis contendit. Et probatur primò, quia laicus prædicare permittitur, ex licentia sacerdotis. Cap. *Mulier*. 23. dist. Glossa in dicto cap. *Adijcimus*, verbo, *Sacerdotes*, recepta ex Nauar. vbi proximè. Secundò, quia communis vsus obseruat, vt parochi frequētissimè rogent Theologos non dum sacris ordinibus, vel solo subdiaconatu initiatos, vt prædicent in suis parochijs. Ad text. verò in dicto cap. *Adijcimus*, respondet procedere in prædicatione facienda authoritate propria, & ratione officij, quam, inquit, solos sacerdotes curatos facere posse. Et comprobat ex Trident. proximè citatis locis. Vnde rectè Glossa dicto verbo, *sacerdotes*, notat officium prædicationis, prælationis esse non ordinis, & indè intelligit tex. in dicto cap. *Cum ex iniuncto*, & in cap. *Excommunicamus*. 13. §. *Quia* verò, de hæreticis, vbi refertur illud Pauli ad Rom. 10. *Quomodò prædicabunt, nisi mittantur?* vt sit sensus, officium hoc, neminem exercere posse, nisi à legitimo superiore missus sit, hoc est authoritatem accipiat: eam verò solos Episcopos præstare posse, decidit Trident. præcitatis locis. Ex dictis etiam intelligūtur text. in dicto cap. *Cum ex iniuncto*, & in dicto §. *Quia verò*, & in dicto cap. *Sicut*, dum generaliter prohibent laicos prædicare; respondetur enim iura illa agere de laicis vsurpantibus officium hoc ex propria authoritate, non verò negare, posse prælatos licentiam concedere: patet ex verbis ipsorum iurium, ibi, *Vsurpant*, *& prædicare præsumant*, iunctis ijs, quæ de verbo, præsumere, argumento text. in cap. 2. de iudicijs, notant Doctores communiter, vt per Alciat. præsumpt. p. 2. n. 2. fin. & seqq. Hippol. sing. 287. Nau. cap. *Accepta*, opposi. 8. num. 35. de restitut. spoliator.

Nauar. *Ca. Mulier.* *Glossa recepta.* *C. Adijcimus.* *Glossa.* *Ca. Cum ex iniuncto.* *C. Excommunic.* *Rom. 10.* *Trident.* *C. Cū ex iniunct.* *C. Sicut.* *C. 2. de iudicijs.* *Alciat.* *Hippol.* *Nauar.*

Sed pro resolutione aduertēdum est omnia prædicta officia diuino iure Præsbyteris conuenire, eo quod ea omnia iure diuino etiam in Ecclesiam introducta sint, nisi quod officium prædicandi; ita diuino iure cōuenit sacerdotibus ex officio, alijs verò tanquam Præsbyterorum coadiutoribus, vt illud etiam alijs ordinibus, & clericis, ex licentia Episcoporum tribui posset, ita vt rectè ab eis fiat. Vnde consequitur munus hoc non esse diuino iure solis præsbyteris annexum, sed illis competere ratione officij sacerdotalis: quod sanè videntur probare omnia iura suprà citata. Et ita Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. cap. 9. num. 10. 7.

Vasq.

DISPV-

DISPVTATIO IX.

De Diaconis.

POST Præsbyteros in nostra ecclesiastica Hierarchia immediatè subsequitur Diaconi, qui tanquam eorum coadiutores ad ministerium altaris instituti fuerunt ab ipso Christo Domino, prout refert Beatus Isidorus in cap. *Cleros*, & in cap. *Perlectis*. 21. & 25. distinct. & nos in sequenti disputatione dicemus.

B. Isidor.

§. I.

De significatione, & institutione Diaconorum.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus vnde diriuetur?*
2 *Refertur opinio, quæ asserit Diaconos ab Apostolis institutos fuisse.*
3 *Diaconos non ab Apostolis Actor. 6. sed posteà à Christo Domino fuisse institutos, probabilior opinio est.*
4 *Fundamenta primæ sententiæ soluuntur.*
5 *Diaconi ex institutione diuina, Christus Dominus Diaconatus officium exercuit.*
7 *Diaconi septem requiruntur in quacunque etiam minima ciuitate.*
8 *Vtrum Diaconorum ordinatio sacramentum sit?*
9 *Vtrùm Euangeliorum traditio sit materia ordinis diaconatus?*
10 *Manus impositio in ordine diaconatus tantùm pro ritu obseruatur, non pro substantia sacramenti.*

A Diaconi nomen à verbo Greco, *διακονεῖν*, diriuatum, idē importat apud Latinos, ac *ministro*, siue *famulor*; & quam Græci dicunt *διακονίαν*, *diaconiam*, Latini vocant *ministerium*, *obsequium*, *officium*, *&c.* vt rectè notarunt post Lindan. & Medin. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 236. cap. 4. in principio, Petr. Greg. syntag. iuris vniuersi lib. 15. cap. 20. n. 1. Vnde propter generalem huius verbi significationē ad diuersa ministeria transfertur, siue sacra, siue laica, & B profana: vt constat ex Diuo Paulo ad Roman. 13. & 2. ad Timoth. 4. vt latè refert Vasq. citato loco. 1.

Lindan. Medin. Vasq. Pe. Greg. Rom. 13. 2. Tim. 4.

Dubium tamen est, in quo variè discriminantur Doctores, an Diaconatus ordo ab Apostolis electus fuisset Actor. 6. vel anteà, seu post? & pro viribus contendit ibi institutū fuisse sacrum Diaconatus sacramentū; Durand. in rational. lib. 2. c. 3. à princip. Bellarm. 2. tom. lib. de sacram. ordin. cap. 6. Baron. tom. 1. anno Christi. 34. fol. 269. Alphons. Salmer. in prędictū C locum Act. 6. Primum fundamentum huius sententiæ est, quia Apostoli in prædicto loco elegerūt homines plenos Spiritu Sancto, & sapientia, habentesque bonum testimonium: sed hæc potiùs ad ministerium sacrum altaris, quàm ad aliud requiri videbantur: igitur, &c. Secundò probatur quia septem Diaconi, seu ministri, de quibus ibi, oratione, & impositione manuū fuerunt electi; planè huiusmodi ad ministeriū sacrū sunt tantū neD cessarij: ergo, &c. Tertiò, & vltimò probatur ab effectu, eo quòd statim post hanc electionē Stephanus, quorū vnus erat plenus gratia, & fortitudine, faciebat signa magna in populo, 2.

Durand. Bellarm. Baron. Salmer.

Ff 3 neque

neque poterant aduersarij resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur in eo, vt dicitur eodem loco Act. *6.* Deinde, quia publicè prædicabat, quod tamen munus prædicandi verbum Dei Diaconis altaris conuenit, iuxta textum nostrum in cap. *Perlectis.* 25. dist. ibi, *prædicare*. Igitur dicendum est eo loco Diaconatus ordinem ab Apostolis institutum fuisse. Pro qua sententia (quia potiùs facti est, quàm iuris) multa patent testimonia. Adducit Salmer. vbi suprà, Clem. Roman. Alexand. Ignatius, Dionysius, Cyprianus, Hieron. Beda, Arat.

Salmer. Clem. Ro. Alexād. Ignat. Dionys.

3\. Verum in contrarium vrgent plura. Et primò, quia (vt suprà ostendimus q.4. procemiali, §.2.) inter Catholicos citra controuersiam est hūc ordinem esse sacramentum; sed constat omnia sacramenta à Christo, ante ascensionem eius fuisse instituta: igitur, cum hæc electio septem Diaconorum, ad mensas facta fuerit post Christi ascensionem (vt constat) non potuit esse institutio sacramenti. Secundò, quia Christus per se ipsum omnia sacramenta instituit, & nullius institutionem Apostolis commisit. Igitur hac electione facta ab Apostolis, non fuit vllum sacramentum institutum. Quare existimo sententiā verissimam esse, nempè ea solùm electione, quæ Actor. *6.* expressè narratur, non fuisse ordinatos septem illos viros ad ministerium altaris; neque sacramentum ordinis suscepisse, & ita non esse de viris, qui ministrabant ministeria, scilicèt Missæ, sed de his, qui ad ministeriū mensarum, vt pauperum curam haberent, adhibebantur. Quæ sententia ex eo ostenditur, quod hoc ministerium non est sacrū, & ecclesiasticum, quamuis tanquam pium opus, & misericordia ministris ecclesiasticis commendari iure possit: ergo illa electione non fuerūt viri illi sacramento Diaconatus ordinati: nam talis ordinatio ad ministerium sacrum, & ecclesiasticum esse debet. Deinde, quamuis fuissent ordinati ad alia ministeria sacra (quod tamen neque ex scriptura, neque ex Patrum traditione constat) tamen nō est dicendum, ea electione, quæ exprimitur facta ad ministerium pauperum, sacramentum Diaconatus collatum fuisse, sed posteà ab ipso Christo Domino institutum, vt probabilior opinio fert, & nos diximus in 4. quæst. procemiali, & hanc opinionem ex Theologis probat Lindan. libr.4. Panopliæ, cap.79. Michael Medina lib.1. de continentia, c.26. Caietan. in eum locum Act.*6.* & in illud 1. ad Timoth. c.3. Vasq. tom.3. disp. 236. c.4. n.49. Ochogauia de sacram. ord. q.3. n.8. Aegid. de sacramento ord. dub. 3. n.13.

Lindan. Caiet. 1. Tim. 3. Vasq. Ochogau. Ægid. Conin.

4\. Retenta hac sententia, facillimè dilui possunt rationes, quibus suprà diximus probare suam opinionem Salmer. Ad primam enim respondetur rectè quidem fecisse Apostolos eligentes viros plenos Spiritu Sancto, & sapientia ad ministerium illud mensarum, eò quod, cum iam dissentio orta fuisset inter viduas, quæ mēsis præerant, propter quod factū fuit murmur Græcorum, vt dicitur eodē cap.*6.* opus fuit, vt viri, qui loco illarum subrogandi erant, essent præditi gratia Spiritus Sancti, & sapientia; qui ita se in multitudine illa gererent, vt nullam dissentionis ansam, & occasionem præberent, etiamsi tunc ad sacrum

sacrum Diaconatus ordinem non eligerentur. Ad secundam respondetur rectè fuisse ceręmonia illa impositionis manuum, & oratione electos, vt ita ad illud ministerium gratia Spiritus Sācti super eos inuocaretur, quā necessariam esse Apostoli existimabant, præsertim in ea occasione, vt absque vlla perturbatione, & contētione res pauperum ab illis administrarentur. Ad tertiam rationem dicendum est, quanuis in eodem cap. Act. 6. narretur, quod statim post hāc electionem, Stephanus faceret signa, & prodigia, & populo ita sapienter prædicaret, vt aduersarij non possent sapientiæ, & spiritui eius resistere; tamen non proindè licet inferre ipsum fuisse in sacrum Diaconatus ordinem consecratum; nam etiam ad aliud munus electus, hæc præstare poterat.

Vasq. Ad auctoritates Patrum optimè respondet Vasques dicta disp. 236. c. 5. à n. 52. vsque ad n. 61. vbi ex illis multas eleganter explicat pro hac nostra opinione. Quanto tempore hoc ministerium Diaconorum, qui mensis præficiebantur, in Ecclesia perseuerauit, & quo pacto; latè disputant Baronius, & Vasq. vbi suprà, cum quibus hanc mensarum explicationem prosequere. *Baron.*

5. Ex dictis tamen certum est, Diaconos ex institutione diuina electos fuisse. Affirmat Valentia tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 2. versic. *Ad hac*, Henriq. lib. 10. de sacramento ordin. c. 2. Durand. de ritibus Eccles. lib. 2. c. 23. Vasq. d. loco. Ochagauia de sacram. ord. tractatu vnico, q. 2. n. 7. Aegid. dicta disp. 20. de sacram. ord. dub. 3. nu. 2. Et Diaconatus officium exercuisse Christum Dominum testatur *Valentia.* *Durand.* *Vasq.* *Ochag.* *Aegid.* *Ioan. Cap.*

6. Frater Ioannes de Capristano de auctoritate Ecclesię, fol. 51. vers. 7. Diaconatus, cum sacramētum corporis, & sanguinis sui tradidit discipulis post cœnam, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Nam Diaconus in necessitate etiam præsente Episcopo, eū sibi iniungente, potest Eucharistiam populo dispensare, iuxta textum in cap. *Diaconi*. 123. 93. dist. & suprà diximus in disputatione de præsbyteris. *Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13.* *C. Diaconi.*

7. Diaconorum numerus, sicut septem ab Apostolis creati fuerunt, licet tamen non ad ministerium altaris, ita septem in quacunque etiam minima ciuitate requirebantur, iuxtà textum in cap. *Diaconi, qui*, textū in cap. *Diaconi septem*, 93. dist. Habetur in episto. Euaristi ad Ecclesiam Africanam relatam à Rophino Torano in 2. epist. eiusdem Pontificis, fol. 176. Frater Petrus de Bollo in sua æconomia canonica, classe. 1. §. 2. *Pe. de Bollo.*

8. An verò Diaconorum ordinatio verum sacramentum sit, latè disputauimus in quæst. 4. proœmiali, §. 2. vbi affirmauimus verum sacramētū esse, & ità in Concilio Tridēt. sess. 23. cap. 6. decisum reperiri, vt etiam optimè aduertit Vasques in 3. p. disput. 238. cap. 2. Inquirendum tamen est in præsenti, quænam sit materia huius sacramenti? Nam, si cum D. Thoma in 4. dist. 24. q. 2. artic. 3. & 7. & cū Paludan. q. 2. art. 8. n. 15. & sequentibus, dicamus materiam esse traditionem libri Euangeliorum; vrget maximè, quod eo tempore, quo ab Apostolis, seu, vt verius est, ab ipso Christo Domino, Diaconatus ordo fuit institutus, non dum erant scripta sacra Euangelia. Respondendum tamē est, eo tempore materiam huius sacramenti *Trident.* *Vasq.* *D. Thom.* *Paludan.*

cramenti esse manus impositionem; scriptis verò Euangeliorum libris, tunc ipsi materiam esse inceperunt: ita Bellarm. d.c.6. versic.fin. Vasq.in 3.p. d.disp.238.cap.4. à n.43. Ochogauia de sacram.ordin.q.4.n.12. Vel dici potest, id tunc ex dispensatione diuina factum fuisse, vt scilicet sine vera materia huius sacramenti, ipsum tunc collatum fuisset. Henriq.d.libr. 10. cap.8. Soto in 4.sentent. dist. 24. q.1.artic.4. Forma verò huius sacramenti sunt verba, quibus liber Euãgeliorum Diaconis traditur. Sanctus Thomas in 4.dist.24. q.2. art. 3. & 7. Paludan. Vasq. Aegid.& Ochogauia citatis locis. Ex quibus infertur manus impositionem, nec pro materia, nec pro forma, sicut olim, & sic non pro substantia sacramenti, sed tantùm pro ritu, & ceræmonia obseruari, quod vltra alia probatur ex text. in cap. vlt. de sacramentis non iterandis, vbi huiusmodi manus impositio ritus appellatur. Probatur etiam ex Concilio Florentin. sub Eugenio. 4. post vltimam sessionem octauam, vbi deciditur, Diaconatum conferri per Euangeliorum traditionem: ergo nõ per manus impositionem; & de modo ordinandi Diaconos, & de oratione in eadẽ ordinatione dicenda, idẽ constat ex Clem.lib.8.Constitution. Apostol. cap.25.

Bellarm. Vasq. Ochogau. — 10. — *Henriq. Soto.* — *D.Thom. Palud. Vasq. Ægid. Ochog.* — *Conc. Florent.* — *Clem. lib. 8.*

§. II.

De officijs Diaconorum.

SVMMARIVM.

1 *Ad officium Diaconatus in primitiua Ecclesia pertinebat administratio eleemosynarum, & bonorum communium ipsius Ecclesiæ.*

2 *Diaconi sanguinem Christi fidelibus ministrabant.*

3 *Diaconi assistebant Episcopis prædicantibus.*

4 *Diaconi oculi Episcoporum.*

5 *Diaconi ministrant sacerdotibus in omnibus, quæ aguntur in sacramentis.*

6 *Quomodò ministrent in sacrificio Missæ?*

7 *Ad Diaconos pertinet legere Euangelium publicè.*

8 *Vtrùm Diaconi prædicare possint?*

9 *Vtrùm Diaconi possint baptizare?*

10 *Quomodò possint ministrare sacramentum?*

11 *Diaconi consecrare non possunt.*

12 *Diaconi administrantes non tenentur esse in gratia.*

13 *Peccat Diaconus, qui in peccato ministrat Eucharistia sacramentum.*

14 *Diaconi Leuitis antiquæ legis comparantur.*

15 *Quæ ætate conferri debeat ordo Diaconatus.*

16 *Diaconi horas Canonicas recitare tenentur.*

17 *De varijs Diaconorum cæremonijs.*

18 *De continentia Diaconorum.*

OFficium verò Diaconorum in primitiua Ecclesia versabatur circa administrationẽ eleemosynarum, & bonorũ communium Ecclesiæ. Baron. anno Christi.34.fol. 269. vbi latè Bellarm. d.cap.6. Vasq.in 3.p.disp.236. cap.6. nu.69. Insuper ad eos pertinebat ministrare calicem; quando eo tempore cum sanguine fidelibus ministrabatur. Henriq.lib.1.c.26.§.4. & lib. 10. cap.13.§.2. Tandem ad Diaconorũ officiũ pertinebat assistere Episcopis prædi-

1. — *Baron. Bellarm. Vasq.* — 2. — *Henriq.* — 3.

prædicantibus, & eos custodire, ne
4. ab insidiatoribus infestentur. Quare A
oculi Episcopi appellantur in capit.
Diaconi,qui. cap. *Diaconi Ecclesia.* 93.
Clem. Petr. de Bollo. dist. Clemens lib. 2. constitutionum
apost.cap.43. Petrus de Bollo in sua
œconomia canonica,classe 3. §.1. fol.
443. Hodie verò eorum officium in
primis est ministrare sacerdotibus,in
omnibus, quæ aguntur in sacramentis, velut in Baptismo, & Chrismate.
5. Secundo assistere,& ministrare in sacrificio Missę,oblationes offerre,disponere in altari, & componere men- B
sam Domini.Probat text.in cap.*Perlectis.*25.dist. Clemens lib.2.constitu-
6. tionum Apostolicarum,cap.14.Am-
C. Perlectis. brosius libr.1. de officijs, cap.41. vbi
Ambr. historiā Sancti Laurentij refert; ter-
7. tio legere Euāgelium publicè in Ec-
Con. Rhemens. clesia.Habetur in Concilio Remensi,
canone 5. & in Concil. Vassens. ca-
C.Vassen. non.4. Durand.in rational.lib.2. c.5.
Durand. n.60.Et in his tribus ad officium Diaconorum pertinentibus, nulla dubitatio est. An tamen prædicandi mu- C
8. nus ad eorum officium pertineat? dubitari potest? Affirmatiuam partē tenet Caietan.d.cap.5.n.6.Hugo de S.
Caiet. Victore lib.2. de sacram.3.p. cap.11.
Hugo. Rebanus lib.1. de institutione sacer-
Reban. dotum,cap.7. Et probatur. quia Stephanus,& Philippus ab Apostolis pri-
9. mo in Diaconos electi,predicauerūt,
constat Actor.8. Insuper Vincentius
Martyr, qui tantùm fuit Diaconus,
cōcionabatur, teste August. semon.2.
de eodem Vincentio. Denique, probari videtur per textum in cap. *Per-* D
C. Perlectis. *lectis.*25.dist.ibi, *prædicare*, & per tex-
tum in cap. *In sancta*, ibi, *Ad prædica-*
C. In sancta. *tionis officium* 92.dist. Quibus iuribus
probari videtur munus prædicandi
ad Diaconorum officium pertinere.
Negatiuam tamen partem tenet Medin.lib.1.de continentia,cap.30. Gabriel in 4. dist.24. q. 1. art.3. §.*Diaconorum officium*, & alij, quos ipsi referunt. Et probatur expressè per textū
in cap. *Adijcimus.* 16. quæst.1.vbi di- C. Adijcimus.
citur prædicandi munus, tantùm
ad sacerdotes pertinere, Gloss.ibidē,
verb.*sacerdotis*,Gloss.in d.c. *In sancta*,
verbo,*prædicationis*, vbi Archidiaconus, & Turrecrem. in fin. Pro conci- Archid.
liatione dicendum est,ratione officij, Turrecr.
prædicandi munus diaconis non esse
concessum; eos tamen posse de licē- Valent.
tia Episcopi prædicare. Ita Valentia Vasq.
tom.4.disp.9.de sacramento ordinis,
q.1.punct.3. Vasq.in 3.p. disput.236.
c.8.n.89. & sic virtute huius licentiæ
intelligendum est predicasse Stephanum, Philippum, & Vincentium. In
quo etiam sensu dicendum est procedere textum in d. cap. *Perlectis*, &
in d. cap. *In sancta*, vel intelligenda
sunt eorundem iurium,verba ibi.*prædicare*, id est recitare Euangelium.
Gloss. in d.cap.*In sancta*, verb.*prædicationis.* Quam recitationem ad Diaconorum officium pertinere iam suprà probauimus.

Secundò dubitari potest, an ad
Diaconos ratione officij, pertineat 10.
baptizare? Et distinguendum est inter tempus hodiernum, & Ecclesiæ
primitiuæ;nam in Ecclesia primitiua
propter penuriam ministrorum,solēniter poterant baptizare. Soto dist.
24.q.5. art.3. Henriq.lib.1.c.26. §.4. Soto. Henriq.
Hodie verò ratione officij id facere
non possunt,nisi de licentia Episcopi, C. Diaconos.
vel præsbyteri. Habetur in cap.*Diaconos.* 93. dist. vbi Gloss. & Turrecr. Turrecr.
cap.*Constat*,de consecratione, dist.4. C. Cōstat.
Henriq.

Henriq. Henriq. d.lib.10. cap.13. §.2. vbi tenet irregularem fieri Diaconum, qui sine licentia Episcopi, vel præsbyteri baptizauerit, Vasquez d. disp.236. c. 8.n.90. Vasq.

11. Sic similiter licet non possint ratione officij Eucharistiam fidelibus ministrare, tamen in absentia sacerdotis, vel in eius præsentia, data necessitate possūt tex.in d.c.*Diaconos*, & in d.c.*Præsente*.93.dist. vltra supra relatos, Frater Ioannes de Capistrano de authoritate Ecclesiæ, fol. 51. versic.*Septimo Diaconatus*, Candelabrum aureum de sacram. Eucharist. cap. de vsu, & administratione, n.2. C.Diaconos. C.Præsente.93.d. Ioan. Cap.

12. Aduertendum tamen est, eos nunquam nec olim potuisse, nec hodie posse Eucharistiam consecrare, habetur in Concilio Nicæno, can. 14. Conc. Nicæn.

13. Vtrum autem Diaconi, dum ministrant, teneantur esse in gratia? negatiuè respondendum est: possunt enim in peccato mortali, absque vlla culpa, saltem mortali, ministrare. Hēriq.d.c.13.n.3. Soto dist.24.q.1. art. 4. Cordubensis libr.1. quæstion. 50. Valentia tom. 4. disp.3. q.5. punct.3. versic.*Secundò intelligitur*. Henriq. Soto. Cordub. Valent. Quod limitatur in administratione sacramenti Eucharistiæ; hoc enim si ex officio in necessitate administrauerint indignè, peccant mortaliter, Henriq. lib.1. cap.29.§.4.

14. An verò Diaconi Leuitis antiquæ legis comparentur? affirmatiuè resoluendum est. Diaconi namq; in locum Leuitarum successerunt, & ideò ordo diaconatus in nouo, &c. vocari solet ordo Leuitarum. Durād. in rationali lib.2. cap.9. in principio, Henriq. dicto libr. 10. cap. 14. §. 2. Vasq.d.disp.236. cap.8. in fine. Durand. Henrriq. Vasq.

15. Qua verò ætate Diaconatus ordo conferri debeat, licet aliqua varietas reperiatur in iure Canonico, & Cō-

A cilijs; rem tamen ab antiquo veteris test. tempore repetemus; quo attento viginti quinque annis eligebantur Leuitæ, vt in tabernaculo Domini ministrarent. Probatur ex textu in cap.*in veteri*.77.dist. meminit D.Hieronymus in epistola ad Theophylū, quæ est 62.n.8.& sequentibus, quam ætatem etiā ab antiquo noui testam. tempore sacri Canones in ordinādis Diaconis requirebant. C. in veteri.77. d. D.Hier.

B Probatur ex text.in cap.*Placuit*, & in cap.*Episcopus*. 77.ex text. in cap.*Nemo*.78. dist. habetur in Concilio Carthag. 3. cap.8. in Concil. Agathens. c.16. in Concilio Toletano.4.c.9. C.Placuit C. Episc. 77. dist. C.Nemo. 87.dist. Conc. Carthag. Agathēs. Toletan. Quam ætatem in Diaconis necessariò requiri etiam Imperator Iustinian. decreuit in Authent. de sanctiss. Episcop. §. *Presbyterum autem*, collatione 9. Auth. de sanct. Ep. His tamen antiqui iuris Canonici constitutionibus derogauit Clemens Quintus in Concilio Vienensi, vt refertur in Clementina *Generalem*, de ætat. & qualit. Conc. Vienens. Clem. Generalē. de at. & qu.

C vbi qui ad vigesimum ætatis annum peruenit, in Diaconum eligi posse constitutum fuit. Sed & huius Clementinæ ius reuocatum est per Cōcilium Trident. de reformat. cap.12. Trident. vbi deciditur neminem in Diaconū ordinari posse, nisi vigesimo tertio ætatis anno. Meminit vltra alios Nauar. in Manuali, c.25.n.69. & nu.126. Nauar. Petrus de Bollo in sua œconomia canonica, classe.1. §.1. in fine, Aegidius de sacram. ordinis, 2.tom. disput. 20. nu.102. P. de Boll. Æg. Con. Vasq. in 3.p.disp.246. cap.4. Vasq.

D num.42.

16. An vero Diaconi, officium Canonicum recitare teneantur? affirmatiue resolue, argumento text. in cap. *Eleutherius*, & in cap. *Clericos*. 91. dist. C. Eleut. C.Clerc. 91.dist. Doctores

Doctores in cap. 1. de celebr. Miss. & in Clement. 2. eodem tit. Syluest.
Syluest. 17. & Sũmistæ, verb. *Canonica*. De varijs autem Diaconorũ cæremonijs; quarè scilicèt Euangelium dicturi in altiorem locum ascẽdant? quare facies versus Aquilonem ponant? quare ipsis Euangelium lecturis, detur benedictio: non autem subdiaconis Epistolam lecturis, & de alijs Diaconorũ cæremonijs: Vide Durand. de ritibus
Durand. Ecclesiæ lib. 2. c. 23 n. 5. 11. 12. 14. 15. & ferè per totum caput.

18. Quod tamen attinet ad Diaconorum continentiam, diximus præcedẽti disputatione, quod semper ab initio Ecclesiæ fuit omnibus sacerdotibus, ac diaconis prohibitum contrahere matrimonium, vt patet primo ex canone. 25. aliàs 27. Apostolorum. Secundo canon. 10. Concilij
Conc. Anciran. Naocesar. Ancirani, & 1. Næocesariens. quæ fuerunt celebrata ante Nicænum: & consensu omnium antiquorum Pa-
Bellarm. trum; quem fusè probat Bellarmin. lib. 1. de clericis, cap. 19. apertè etiam
D. Paul. colligitur ex Scripturis 1. ad Timot. 5. & q. 12. & 13. Quæ omnia latè ex-
Asor. pendit Asor. tom. 1. libr. 13. cap. 12.
Ægid. Aegid. Conin. de sacramento ordin.
Sanch. disp. 20. dub. 10. 11. & 12. Sanch. lib. 7. de matrimon. disp. 27. Soar. tom. 3.
Soar. de Relig. lib. 9. à cap. 13. vsque ad 20. Neque in contrarium obstat ratio decisionis Concilij Ancirani canon. 10. aliàs 9. in quo decernitur Diaconos, qui in sua ordinatione protestati sunt se non posse continere, ad hoc non teneri. Quia nimirùm tales nec voto, quod non poterant vllo modo censeri emisisse, nec lege ecclesiastica ad continentiã tenebantur: quia hæc non obligat eos, qui eam nec vllo modo acceptant, nec etiam acceptare tenentur, quales illi erant. Nam cũ
A protestarentur se nolle, cum tali obligatione ordinari, nullam faciebant ordini iniuriam, eam non acceptando. Sed huic Episcopus, eos ordinãs, potiùs faciebat iniuriam eos ita ordinando, vt ad continentiam obligari non possent. Qua ratione dicitur etiam ijs dedisse veniam ineundi matrimonium: non quidem formaliter, aut dispensando in aliqua lege (quod facere non poterat) sed ipso facto eos
B ordinando eo modo, quo ad continẽtiam obligari non poterant: quos tamen Concilium permittit suo officio fungi ob necessitatem illius temporis.

§. III.

De institutione, & officijs Diaconissarum.

SVMMARIVM.

1 *Quæ mulieres Diaconissæ dicerẽtur?*
2 *Diaconissæ benedictione, & cæremonia ordinabantur.*
C
3 *Ordinatio Diaconissarum quo tempore abrogata fuerit apud Græcos, & Latinos.*
4 *Quæ mulieres ad hanc ordinationem assumerentur?*
5 *In qua ætate Diaconissæ eligebãtur.*
6 *Munera, quæ Diaconissis competebant, assignantur.*
7 *Quæ appellarentur Præsbyteræ, Diaconæ, & Subdiaconæ.*

D Promisimus in hac quæst. de Diaconis, agere de institutione, & officijs Diaco- 1.
nissarum. Quare sciendum est primò quidem fuisse genus mulierum, quæ
Diaconissæ

Cle.Rom. *Diaconissæ* dicerentur, vt patet ex Clement. Romano lib. 8. Const. cap. 19.
& 20. aliàs 26. Ex quo loco etiam
constat has Diaconissas benedictione,
2. & cæremonia ordinari consueuisse,
Tertull. teste Tertulliano lib. de exhortat.
ad castit. cap. vlt. nu. 72. Denique ex
Concilijs, in quibus ordinatio, & cõsecratio,
seu benedictio dicitur abrogata
manifestè conuincitur has Diaconissas
non sine cæremonia, & benedictione
aliqua ordinari, & in sede,
seu gradu Diaconiæ collocari
consueuisse. Hæc tamen ordinatio
3. Diaconissarum primò apud Græcos
Conc. Laudicen. abrogata fuit in Concilio Laudiceno
canon. 11. & refertur cap. *Mulieres.*
C. Mulieres. 32. d. 32. dist. In Latina verò Ecclesia in 1.
Cõc. Arausic. Concilio Arausicano sub Leone. 1.
Vasq. canon. 26. prout refert Vasq. d. disp.
245. cap. 3. n. 35.

4. Ad hanc tamen ordinationem mulieres
primo virgines, & pudicæ assumebantur,
si autem non esset virgo,
vidua saltem quæ fuisset vnius
viri vxor fidelis, atque honorata. Hæc C
tamen quæ in Diaconissas eligebantur,
Græcè non solùm Diaconæ, seu
Diaconissæ, sed etiam præsbytidę dicebantur,
Epiphan. teste Epiphanio aduersus
hæreses hæresi. 79. Viduæ tamen ante
sexaginta annos ad Diaconiam nõ
eligebantur. De virginibus autem
5. quod attinet ad ætatem, in qua deberent
ordinari, nihil scriptum reperitur
ante tempus Concilij Calcedonensis,
sed arbitrio Episcopi relictum
Conc. Calcedon. testatur Vasq. d. cap. 3. n. 40. In Concilio
tamen Calcedonensi, canon. 15. D
Vasq. pro ætate Diaconissarum assignatum
fuisse annum quadragessimum ætatis
saltem inceptum, existimat Pamelius
Pamelius scholio. 72. in lib. Tertulliani de
exhort. cast. sequitur Vasq. vbi suprà.

A His tamen Diaconissis aliqua munera 6.
assignant Doctores; primum
erat cæteras instruere mulieres de
rebus, de quibus, cum Diaconis, aut
Episcopis, agere debebant. Constat
ex Clement. Romano lib. 2. Constit. *Clem. Roman.*
cap. 57. aliàs 61. Secundum ad exemplum
ostiarij manere ad introitum, &
portam mulierum custodiæ gratia,
quod sanè ministerium intra Ecclesiam
erat, constat ex eodem libro
Constit. cap. 15. Tertium, sicut mu-
B nus Diaconi erat vngere oleo sancto
frontem mulierum, quæ baptizabantur,
Diaconissarum verò abstergere,
ne à viris aspicerentur. Quartum munus
constat ex cap. 16. Constit. dum,
inquit, viros baptizatos suscipi consueuisse
à Diacono, mulieres verò à
Diaconissis. Quintum munus assignat
idem Clemens d. cap. 15. Quod
erat extra Ecclesiam, vt videlicèt cũ
Episcopus ad domus mulierum aliquem
mittere vellet, non mitteret
Diaconum, ne quid mali infideles suspicarentur,
sed mitteret Diaconissã:
Epiphanius alia munera Diaconissarum *Epiphan.*
assignat, quæ omnia percurrit
Vasq. d. cap. 3. vbi videri poterunt. *Vasq.*
Tempore tamen Epiphanij munus
Diaconissarum erat mulierum indigentium
curam gerere. Et hactenùs
de hoc genere mulierum, quę à tempore
Apostolorum cæperunt.

Sciendum est tamen post tempora 7.
Apostolorum, & primitiuæ Ecclesiæ,
in Latina mulieres aliquas dictas
fuisse Episcopas, præsbyteras, diaconas,
& subdiaconas, vt probat tex.
in cap. *Diaconissam.* 27. q. 1. non tamen *C. Diaconissam. 27 q. 1.*
ratione, quod ordinem, vel characterem
sacramentalem percipissent, sed
propter

propter officium, quod gerebant legendi, verbi gratia homilias, vel Euangelia in choro, ad quod destinebantur, certis quibusdam benedictionibus: non autem, quod fuerint speciali ritu consecratæ, quemadmodùm in Diaconis obseruatur, sicut etiam propter officium præsbyteræ dicebantur, quia seniores erant, & alijs præfectæ. Notant ex Diuo Thoma, Soto, & Castro, quos refert Henriq. libr. 14. cap. 2. §. 2. litera P. & sequenti. Licet tamen aliud affirment Vualdens. de sacramentis, lib. 2. tit. 7. cap. 58. numer 70. Michael Medina libr. 4. dè continentia, controuers. 6. cap. 7. Vasq. dicto cap. 3. num. 49. vt scilicèt, non ita appellentur, nec ab vllo ordine, quem suscepissent, neque ministerio, ad quod essent destinatæ, aut consecratæ, sed à viris, quorum vxores erant: & ita præsbyteræ, vxores præsbyteri dicuntur in cap. vltim. 31. dist. apud quos vide reliqua circa §. *Præsentem.*

D. Thom. Soto. Castr. Henriq. Vualdens. Medina. Vasq.

DISPVTATIO X.

De Subdiaconis.

POST ordinem Diaconatus numerantur à Beato Isidoro in nostro cap. *Cleros.* 21. distinction. Subdiaconi, qui etiam ad ministerium altaris instituti fuerunt à Christo Domino, vt statim dicemus in sequenti disputatione.

C. *Cleros.*

§. I.

De institutione, forma, & materia sacramenti subdiaconatus.

A

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus vnde dicatur?*
2 *Subdiaconatus an sit sacramentum à Christo Domino institutum?*
3 *Interpretatio remissiuè ad text. in cap. Nullus in Episcopatu. 60. dist. & ad text. in cap. Miramur, de seruis non ordinandis.*
4 *Quæ sit materia sacramenti subdiaconatus?*
5 *Quæ sit forma eiusdem sacramenti?*
B
6 *An in ordinatione subdiaconorum manus Episcopi impositio requiratur?*
7 *Conciliatio inter text. in cap. 1. de sacr. non iterand. & text. in capite Subdiaconus. 23. dist.*
8 *An subdiaconatus ordo, sacer antiquitus fuisset?*
6 *Subdiaconis semper licuit sacra vasa tangere?*
10 *Ordo sacer vnde dicatur?*

C

SVbdiaconatum (Græcè dictum *Hypodiaconatum*, id est subministratio, quia subdiaconus minister est Diaconi, vt infrà apparebit Sot. in 4. sentent. dist. 24. q. 5. art. 4. versic. *post Diaconũ*) non esse sacramentum à Christo Domino institutum, vltra Durand. & Caietan. in 4. q. procem. relatos, tenuit Hugo de S. Victore, Alfonsus de Castro, & Magister sent. in 4. dist. cap. *Septimus ordo*, in fine. Fundamenta iam suprà retulimus, & primum ex cap. *Nullus in episcopatum.* 60. dist. ibi, *Sacros autem ordines dicimus diaconatũ, & præsbyteratum, hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia.* Secundum ex cap. *Miramur*, de seruis non ordin. ibi, *De subdiaconali ordine, quia* 1.

Soto. Durand. Caiet. Hugo de S. Vict. C. Nullus in episc. C. Miramur.

D

de eo non sit mentio in Patrum statutis.
2. Sed his non obstãtibus, pro comperto resoluimus subdiaconatum sacramentum esse à Christo Domino institutum, cum Doctoribus suprà relatis. Vasq.in 3.p.disp.238. c.2.à principio. Aegidius de sacramentis disp. 20.dub.3. Ochogauia de sacram.ord. tract.vnico.q.4. Quod vltra alia fundamenta, quæ supra expendimus ab auctoribus magis communiter tradita. Probatur ex eo, quia de huiusmodi subdiaconatus ordine, vtpotè de re antiqua, & vbique recepta, & à Christo Domino instituta loquũtur Auctores illius temporis, qui sanè floruerunt in ipso beatorum Apostolorum senio; aut non diù post superstites fuerũt. Cyprianus namque lib. 2.Epistol.epistol.10. & epist.5. & lib. 4.epistola 5.& lib.5. epistol.14. Quod etiam reperitur apud Cornelium Papam in epistol. ad Fabin. apud Eusebium lib.6. Hist. c. 33. & quod magis est, huius subdiaconatus ordinis meminit Apostolorum canon. 40. cui nec refragari, nec contradicere impunè licet, vt suprà ostendimus, vbi
3. latè respondetur ad fundamenta cõtrariæ sententiæ, & ad text. in d.cap. *Nullus*.60.dist.& ad cap.*Miramur*, de seruis non ordinandis, vt videri poterit in d.q 4.proœmiali, §.2.n.23.

Vasq. *Ægid. Conin.* *Ochogau.* *Cyprian.* *Cornelius Papa.* *C. Nullus* *C. Miramur.*

4. Quæ tamen sit huius sacramenti materia, & quæ sit forma non est in facili asserere inter varias Doctorum opiniones; communis tamen, & vera sententia est: huiusmodi sacramenti materiã esse traditionẽ calicis vacui, cũ patena. Ita D.Thom.in 4.dist.25. q.1.artic.1.ad 1. Durand.in rationali lib.2.c.8. n.3. Soto in 4.q.1. art.3. §. *Hærere tamen.* Valentia tom.4. disp.9. q.1.pũct.5.versic.*Tertia quæstio*, Vasq.
A in 4.disp.238.c.5.à n.48. & sequentibus, Aegid.Conin. de sacram.ordin. dub.7. Ochogauia in tract.vnic.de sacramento ord.q.3. Et hoc decisum reperitur in Concilio Florentin. sub Eugenio 4. in decreto fidei post vltimam sessionem, §. *Sextum sacramentum*, idem ex Concilio Carthaginensi.4. cap.5. deducunt Isidorus libr.2. de officijs, cap.10. Hugo de S. Victore lib.2. de sacrament. 3.part.cap.10.

D.Thom. *Durand.* *Soto.* *Valent.* *Vasq.* *Ægid. C.* *Ochogau.* *Conc.Florent.* *Conc. Carthag.* *Hugo de S. Victor.*

Sed vrget, quod Episcopus æqualiter
B tradit subdiacono librum Epistolarum, ac Diacono librum Euangeliorum; sed traditio libri Euangeliorum est materia ordinis diaconatus, vt in antecedenti disputatione probauimus: ergo etiam traditio libri Epistolarum debet esse materia in ordine subdiaconatus; quo fundamento motus libri Epistolarum traditionem esse materiam huius ordinis tenuit Viguerius in summa institution. Theologicarum cap. 16. §.6. Respondendum tamen est Episcopũ
C Diacono tantùm tradere librum Euangeliorum; vnde à nihilo potuit materiam sumere huiusmodi sacramentum, quam ab hac Euangeliorum traditione; subdiacono verò nõ solùm tradit Episcopus librum Epistolarum, sed insuper calicem vacuũ, & patenam; quare vel earum omnium rerum traditio debet esse materia huius sacramenti. Quæ fuit opinio Medinæ libr. 1. de continen-
D tia, c.44.vel materia debet esse traditio alicuius rei particularis ex ipsis. Vnde cum nobiliorem actum exerceat subdiaconus in ministratione vasorum corporis, & sanguinis Christi Domini, quam in recitatione Epistolarum,

Viguer. *Medina.*

Vasq. ſtolarum. Vaſq. vbi ſuprà numer. 49. nihil mirum ſi huiuſmodi ſacramentum ab actu nobiliori materiam ſumat: Valentia vbi ſuprà. Valent. Quæ autem ſit huius ſacramenti forma omnibus ignotum fuiſſe affirmat Vaſq. vbi ſuprà n. 51. 5. Vaſq. qui cùm ſolus ageret de forma huius ſacramenti, exiſtimat eam eſſe verba illa, quæ Epiſcopus omnibus ſimul ordinãdis, poſtquam ſacra vaſa tetigerunt, enunciat, prout in Pontificali refertur. 6. Videte, inquit, cuiuſmodi miniſterium vobis traditur, ideò vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, quod Deo placere poſsitis. Et hanc opinionem, & propriam tutatur, & expendit Vaſq. citato loco, vbi videri poteſt.

7. Sed pro conciliatione text. in cap. 1. de ſacramentis non iterand. & in c. *Subdiaconus*. 23. diſt. videndum eſt, an in ordinãdis ſubdiaconis, ſicut in ordinandis Diaconis, manus Epiſcopi impoſitio requiratur? *Cap. 1. de ſacram. nõ iterand. C. Subdiaconus. 23. diſt.* Pars negatiua probatur expreſsè in d. cap. *Subdiaconus*. ibi, *Quia manus impoſitio non accipit.* Inſuper probatur, quia in Pontificali nulla manus impoſitionis mentio reperitur in ordinatione ſubdiaconi, & ſolùm reperitur in ordinatione Diaconi; vnde manifeſtè oſtenditur, in ordinandis ſubdiaconis manus impoſitionem non eſſe neceſſariam; contraria tamen ſententia videtur expreſsè probari per textum in dicto cap. 1. de ſacramentis non iterand. Vbi cum quæſitum fuiſſet à Summo Pontifice, an ille, qui in ſubdiaconatu ordinatus fuit ſine manus impoſitione, poſſet in eodem ordine miniſtrare, an verò iterùm cum manus impoſitione deberet ordinari? Reſpondit non eſſe iterandum, quod incautè fuit prætermiſſum; in quo A ſine dubio ſupponit Summus Pont. ſubdiaconos eo tempore per manus impoſitionem ordinari. Sed vel cũ Antonio Auguſtino in 3. collect. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. vnico, dicendum *Ant. Auguſt.* eſt nõn eſſe veram communem literam ibi, *Subdiaconus*, ſed aliam, quæ habet, *Diaconus*, qui teſtatur ita ſcriptum reperiri in duplici exemplari manu ſcripto, cui interpretationi fauet Gloſſ. margin. in d. cap. 1. vel cum Abbate ibidem, nu. 2. Intelligendus eſt B text. non de manus impoſitione conſecratoria, ſed benedictoria, multiplex enim eſt manus impoſitio, cap. *Quoniam*. 69. diſt.

Subdiaconatum antiquitus ordinẽ ſacrũ non fuiſſe colligunt Doctores 8. ex Innocent. 3. in c. *à multis*, de ætate, & qualit. & in c. *Miramur*. de ſeru. nõ ordinand. & ex Vrban. 2. in c. *Nullus*. 60. diſt. Durãd. in rational. lib. 2. c. 8. in princip. Bellarm 2. tom. de ſacram. ord. lib. 1. c. 7. Henriq. in ſum. lib. 10. C de ſacram. ordin. c. 13. §. 4. Vaſq. in 3. p. diſp. 237. c. 2. n. 12. & diſp. 238. c. 1. n. 7. & c. 6. à n. 59. & diſp. 248. cap. 3. à principio. *Ca. à multis. de ætat. & qualit. C. Miramur. de ſeru. non ord. C. Nullus. 60. diſt. Durand. Bellarm. Henriq. Vaſq.* Ideò autem ſubdiaconatus ordinem ſacrũ non fuiſſe antiquitus exiſtimarunt communiter Doctores, quia eo tempore non licebat ſubdiaconis ſacra vaſa tangere. Ita multis omiſsis, Bellarm. vbi ſuprà, verſ. *Reſpondeo*. Mouentur primò per Concil. *Conc. Laudican.* Laudicanum canone. 21. ibi, *Quoniã non oportebat ſubdiacono licentiam habere in ſecretarium ingredi, & contingere* D *vaſa dominica*. Secundò mouentur per textum in cap. *Nullus Acolytorum*. 24. diſt. ibi, nullus Acolitorum, *C. Nullus 24. diſt.* vel ſubdiaconorum rem conſecratam à præsbytero alijs porrigat, &c.

Sed licet hæc communis sententia vera sit, subdiaconatum scilicèt olim ordinem sacrum non fuisse, tamen non est vera communis ratio, in qua fundatur: certum est namque etiam
9. olim licuisse subdiaconis sacra vasa tangere; cum enim traditio, & tactus horum vasorum sit materia huius sacramenti, vt iam probauimus, nullo iure prohiberi vnquam potuit subdiaconis, ne tangant vasa sacra, calicē scilicèt, & patenam; hoc enim absurdum erat, sed ne tangant vasa, in quibus sacræ Eucharistię reliquiæ seruabantur; non enim poterant huiusmodi vasa deferre, aut extrahere ex loco, vbi Eucharistia seruabatur: hoc enim tantùm Diaconis concessum erat; quem sensum apertè colliget ex verbis dicti Concilij, & d. cap. *Nullus Acolitorum*, qui consideratè eorundē verba perlegerit. Ita eleganter Vasq. d. disp. 238. cap. 6. à n. 59. Prouera igi-
10. tur ratione huius rei notandum est, ordinem sacrum illud dici, qui habet annexum votum castitatis, & non sacrum, illum, qui huiusmodi votum annexum non habet. Turrecrem. in c. *Erubescant*. 3. dist. Abb. in cap. *à multis*, de ætat. & qualit. Petr. Greg. syntag. iuris vniuersi, lib. 16. cap. 7. nu. 9. Vnde cum ordo subdiaconatus votū continentiæ olim annexum non haberet, deducunt Doctores ex text. in d. cap. *Nullus in Episcopatum*. 60. dist. vbi Turrecremat. & ex text. in cap. *à multis*, vbi Abbas, & communiter scribentes de ætat. & qualitat. & ex text. in cap. *Miramur*, de seru. non ordinand. Merito subdiaconatus eo tempore ordo sacer non fuit. Henriq. dicto lib. 10. cap. 13. §. 4. Valentia tom. 4. disp. 19. q. 5. punct. 5. versic. *Gregorius autem*, Petrus de Bollo in sua æconomia Canonica classe. 1. cap. 1. §. 5. Vasq. in 3. p. disp. 237. cap. 2. n. 12. & disp. 246. cap. 3. in principio.

Vasq. *Turrecr.* *Abb.* *Pe. Greg.* *Henriq.* *Valent.* *Pe. de Bollo.* *Vasq.*

§. II.

Vtrùm subdiaconatus ordini sit, vel fuerit omni tempore annexum castitatis votum?

SVMMARIVM.

1 *An subdiaconatus ordini sit vel fuerit omni tempore annexum votum castitatis?*

2 *Praeceptum continentia sacris ministris iniunctum circa matrimonium contrahendum, in vtraque Ecclesia Graca, & Latina habuit initium à tempore Apostolorum.*

3 *Tempore Concil. Anexrani licitum fuit sacris ministris Ecclesia Graca etiam post ordines sacros susceptos, matrimonium contrahere.*

4 *An idem tempore Concil. Triburiensis in Latina Ecclesia obtinuisset?*

5 *Quid statutum sit hodie, & fuisset olim in Ecclesia Graca circa praeceptum continentia sacris ministris iniunctum in matrimonio ante ordines contracto?*

6 *Interpretatio ad can. 50. Apostolorū.*

7 *An Apostoli vxorati fuisent?*

8 *Interpratatio ad textum in cap. Cum igitur. 35. q. 1.*

9 *Quid hodie sit, & olim fuißet statutū in Ecclesia Latina circa praeceptū continentia sacris ministris impositū in matrimonio ante ordines cōtracto?*

10 *Subdiaconis olim non fuit annexum votum castitatis, & quid hodie.*

11 *Praeceptū continētia sacris ministris iniunctum non prouenit à iure diuino, sed à iure ecclesiastico.*

Ex

1\. EX praecedentibus necessariò sequitur ventilare quaestionem illam, vtrùm subdiaconatus ordini sit vel fuerit omni tempore annexum votum castitatis, ita quod licitè possint ducere vxorem, vel aliquo tempore potuissent? Et in hac difficili quaestione adeò varia comminiscuntur Doctores tam Theologi, quàm nostri Iuristae, vt veritatem potiùs occultare, quàm declarare videantur. Pro faciliori tamen intelligentia, notandum est, duas partes continere praeceptũ continentiae sacrorum ordinum, vt suprà ostendimus: prima versatur circa contrahendum, vel non contrahendum matrimonium post ordines susceptos. Secunda circa seruandam continentiã in matrimonio iam ante ordines contracto; & in prima parte huius praecepti, quam minùs difficilem existimant interpretes, ingẽtes tamen habet difficultates, vt iam diximus, & infrà apparebit. Pro comperto

2\. est tam in nostra Latina Ecclesia, quàm in Graeca statim ab initio nascentis Ecclesiae, & tempore Apostolorum iniunctum fuisse sacris ministris, quorum è numero sunt subdiaconi, vt post susceptos ordines matrimonium contrahere non possint. Ita de plano procedere existimat Valentia 4. tom. disput. 9. q. 5. punct. 5. & specialiter de subdiaconis, versic. *Gregorius autem*, Bellarm. 1. tom. de clericis lib. 1. c. 19. Petrus de Bollo vbi suprà, vbi Vasq. in 3. p. disp. 249. c. 3. in principio, Azor. tom. 1. lib. 13. c. 12. Aegidius Conin. de sacram. ordinis disput. 20. dub. 12. Sanch. dicto lib. 7. disp. 27. Soar. de Religion. tom. 3. lib. 9. c. 14. & alijs in locis vltra antiquiores, quos ipsi referunt. Probatur haec sententia, quoad tempus primitiuae Ecclesiae ex canone 25. aliàs 27. Apostolorum, vbi hęc verba reperiuntur: *Innuptis autem, qui ad clerum prouecti sunt, praecipimus, vt si voluerint, vxores accipiant, sed lectores, cantoresq́, tantummodò*: atverò quoad tempus antiquũ, post primitiuam Ecclesiam, probatur ex text. in cap. *Si quis eorum*. 32. dist. & in cap. *Cum in praeterito*, secundum intellectum Gloss. ibidem, verbo, *inseruiunt*. 84. dist. & in cap. *Praesbyteris*. 28. dist. & in cap. *Si quis à modo*. 81. dist. Quoad tempus vero hodiernum probatur ex text. in cap. 1. & 2. *qui clerici, vel vouentes*, & in cap. vnico de voto, & voti redempt. lib. 6. Probatur etiam authoritate Sum. Pontificum, Conciliorũ, & Patrũ relatorũ à Petro de Bollo dicta classe 1. cap. 1. §. 8. per totum. Sed licet hoc attento statu vtriusque Ecclesiae tam Graecae, quàm Latinae, verisimium sit, tamen contrariam consuetudinem in vtraque Ecclesia admissam fuisse apparebit, ex sequentibus: & primo quoad Ecclesiam Graecam constat ex textu difficili in cap. *Diaconi*. 28. dist. vbi apertissimè probatur, quod si Diaconus, vel subdiaconus, de quo etiam intelligitur communiter prędictus textus, in ordinum susceptione protestatus fuerit, se continere non posse, quod ritè postea cõtrahere possit. At vero quoad Ecclesiã Latinam, in ea candẽ consuetudinẽ obtinuisse, probatur ex Conc. Tribunensi, quod citat Petrus Damianus in epist. ad Cumbertum Episcopum Taunensem, & refertur à Vasquio dicta disp. 249. cap. 2. n. 17. quo Concilio concessa fuit facultas promotis ad sacrum ordinẽ incundi,

Marginal notes: Valent. — Bellarm. — P. de Bollo — Vasq. — Azor. — Aegid. C. — Sanch. — Soar. — C. Si quis eorũ. 32. d. — C. Cum in praet. 84. d — C. Praesbyteris. 28. d. — C. Si quis à modo. 81. — C. 1. & 2. qui cleric. — Pe. de Bollo. — C. Diaconi 28. dist. — Conc. Tribunens. — Vasq. 3.

posteà coniugia, & quia communiter Doctores existimant à principio nascentis Ecclesiæ vsque ad hodiernum diem, nunquam licuisse sacris ministris post susceptionem sacrorum ordinum matrimonium cōtrahere, mirum in modum torquentur circa intelligentiam text. in d. cap. *Diaconi*, aliter enim Turrianus lib. 2. de dogmatibus characterīcis, §. *Ad hæc obycient*. Aliter Medina lib. 2. de continentia, cap. 14. aliter Archidiaconus, Turrecremata, & Gemin. in d. cap. *Diaconi*, aliter Petrus de Bollo vbi suprà, & varij variè intellexerunt, quibus omnibus ommisis; dicēdum est, quod licet huiusmodi præceptum cōtinentiæ sacris ministris iniunctum statim à principio nascentis Ecclesiæ incepisset, vt constat ex suprà relatis auctoritatibus, tamen in tempore Concilij Ancirani, ex quo prædictus textus desumptus fuit, huiusmodi præceptum in Ecclesia græca ex parte cessauit, concessumque fuit subdiaconis, cæterisque sacris ministris, vt etiam post susceptos ordines matrimonium contrahere possint, & hanc consuetudinem aliquo tempore in Ecclesia Græca obtinuisse vltra prædictum textum apertissimum in hac materia suaderi videtur ex Concilio Romano celebrato sub Syluestro can. 8. Quo expressè probatum fuit subdiaconis, & in consequētiam sacris ministris omnibus ne post susceptos sacros ordines matrimonium contraherent, quæ prohibitio apertè supponit contrarium eo tempore in Ecclesia Græca obtinuisse; & hanc prohibitionē cæteris Concilijs, quæ post Romanum celebrata fuerunt repetita fuit, & iniuncta sacris ministris

Turrian. *Medina.* *Turrecr.* *Gemin.* *Pe. Bollo.* *Conc. Anciran.* *Conc. Roman.*

A habito semper respectu ad contrariā consuetudinem, quæ tempore Ancirani Concilij in Ecclesia Græca vigebat, nempè in Concilio Aurelianensi. 3. canon. 7. & in Concil. Toletano cap. 1. Ex quibus de plano, & sine violentia procedit textus in dicto cap. *Diaconi*, ad quem intellectum sic præstitum videtur intendere Vasq. d. disp. 244. cap. 4. nu. 27. & ita etiam intelligi potest text. aliàs difficilis in cap. *Aliter*. 31. dist. ibi, *In Orientali Ecclesia presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos matrimonio copulari, &c.* B Quicquid aliter intelligat Glossa ibidem, & quicquid aliter Caietanus 1. tom. opusculorū, tractatu 27. Et quicquid aliter Soto lib. 7. de iustitia, q. 6. art. 2. Restat modò respondere ad Concil. Tribun. relatum à Petro Damiano vbi suprà, quod Concilium totum legi in duobus exemplaribus, & non inueni canonem à Petro Damiano relatum, quo sacris ordinibus initiatis concedatur facultas matrimoniū C contrahendi; quare, vel dici potest falsò canon ille Patribus illius Concilij tributum fuisse, vel sicut in Græca, etiam in Latina Ecclesia aliquo tempore illam consuetudinem perdurasse. An verò matrimonium sit nullum, si de facto contrahant subdiaconi, & cæteri sacris ordinibus insigniti: vide Vasq. disp. 244. cap. 4. num. 30.

Conc. Aurelian. *Conc. Tolet.* *Vasq.* *Caiet.* *Soto.* *Vasq.*

4. In secunda verò parte huius præcepti continentiæ subdiaconis, cæterisque sacris ministris impositi, scilicèt circa seruandam continentiam D in matrimonio ante ordines contracto, distinguendum est inter Ecclesiam Græcam, & inter Ecclesiam Latinam. Et in Ecclesia Græca, vt facilius

liùs percipiatur, quid sit hodie, & fuisset olim statutum circa huiusmodi præceptum cum Vasquio dicta disp. 248. cap. 1. & Soar. vbi suprà quatuor tempora distinguenda sunt; primum tempore primitiuæ Ecclesiæ, quo attento, nec in Græca, nec in Latina Ecclesia licebat sacris ministris vsum matrimonij iam ante ordines cótracti exercere. Probatur vltra alia fundamenta relata à Medina libr. 2. de continentia, cap. 39. & à Vasquio vbi suprà ex Concil. Carthagin. 2. can. 2. vbi cum agatur de castitate ab huiusmodi sacris ministris obseruanda, sic dicitur, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Secúdum tempus fuit Concilij Niceni, quo huiusmodi Apostolorum præceptum reuocatú fuit, & permissum sacris ministris vti matrimonio ante ordines contracto, vt constat ex ipso Concilio Nicæno can. 8. Tertij temporis meminit Hieronymus Patriarcha Constátinopolitanus in censura Orientalis Ecclesiæ in epilogo illius parùm à princip. Petrus de Bollo dicta classe. 1. cap. 1. §. 6. Valentia, & Vasq. vbi suprà, quo attento in vim præcepti obligabantur sacri ministri ante susceptionem ordinum matrimonium contrahere, vt eo postea vti valeant, nemoq; ordinari poterat, quin prius vxorem habuisset. Quartum verò tempus est hodiernum, quo attento non cogútur sacri ministri, prout in tertio tempore dictum est, matrimonium contrahere, eis tamen licet si se continere non possint vxores ducere ante ordinum susceptionem; quibus postea vti possint, quas si ante ordinum susceptionem nó acceperint, eas postea ducere non possunt, vt iam probauimus. Et hæc quatuor tempora, quasi de plano, & sine controuersia procedant, docet, & explicat Vasq. vbi suprà. Nullam contra citatam doctrinam difficultatem adducens, cótra quam terribilia sunt argumenta, quæ citatam doctrinam in totum destruere videntur. Imprimis namque, quod hoc continentiæ præceptum à tempore Apostolorum non incepisset videtur probari ex canon. 6. Apostolorum, vbi hæc verba reperiuntur, *Episcopus, aut præsbyter vxorem propriam nequaquam obtentu religionis abijciat.* Secundò vrget quinquagesimum Canon Apostolorum, vbi sic dicitur, *Si quis Episcopus, aut præsbyter. aut Diaconus, aut quis omnino, ex sacerdotali consortio, nuptijs, & carnibus, & vino abstinuerint, non propterea, quod mens ad culturam pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem: oblitus, quod omnia pulchra valdè, & quod masculos, & fœminam Deus creauit, sed diffamatoribus lacessens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitur, aut deponitur, aut ex Ecclesia eijcitur.* Tertiò vrget quod Apostoli ipsi vxorati fuerunt, vt constat ex quamplurimis Patrum, & scripturarum testimonijs relatis à Vasq. disp. 249. cap. 8. per totum: ergo qui vxoribus vtebantur, eis prohiberi non posse videbatur. Quarto vrget textus difficilis in cap. *Sors.* 26. q. 2. ibi, *Copula sacerdotalis, neq; legali, neque Apostolica authoritate prohibetur ecclesiastica, aut lege penitùs interdicitur.* Quinto vrget text. in cap. *Cum igitur.* 35. q. 1. ibi, *post Apostolica instituta, quædam consilia perfectionis addidisse, vt de continentia clericorum.* Quibus fundamétis supradictam catholi-

Gg 4

Soar. *Medina.* *Vasq.* *Conc. Carthag.* *Conc. Nicæn.* 5. *Pet. de Bollo.* *Vasq.* *Valentia.* 6. *Vasq.* *Ca. Sors. 26. q. 2.* *Cap. Cum igitur. 35. q. 1.*

tholicam, & veram doctrinam euertere conati sűt Caluinus lib.4.institutionum, cap.12. sect. 25. Melancton in libro Cælibat ad Regem Angliæ, & in Apologia confessorũ, & Chmnitius relati à Valentia vbi suprà. *Caluin.*

7. His tamen non obstantibus firmiter supradicta doctrina retinenda est, neque obstant fundamenta contra eã adducta: nam ad primum dicendum est, in eo Canone, tantùm præcipi Episcopis, aut præsbyteris, ne prætextu religionis abijciãt vxores, quas ante ordinationem duxerint; debent enim illas alere, & ipsis prouidere, vt cauetur in Concilio Turonẽsi.2.can. 8. ita Soto de iustit lib.7.q.6. artic.2. Valentia dicta q.5. punct.5. versicul. *Respondet Turrianus.* Ad secũdum vero respondendum est prædicto Canone tantùm prohiberi ne sacri ministri abstineant ab vxoribus ex illa abominatione matrimonij, quod, vt sacramentum à Deo institutum coli debet; non tamen prohiberi, ne à commixtione vxorum se abstineant, imo potiùs in ipso Canone insinuatur præceptum aliàs Apostolicum, vt scilicèt tales ministri abstineãt à nuptijs, eo quidem fine, vt reddantur exercitatiores ad cultum pietatis, ita Valentia, & Petrus de Bollo vbi suprà, Capistrano in suo speculo clericorum.3.p.fol.32. versic. *Quartus est.* Ad tertium verò respondendum est, quod licet apud Catholicos controuersum sit, an Apostoli vxorati fuissent, aũt non? multis existimantibus omnes vxoratos fuisse, vt ex Ignatio, & alijs refert Bellarm.1.tom.lib.1. de clericis, cap. 20. ad quartum argumentum: multis vero tenentibus nullum ex eis præter Petrum vxorẽ habuisse. Baronius tom.1.annalium anno Christi 57. & 66. quicquid tamen sit, apud omnes receptum est, post vocationem Apostolorum ad Apostolatum, eos vxoribus vsos non fuisse, sed continentes verè Apostolicam vitam profiteri, & ideo non inconueniri eos vxores habuisse, siquidem ipsis non vtebãtur: & quod vxoribus non vterentur, probatur ex Matth. 19. ibi, *Ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te.* Quæ verba cum postea Christus Dominus explicaret, ait, *Et omnis, qui reliquerit patrem, aut matrẽ, aut vxorem, &c.* Ita ex Hieron. lib.1. aduersus Iouinianum n.30. refert Vasq. dicta disp.249.cap.8. à principio. Ad quartum vero dicendum supradicta verba d.cap. *Sors,* non esse ipsius Canonis, sed Gratiani, qui nullum firmum fundamentum, aut testimoniũ habere potuit, vt negaret hanc legem esse Apostolicam; quare ei credendũ non est. Soto dicto artic.2. in vltimis verbis, Valentia d.q.5.punct. 5. vers. *Secundò obijciunt;* ibi, *Huius textus difficultatem subterfugere videatur;* Archidiacon. ibidem, & Turrecrem. qui per eum sicco pede transiuit. Quo etiam modo cum eodem Soto, & Valentia intelligendus est textus in d.cap. *Cum igitur.* 35. q.1. quem adduximus in 5. difficultate, ibi, post Apostolica instituta, &c. Quæ verba non Canonis, sed eiusdẽ Gratiani sũt, vt supradicti testantur.

Conc. Turonens. Soto. Valentia. Valent. Petrus de Bollo. Capistra. Bellarm. Baron. Mat. 19 D. Hier. Vasq. Soto. Valent. Ca. Cum igitur.

Restat modò videre, quid hodie sit, & olim fuisset statutum in Ecclesia Latina circa præceptùm continẽtiæ in matrimonio ante ordines contracto? Et apud omnes receptum est huiusmodi præceptum continentiæ à tempore Apostolorum (ex quo originem 8.

ginem habuisse iam suprà probauimus) vsque in hodiernum diem sine aliqua interruptione perdurasse in presbyteris, & Diaconis: & hanc esse inter alias principaliorem differentiam inter ministros Græcæ Ecclesiæ, & Latinæ; ita Soto, Medina, Valentia, & alij suprà relati. Vasques dicta disput. 248. cap. 2. Tota controuersia est in subdiaconis, quorum occasione hanc disputationẽ præsenti loco posuimus: & licet aliqui existiment, ex tempore primitiuæ Ecclesiæ annexum fuisse votum castitatis in matrimonio ante ordines contracto, Valentia d. disp. 10. q. 1. puncto 5. versic. *Duodecimo obijciunt*. Tamen propter expressum testimonium Vrbani II. in cap. *Nullus ad Episcopatum*. 60. dist. & Innocent. III. in cap. *à multis*, de ætate, & qualitat. Dicendum est subdiaconos tempore primitiuæ Ecclesiæ vti posse matrimonio ante ordines contracto, quia eo tempore hic ordo sacer non erat, id est, non habebat annexum votum castitatis, vt suprà explicauimus. Henriq. d. libr. 10. cap. 13. §. 4. Vasq. d. disput. 248. cap. 3. Petrus Gregor. syntagmat. iuris vniuersi. 2. tom. lib. 16. c. 7. n. 9. Hanc tamen antiquam subdiaconorum consuetudinem reuocatam fuisse, constat ex text. in d. cap. *à multis*, & ex text. in cap. *Erubescant*, & in cap. *Si quis eorum*, & in cap. *Subdiaconis*. & in cap. *Placuit*. 32. dist. & in c. *Ante triennium*, & in cap. *Episcopos*. 31. dist. cum multis alijs: & licet variatum sit quo tempore in Hispania incepisset castitatis votum annexum esse ordini subdiaconatus; tamen in Concilio Illebonitano principium habuisse, communior docet sententia, vt constat ex Vasq. d. cap. 3. Sed an huiusmodi præceptum castitatis, sacris ministris iniunctum, proueniat à iure diuino, an verò à iure tantùm ecclesiastico? Vide quæ suprà diximus in disput. de Præsbyteris, §. 7. cum Sanch. Soar. Aegid. & Vasq. dictis locis.

Medina. Vasq. Valent. 9. Valentia. Vrban. 2. Innoc. 3. 10. Henriq. Vasq. Pe. Greg. Ca. à multis. C. Erubescant. C. Subdiaconis. C. Placuit Ca. Ante trienniũ. C. Episc. Vasq. 11. Sanch. Soar. Aegid. Vasq.

§. III.
De officijs Subdiaconorum.

SVMMARIVM.

1. *Subdiaconi in locum Nathaneorum successerunt.*
2. *Quæ pertineant ad officium subdiaconatus?*
3. *An legere Epistolã pertineat ad subdiaconos ratione officij?*
4. *An subdiaconus possit aquam vino infundere ante consecrationem?*
5. *Christus Dominus exercuit officium subdiaconatus.*
6. *Subdiaconus nõ peccat mortaliter recitando Epistolam in peccato mortali.*
7. *Quæ sit ætas legitima ad subdiaconatum suscipiendum?*
8. *Subdiaconi antiquitus in Episcopos eligi non poterant, sed hodie contrà.*
9. *An Choepiscopi subdiaconatus ordinem conferre possint?*

Svbdiaconorum verò (qui in locum Nathaneorũ successerunt, Durand. in rationali. lib. 2. c. 8. n. 1.) officium est, callcem, & patenam ad Altare deferre, & diaconis tradere, eisque ministrare, vrceolum quoque aquæ, & mantile tenere, Episcopo, præsbyteris, & diaconis, pro lauandis ante altare manibus, aquam prębere: textus est in cap. *Perlectis*. 25. distin. Petrus Gregor. 1. Durand. Ca. Perlectis. 25. d.

Pe. Greg. Gregor. dicto lib. 16. cap. 7. n. 8. *Valentia.* Valentia 4. tom. disput. 9. q. 1. puncto. 3. subdiaconi officium. *Pet. de Bollo.* Petrus de Bollo dicta classe 1. c. 2. §. 10. statim à principio, & ideò accipiunt ab Episcopo callcem, & patenam, & ab Archidiacono vrceolum, & mantile. Valentia vbi suprà. *Vasq.* Vasq. in 3. p. disp. 236 cap. 3. in principio. *Ochog.* Ochogauia in tract. vnico de sacramento ordinis, q. 2. n. 15.

3. Insuper legit Epistolam solemniter ex præcepto Ecclesiæ, sed non ex vi ordinis, quia eam alicubi legit ex cōsuetudine Acolytus, *Durand.* Durandus d. c. 8. n. 4. *Innocent.* Innocent. & *Hostien.* Hostiensis in cap. *Vt quisque præsbyter*, de vita, & honestate. *Henriq.* Henriq. in summa lib. 10. c. 13. §. 4. Et licet ratione præcepti debeat sacerdos ipse aquam vino infundere ante consecrationem, adeo, vt non sufficiat, si subdiaconus aquam infunderet. *Durand.* Durand. & *Ledesm.* Ledesma relati, & sequuti à Vasquio in 3. p. disput. 177. cap. 2. n. 18. Id tamen intelligendum est, quando Diaconus auctoritate propria id facit; nam vt dicitur in rubrica Missalis Romani, in Missis solemnibus subdiaconus, aquā immittit, ita tamen, vt prius eam offerat sacerdoti benedicendam, qui sua benedictione præmissa, permittit subdiacono, vt aquam infundat, quod proindè reputatur, atque si ipse eam infunderet. Vasquez vbi suprà, & subdiaconatus officium exercuisse Christum Dominum, testatur Fr. Ioan. de *Ioan. Capist.* Capristano de authoritate Ecclesiæ, fol. 51. versic. *Sexto subdiaconatus officio*, cum misit aquam in peluim, & lauit pedes Discipulorū, & tersit, *Ioan. 13.* Ioan. 13. Nam subdiaconus cum ordinatur patenam de manu Episcopi vacuam accipere debet, & calicem vacuum.

4.

5.

De manu verò Archidiaconi, accipit vrceolum aquæ, & manile, quod est vas, in quo aqua manibus infunditur; accipit etiam manutergium, cap. *Subdiaconus*. 23. dist. cap. *Ad subdiaconum*. 25. dist. An autem subdiaconus peccet recitādo Epistolā in peccato mortali, negatiuè resolue, cum Soto in 4. *Soto.* sentent. dist. 24. q. 1. art. 4. versic. *Septima conclusio*, Valentia 4. tom. disp. 3. *Valent.* q. 5. punct. 3. versic. *Secundò intelligitur*. 6.

Aetas verò legitima ad subdiaconatum conferendum, licet olim decimum octauum annū requisiisset, iuxta textum in Clement. vltima de ætate, & qualitate: hodie tamen vigesimū secundum annū requirit, iuxta Conc. *Trident.* Trident. de reformat. cap. 12. *Gutier.* Gutier. quæstionum Canonic. lib. 1. cap. 26. à n. 8. *Garc.* Garcia de benef. p. 7. cap. 4. nu. 21. cum sequentibus, *P. de Bol.* Petrus de Bollo dicta classe. 1. cap. 2. §. 1. & sufficit vigesimum quintum annum attingere. *Henriq.* Henriq. d. lib. 10. cap. 19. §. 2. licet autem antiquitus subdiaconi in Episcopos eligi non possent, hodie tamē rectè possunt, iuxta textum in cap. *C. Nullus 60. dist.* *Nullus*. 60. dist. & in cap. *à multis*, de *C. à multis de ata. & qualit.* ætate, & qualitate. Et licet in Concilio *C. Ancyr.* Ancyrano can. 13. & in *C. Antiochen.* Anthiochensi habito sub Iuliano. 1. can. 10. & in *C. Hispol.* Hispalensi. 2. sub Sisibuto Rege, cap. 7. concessum sit Corepiscopis, subdiaconatus ordinem conferre possint, id tamen intelligendum est, de Corepiscopis, qui verè Episcopi non erant, sed de illis, qui erant extraordinarij, & Episcopi consecrati. Explicat *Vasq.* Vasq. in 3. p. disputat. 238. cap. 7. à principio, *Ochog.* Ochogauia in tractatu vnico de sacramento ordinis, quæst. 9. 7.

DISPV-

DISPVTATIO XI.

De Minoribus ordinibus.

EGimus in præcedétibus disputationibus de sacris, seu maioribus ordinibus, in præsenti Beatum Isidorum imitantes in cap. *Cleros*, & in cap. *Perlectis*, agemus de minoribus ordinibus, vt tandem ex his omnibus appareat, quàm perfectus sit hierarchici ordinis principatus.

§. I.

De ordine Ostiarij.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur minores ordines?*
2 *Ostiarius vnde dicatur?*
3 *Quæ sint munera ostiarij?*
4 *Quæ sit forma, & materia ordinis Ostiarij?*

1 PRæter ordines sacros, & maiores, qui tres tantùm dicuntur, veluti Præsbyteratus, qui dictus est ordo maior propter sui eminentiam: reliqui autem duo, eoquod Diaconus, & Subdiaconus, in altari Præbytero inseruiendo, de eius dignitate aliquid participent; alij quatuor ponuntur à Beato Isidoro in cap. *Cleros*. 21. dist. *C. Cleros. 21. dist.* qui tamen dicti sunt minores ex eo scilicèt quod suos ministros in inferiori gradu constituant. Ex his verò
2 primus ordo est Ostiarij; est autem **D** Ostiarius, idem quod ianitor, qui templi ianuis præficitur; sicut enim in templo Salomonis erant ianitores, quia ianuarum templi curam habebant (vt refertur in cap. *Perlectis*. 25. *C. Perlectis. 25. d.* **A** distinct.) quique per vices suas omnia interiora, & exteriora illius custodiunt. His tamen Ostiarijs plura assignant munera Isidorus vbi suprà, *Isidor.* Alcuinus lib. de diuinis officijs, cap. *Alcuin.* 35. in 3. tom. Bibliothecæ sacræ, in Pontificali hæc omnia paucis verbis significantur: nam ibi de Ostiario dicitur: *Ostiarium oportet percutere cymbalum*, scilicèt tempore sacrificij, *& campanam, aperire Ecclesiam, & sacrarium, & librum aperire ei, qui prædicat.* 3
B Resoluto iam in 4. quæst. proœmiali, §. 1. etiam minores ordinationes esse sacramenta. Primò, quia hæc sententia est multo communior inter Doctores scholasticos, vt etiam fatentur, qui cõtrarium docent, quos fusè ibi citauimus, & refert Aegidius *Ægid. Conin.* Conin. de sacramentis, disp. 20. dub. 6. num. 41. & 42. Secundò, quia eam videtur insinuare Florent. in literis Eugenij, & Trident. sess. 23. cap. 2. *Conc. Florent. Trident.* Restat indagare quænam sit forma, & materia huius ordinationis. Quare 4
C sciendum est materiam cuiusuis ordinis esse rem aliquam, quæ ab ipso ordinante traditur sub certa verborum forma, vt in Pontificali dicitur. vnde ordinando in ostiarium, solùm traduntur claues Ecclesiæ ab Episcopo, quæ sunt materia huius ordinis; forma verò hæc est. *Sic agite quasi redditum Deo rationem pro ijs rebus, quæ his clauibus recluduntur.* Ita in Pontificali, & in Concilio Carthagin. 4. *Conc. Carthagin.* cap. 9. Reliqua verò, quæ in hac ordi-
D natione exercentur, sunt tantùm cæremoniæ ab Ecclesia institutæ, vt latè probat Vasquez in tertiam par- *Vasq.* tem, disputatione 237. capite 2. numer. 31.

§. II.

§. II.
De ordine Lectoris.

SVMMARIVM.

1 *Lector unde diriuetur?*
2 *Quæ sint officia Lectoris?*
3 *Quæ sint forma, & materia ordinis Lectoris?*

1. SEcundus ordo, seu gradus, ad quem Ecclesiastici in tẽplo Dei ascendunt, est Lectoris, de quo in Pontificali dicitur: *Lectorem siquidem oportet legere ea, quæ prædicat, & lectiones cantare, & benedicere panes, & omnes fructus nouos.* Vbi videntur ei tribui officia, quę partim subdiaconis, partim Diaconis,
2. ac præsbyteris conueniunt, vt est, *prædicare, & fructus benedicere*; sed dicendum hęc olim facta fuisse à lectore minore solemnitate, & extra officium Missæ. Quomodo autem fiebāt, variant Auctores; & difficile est conijcere, quia iamdiù non sunt in vsu, probabile tamen est dicere cum Vasquio d. cap. 2. n. 21. ad lectorem pertinere non prædicare Euangeliũ maiori cũ solemnitate, sed alias scripturę lectiones minores solemniter populo explicare. Isidorus autem in d. cap. *Perlectis*, inquit, ad lectorem pertinere vaticinia Prophetarũ populo prædicare; fortasse autem, vt notauit Soto in 4. dist. 24. q. 1. artic. 5. hoc genus prædicationis in lectoribus solum est instructionis cuiusdam, veluti Catechismi, circa cathecumenos baptizādos, vt explicat Vasques vbi suprà.

Vasq. *C. Perlectis.* *Soto.*

3. Materia verò huius ordinationis cõsistit in traditione libri lectionum, quem lectionarium vocant. Forma autem ex his verbis. *Accipite, & estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter & vtiliter impleueritis officium vestrũ, partem cum his, qui verbum Dei benè ministrauerunt ab initio.* Ita habetur in Pontificali Romano, & refert Stephanus cap. 2. & Hugo cap. 7. & cæteri scholastici ex Cõcilio Carthaginensi. 4. cap. 8.

Stephan. *Hugo.*

§. III.
De ordine Exorcistæ.

SVMMARIVM.

1 *Quis ordo sit Exorcista?*
2 *Quæ sint munera Exorcistæ?*
3 *De materia, & forma Exorcistæ.*

TErtius ordo, seu gradus est Exorcista. de quo in Pontificali dicitur: *Exorcistam enim oportet abijcere Dæmones, & dicere populo, vt qui non communicat, det locum, scilicet alteri communicanti, vt possit ad Altare accedere, & aquam in ministerium* (scilicèt Baptismi) *fundere.* Ex quo intelligitur munus istud signatum in Pontificali de effundenda aqua, in ministerio procedere, ita illis conueniat post exorcismos implere fontem aqua pro Baptismo, & hoc est fundere aquam non super cathecumenum, sed in fontem baptismi, vt baptizetur. Isidorus tamen in dicto cap. *Perlectis*, non meminit illius officij mittendi aquā pro ministerio, neque alterius, monendi populum, vt qui nõ communicat det alteri locum: quæ verè officia non sunt ea ratione in vsu, saltem, vt fiant per eos, qui solùm sunt exorcistæ. 1. 2.

Isidor.

Ordinandis autem in exorcistas tradetur 3.

tradetur pro materia huius ordinis liber in quo exorcismi continentur, & pro forma hæc dicuntur verba: *Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos*, sic dicitur in Pontificali, & Concilio illo Carthaginensi. 4. cap. 7. & referunt alij, quos citat Vasq. dicta disput. 237. cap. 3. n. 32. Vasq.

§. IIII.
De ordine Acolythi.

SVMMARIVM.

1 *Acolythus vnde dicatur, & in quo consistat eius munus?*
2 *Prima sententia circa ordinationem Acolythi.*
3 *Secunda sententia.*
4 *Tertia opinio.*
5 *Primam tonsuram non esse ordinem ecclesiasticum probatur.*
6 *Idem de Psalmistatu.*
7 *Officium Psalmistæ est psallendi, aut canendi Psalmos.*
8 *Psalmistæ officium multo minus esse prima tonsura & clerici, ostenditur.*
9 *Laboratores, in nullo ordine ecclesiastico constituti.*

1. QVartus ordo est Acolythi, seu potiùs Acoluthi. Dicitur autem à verbo Græco *Acolyti*, id est subsequor, vnde *Acolytos*, significat subsequentem, instar ministri, aut pedissequi, ex eo, quod Diacono, & subdiacono circa altaris ministeriũ inseruiat. Vocatur autem communiter Acolytus, siue Acolystus, quod aliqui volunt deduci à verbo Græco, *Acolio*, id est, prohibito, A ita vt Acolytus sit idem, quod non prohibitus, eo quòd non prohibeatur accedere ad altare. Sed verius est, vt existimat Aegidius vbi suprà, ita dici corruptè per mutationem, aut subtractionem aliquarum literarum. Ægid. Ostendit Vasq. d. cap. 7 n. 27. Dicitur autem Acoluthus alio nomine, ceroferarius, eo quod ipsius sit ferre candelabrum cum cereo, quem etiam ipse accendit. Vasq. Officium Acolyti exprimitur in Pontificali. *Acolytum enim oportet ceroferarium ferre, luminaria Ecclesiæ accendere, vinum, & aquam ad* B *Eucharistiam ministrare.*

Circa tamen Acolythi ordinationem non conueniunt Doctores: nam sunt, qui dicant materiam huius ordinis esse traditionem vrceoli vacui. 2. Formam verò illa verba: *Accipite vrceolum ad suggerendum vinum, & aquã in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.* Ita Durand. in 4. distin. 24. quæst. 3. num. 6. Palud. quæst. 2. artic. 3. conclus. 2. numer. 15, qui pro Durand. Palud. C hac sententia citant D. Thomam in 4 distinct. 24. quæst. 1. artic. 1. D. Thom. Probatur, quia quoties alicui ordini plura conueniunt ministeria in traditione rei ad præcipuum ministerium, cõferri debet ordo: præcipuum autem ministerium Acolythi est ministrare vinum, & aquam pro sacrificio. Neque obstat, quod Acolytus dicatur ab alio ministerio, quod est deferre luminaria, vt suprà vidimus, quia nomen desumi potest à ministerio magis noto, licet non tam præcipuo.

D Secunda verò sententia docet materiam esse traditionem candelabri cum cereo extincto; formam autem: 3. *Accipite ceroferarium, cum cereo, vt sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria*

minaria mancipatos in nomine Domini. Bonauent. in 4. distinct. 24. 2. parte, dubio quinto circa liter. Magistr. Richard. eadem distinctione, articul. 4. quæst. 3. in corpore. Angelus in summa verb. *Ord.* num. 4. qui putat ministerium illud deferendi cereos accensos ante sacerdotem, & Episcopum, præcipuum esse in Acolytis.

Bonau. *Magist.* *Richard.* *Angel.*

4. *Viguer.* Tertia sententia, cuius auctor est Viguerius in summ. Theolog. cap. 16. §. 6. asserit in traditione vtriusque rei, & in vtraque forma, simul hunc ordinem conferri, & characterem imprimi. sequitur Vasq. disputatione 237. numer. 35. Ratio fundamentalis est, quia vtrunque eodem modo traditur in Pontificali, & Concilio Carthagin. 4. cap. 6. Deinde, quia in sacerdotij ordine duplex est forma, & materia, quia ad duplex munus diuina institutione ordinatur, vt suprà ostendimus in disp. de præsbyteris, §. 6. Si tamen alterum eorũ præcipuum sit, nempè corpus, & sanguinem Christi consecrare. Sed in prædictis sententijs primus videtur mihi probabilior, ex illo scilicèt fundamento, quia debet huiusmodi ordo ad præcipuum ministerium conferri, prout est ministrare vinum, & aquam in sacrificio; quemadmodùm in ordinatione subdiaconi duplex traditur materia, & tamen in traditione vnius duntaxàt confertur ordo.

Vasq.

5. His expensis, planè consequitur 1. primam tonsuram non esse ordinem ecclesiasticum, vt suprà latè probauimus in 3. quæst. procœmiali, §. 1. quia non est gradus, per quem ij, qui in tẽplo seruiũt ad sacerdotiũ ascẽdũt; sed primus ordo, hoc est, primus gradus, per quem ij, qui in templo ministrant, incipiunt ascẽdere, est Ostiarius, sicut A primus gradus in scala est ad quem primò ex pauimento domus ascenditur. Idem etiam dicendum est de 6. Psalmistatu, vel si Psalmistatus idem sit, quod prima tonsura, vel aliud diuersum, vt verius est, & probat text. in d. cap. *Perlectis*, vbi Isidorus tanquam de distinctis, & diuersis agit de prima tonsura, & Psalmistatu; quod ex eo ostenditur, quia Psalmistatus tantùm est officium psallendi, aut cãtandi Psalmos, hoc autem pertinet 7. B ad totum chorum, hoc est, ad omnes clericos. Et si replices, quod Isidorus dicit ad hoc munus eligi consueuisse, nempe de choro sola visione præsbyteros absque licẽtia Episcopi quinque quos probatos esse in arte cantandi constitiisset; non proptèrea negat quemlibet de choro ad hoc eligi posse; sed asserit hos tantùm eligi consueuisse, vt dulcedine vocis suæ mentes auditorum delectarentur, id, quod desumpsit ex Concilio Carthaginensi. 4. capite decimo. C Porrò autem hanc electionem non esse ordinationem, ac proinde officium psallendi non esse ordinem in Ecclesia; patet ex dicto Concilio Carthaginensi quarto, cap. 10. refertur in Canone *Psalmista*. 23.

C. Perlectis.

Ex quibus colliges Psalmistæ officium multò minus esse, quàm primæ tonsuræ, & clerici; nam primam tonsuram sacerdos sine iussu Episcopi conferre nequit; at verò quisque ad psallendi officium eligi potest à sa- 8. D cerdote sine Episcopi licentia, vt in prædicto Canone dicitur: & licet de numero clericorum ad officium cantoris assumantur, interdum etiam de laics desi gnari solent.

Conse-

9. Consequitur secundò laboratores, Græcè, κόπιῶνται, à verbo, κοπιῶνται, Latinè laboro, quos alij fossarios appellant, & de quibus suprà secunda quæstione procemiali, §. 3. numer. 1. In nullo ordine Ecclesiastico esse constitutos, qui ad ministerium illud de sepeliendis mortuis nulla ecclesiastica cæremonia ab Episcopo instituuntur, & ordinantur, sed voluntate tantùm sacerdotum in his ministerijs deseruiunt; licet tamen ex testimonijs Patrum, quos suprà retulimus, officium habuissent Ecclesiasticum, prout erant destinati ad sepelienda, & humanda corpora fideliũ: nam cum humare corpora in templo ad Ecclesiasticos pertinet, non verò ratione ordinis, vt intelligit Vasques dicto capite secundo, sed solùm ratione officij, in quo constituti erant absque vlla ecclesiastica ordinatione. Hactenùs de secunda parte huius Relectionis, seu de gradibus, qui per respectum ad diuinum Altaris sacramentum, & ad ordinis ministeria, ac potestatem in Ecclesiastica Hierarchia reperiuntur. Vasq.

Finis secundæ partis huius Relectionis.

TERTIA PARS

RELECTIONIS

De Ecclesiastica Hierarchia.

TERTIA verò pars huius nostræ relectionis cõponitur ex varijs gradibus per respectũ ad dignitates Ecclesiasticas totius Ecclesiæ, cum dispari officio, & iurisdictione. Et ne vltra Relectionis limites progrediamur, de principalibus agemus, seu de illis, qui ratione dignitatis, & beneficij in hoc Hierarchico ordine principalem obtinent locum, quibus sacer noster Principatus mirabiliter ordinatus cõspicitur, ac rectè ecclesiasticum imperium gubernatur, iuxta illud D. Pauli ad Roman. 13. *Nõ est enim potestas, nisi à Deo, quæ autẽ sunt à Deo, ordinata sunt, &c.* Rom. 13.

DISPVTATIO XII.

De Dignitatibus Cathedralibus.

AGemus in præsenti disput. de varijs Ecclesiasticę Hierarchię gradibus, qui in Ecclesijs Cathedralibus dignitatem Ecclesiasticam habent cum potestate, & iurisdictione; vt videamus quæ sint nostri sacri principatus dignitates, munia, & officia, quę summa consensione, & ordine inter se cohærent, & administrantur.

§. I.

De Archidiaconis.

A

SVMMARIVM.

1 *Arcidiaconi vnde dicantur?*
2 *Archidiaconi oculi Episcopi dicũtur.*
3 *Post Episcopatum dignitas Archidiaconi principalis est.*
4 *Archidiaconus praest Archipræsbytero, & Diaconis.*
5 *Quæ pertineant ad Archidiaconum ratione iurisdictionis?*
6 *Archidiaconus, Vicarius Episcopi natus vulgò dicitur.*
7 *Quæ ad Archidiaconum spectent ratione officij?*
8 *Alia ad Archidiaconum olim pertinentia recensentur.*
9 *Iuxta Trid. Archidiaconi debent esse magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico.*

B

10 *An id hodie sit necessarium?*
11 *An Archidiaconi hodie fieri possent iudices delegati, seu conseruatores?*
12 *Vtrùm possint Archidiaconi ferre sẽtentiam excommunicationis?*

POst Episcopos inter alias dignitates immediatè ponũtur Archidiaconi: vnde

C eius vicarij, & oculi dicuntur, vt ostẽdit Isidorus in nostro cap. *Perlectis,* Isidor. 1.
vers. *Archidiaconus.* 25. dist. Quod verò attinet ad Archidiaconi institutionẽ, & eius nominis significationem, sciẽdum est in primis, Apostolorũ tẽporibus, in singulis vrbibus septẽ Diaconos quibus præficiebatur Episcopus, de more

more creabātur; ex quibus deindè, is, qui antiquitate cæteros præibat, dici cępit Archidiacon*, quasi Diaconorū princeps, siue inter diaconos primus. Huius autem, eo tempore, proprium erat curare diligenter, vt cæteri Diaconi ritè, & suo ordine suum munus, & officium obirent. At progressu tēporis Archidiaconi potestas lōgè maior euasit, cum ei ab Episcopo data est ampla, non solùm in clericos inferiores, sed etiam præsbyteros auctoritas: refert Gregorius nonus in cap. 1. & Innoc. 3. in cap. *Ad hæc*, de officio Archidiaconi, vbi etiam ex Beati Clementis epistola Archidiaconum, ait, oculum esse Episcopi, quia ipsius loco per Episcopatum prospicit, & corrigit quæ viderit corrigenda, vt originaliter refertur in cap. *Diaconi*. 1. & 2. 93. dist.

Cap. 1. ea. Ad hæc de offic. Archid.

2.

C. Diaconi. 93. d.

3. Ex his manifestè constat principalem esse dignitatem post Episcopatum, hanc Archidiaconorum: & probat text. in d. cap. 1. de officio Archidiaconi, ibi, *Post Episcopum*; & subindè meritò imperat Leuitis, & Diaconibus, iuxta d. cap. *Perlectis*, versic. *Archidiaconi*. 25. dist. atque Archipresbytero, quem Archidiacono subesse, ex Concilio Toletano decidit text. in cap. 1. de officio Archipræsbyt. & notat Zechius de Republica Eccles. tit. 24. à nu. 13. & Vasconcelos in armonia Rubricarum sub eodem tit. de officio Archid. in principio, & hoc ipsum denotat vera nominis ethymologia, quæ ducta ex Græco, principē ministrorum sonat, *Archos* enim Princeps, *Diaconos*, ministrum, seu famulū Græcè significat, vt suprà diximus, & benè explicat Petr. Gregor. syntag. iuris d. lib. 25. c. 20. in princ. Germon.

C. Perlectis. 25. d.

4. *Conc. Tolet.*

C. 1. de offic. Archipræsb.

Zech.

Vasconcel.

Pe. Greg.

Germon.

de sacrorū immunit. lib. 3. c. 3. in fine.

A

5. Deueniendo igitur ad potestatē, & officium Archidiaconorū. In primis sciendum est, quod ad eos pertinet solicitudo parochiarum, & iurgia audire, & cura pro reformandis diœcesanis basilicis, imperat subdiaconibus, & Leuitis; vt scribit Isidorus in dicto cap. *Perlectis*, versic. *Archidiaconus*. 25. dist. & per totum titulum de officio Archidiaconi, & latissimè explicant Petr. Greg. dicto cap. 20. Zechius d. tit. 24. Azor d. c. 14. per totū, Germon. d. cap. 3. & ideò Vicarium esse Episcopi natum, quia in creatione sui statim incipit esse Episcopi vicarius, vulgo aiunt Doctores, secundū Esbrozium in tract. de officio Vicarij, lib. 1. q. 36. n. 10.

C. Perlectis.

Pe. Greg.

Zech.

Azor.

Germon.

B

6.

7. Pertinet etiam ad Archidiaconū, cum Episcopus sacris operatur, sanctum Euangelium, cum voluerit, legere, vel alicui Diacono pręcipere, vt legat. Eius item est præcipere, vt cæteri Diaconi suis vestibus induantur, vt cum Episcopo ad Missæ sacrificiū procedant; lectiones, & responsoria in matrice Ecclesia præscribere, & audire; ita vt nemo Euangelium, aut sacram Epistolam, vel lectionem, aut responsoria in Ecclesia publico legere, aut cantare queat, nisi cui Archidiacono audito iam, & probato, facultatem dederit. Ipsius quoque est inter Acolytos munera partiri, quis videlicèt eorum candelabra, quis thuribulum deferre, & quid minorū clericorum quisque præstare debeat.

C

D

8. Ad eundē pertinet vasa diuinis Ecclesiæ vsibus dicata, sedulo custodire, vt dicitur in cap. *Ea quæ*, de offic. Archid. Eius muneris erat etiā illos examinare, qui promouebantur ad ordines,

C. ea quæ, de off. Archid.

nes, quivè præficiebantur Ecclesijs, eosq; Episcopo offerre, iuxta d.c. *Ad hac.* Preterea pecuniã Ecclesiæ causa pietatis datã Archidiaconus accipiebat, & Episcopo reddebat. Ad Archidiaconũ quoque spectabat prælatos in sede locare, ac possessionem beneficiorum clericis dare: probat text in d. cap. *Ad hac*, & in cap. *Cum satis*, de officio Archidiaconi.

C. *Ad hac.*

C. *Cum satis de offi. Archid.*

9. Quare cum tanta fuerit iure communi Archidiaconorum dignitas, atque potestas, merito ã sacrosancta Trident. synodo statutum est sess. 24. de reformat. cap. 12. post principium, vt sint magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico, vt meminit Petr. Gregor. d. cap. in fine. Sed cum iam hodie ipsorum Archidiacorum in curia, vel imperitia, vel Episcoporum potentia hæc omnis pene iurisdictio extincta sit, nec in tota Hispania vnus reperiatur Archidiaconus, qui totam illam iuris communis retineat potestatẽ, vt testantur Zerola verbo, *Archidiaconus*, & Zechius vbi suprà, & alij statim referendi, meritò notant iam hodie apud nos cessare obligationem illam Trident. quod sint Doctres, aut Licentiati, vt ante omnes scripsit Nauar. in Man. cap. 25. n. 135. referunt, & sequuntur Vasconsel. d. loco, & post Hoyedam Garcia de benef. p. 7. c. 7. à n. 37. vbi à n. 32. multa tradit necessaria circa interpretationẽ illius Decreti Trident. & illud præcipuè n. 39. quod procedat solum in Archidiacono principalis ciuitatis, non in aliorũ oppidorum, licet sedem teneat in cathedrali, vt etiam in stylo Romanæ Curiæ interpretatum esse attestatur Hoieda de incompatibilitate beneficiorum, cap. vlt. n. 40.

Trident.

Pe. Greg.

Zerol.
Zechius.

10.

Nauar.
Vasconcel.
Hoied.
Garc.

A Vnde non immeritò in controuersiam vocari potest, vtrùm hodie Archidiaconi, cum iurisdictione careant, dignitatem habeant iudices delegati fieri possint? affirmant Petr. Greg. n. 5. & Azor. citato loco, sicut etiam in eis procedere prohibitionẽ, & pœnam capitis de multa de præbendis resoluit idem Azor eodem cap. 14. q. 5. Sed non esse difficile disputando tueri contrarium; præcipuè ne conseruatores fiant, quia requiritur, quod obineant dignitatem actu, vt probat text. in cap. vlt. in principio de officio deleg. in 6. quæ non datur ex dictis sine iurisdictione. 11.

B

Pet. Greg.
Azor.

Denique hinc cessat grandis illa controuersia, an Archidiaconi sententiam ferre possint? in qua partem affirmatiuam probant multi, in cap. *Cum ab Ecclesiarum prælatis*, de officio ordinarij: auctoritate textus in cap. *Romana*, in principio de sent. excom. in 6. negatiuam verò alij ex auctoritate text. in cap. *Archidiaconis.* 5. de officio Archidiaconi: ex quo de iuris communis rigore ita esse resoluendum; contrariam vero procedere ex speciali consuetudine. Post antiquiores notant Zechius d. n. 13. versic. *Ad Archidiaconum quoque*, Pater Soarius de censuris, disp. 2. sect. 2. n. 9. versic. *Denique*; sed iam hæc omnia disputare est otiosum, siquidem consuetudo ipsa, quæ sola Archidiaconis ferendi excommunicationem deferebat; potestatem eis denegat, illam iurisdictionem, quæ de iure communi eis competebat. Reliqua verò circa potestatem, & iurisdictionem Archidiaconorum. Vide apud Azor. Germon. & Petrum Gregor. citatis locis. 12.

C

D

Cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. ordin.
C. Romana de sent. excom.
C. Archidiaconis. de offi. Archid.
Zech.
Soar.

§. II.

§. II.
De Archipræsbyteris.

SVMMARIVM.

1 *Primus Præsbyterorum Archipræsbyter vocatur.*
2 *Diuisio Archipræsbyterorum in Vrbanum & ruralem.*
3 *Quis dicatur Ruralis?*
4 *Quis Vrbanus?*
5 *Quæ pertineant ad Archipræsbyteros ratione potestatis, & officij?*
6 *Explicatur textus in cap. 2. de offic. Archipræsbyt.*
7 *Archidiaconus in ijs, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, superior est, in diuinis autem Archipræsbyter.*
8 *Quare cura Sacerdotum, & Leuitarum Archidiacono, & Archipresbytero demandetur.*
9 *Quare Archipresbyteri à plebe Decani nuncupentur?*
10 *In quo sensu accipientur qui dicunt Archipræsbyterum esse maiorem dignitatem post pontificalem.*
11 *Archipræsbyteri Vrbani dignitatem gerunt, & possunt esse iudices delegati, & conseruatores Apostolici.*

1. ARchipręsbyteri post Archidiaconos primã habẽt dignitatem, vt probat textus in cap. vlt. de officio Archipręsbyteri. Vnde quemadmodũ inter Episcopos, Episcoporum primus, siue antiquissimus dici cępit Archiepiscopus, & inter Diaconos primus, siue cæteris antiquior, dictus est Archidiaconus; ita primus præsbyterorum Archipræsbyter vocatur, quasi præsbyterorum primus siue præfectus. Et olim sicut post Episcopum Archidiaconus honore, dignitate, & iurisdictione primus erat, sic post Archidiaconum proximus erat Archipræsbyter; vnde & in iure nostro Canonico post titulum de officio Archidiaconi, proximè sequitur titulus de officio Archipræsbyteri, vt ibi notat Vasconcelos, & Azor. d. lib. 3. cap. 15. *Vasconc. Azor.*

2. Supposito iam post Archidiaconũ inter dignitates recenseri Archipręsbyteros, sciendum est eorum duo esse genera, Vrbanum scilicet, & Ruralem: notant statim referẽdi. De Rurali agit textus in cap. vltimo de officio Archipr. & illi dicuntur, qui degunt rure, & curam gerunt præsbyterorum, qui per minores titulos habitant, & quorum vitam, & mores simul plebis obseruant. Ita Hostiens. in summa sub illo titulo de officio Archipræsbyteri. & Petrus Gregor. d. lib. 15. cap. 21. nu. 14. Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs lib. 1. cap. 8. & licet istorum in nostra Lusitania nullum vestigium extare profiteatur Vasconsel. sub eadem rubrica; grauiter in re notissima deceptum existimo: nam illorum officium satis expressum est, in ijs (quos aecipprestes vocamus) & ideò adhùc nomen ipsum retinent, & in principalibus diœcesis oppidis solent constitui. *Cap. vlt. de offi. Archipr.* *Hostiens. Pe. Greg. Duaren.* 3. *Vasconc.*

4. De Vrbano autem agit tex. in cap. 1. & in cap. 3. in titulo de officio Archipræsbyteri, vbi ipsorum officium, potestas, & iurisdictio satis describitur: & indè merito post Archidiaconum præcipuam dicitur gerere dignitatem, vt eadem nominis ethymologia ostendit, *Archos* enim, princeps dicitur, quasi princeps præsbyterorum. *Cap. 1. & 3. de offic. Archipr.*

5. Quoad potestatem præsbyterorum sciendnm est, eos curam agere animarum, & Episcopo absente Missarum solemnia celebrare, benedictiones dare presbyterales, & reliqua spiritualia munera loco Episcopi obire. Probat text. in dicto cap. *Perlectis*, versic. *Archipræsbyter*. 25. dist. & in dicto cap. 1. & 3. proximè citatis: & ideò quoad spiritualia Episcoporum, vicarios dici posse; notant, & explicant Hostiens. & eius vestigijs inhærens Vasconselus sub eadem Rubrica Cardin. in Clement. 1. q. 7. de præbendis. Zechius dicto titul. 24. nu. 14. Petrus Gregor. dicto cap. 21. à num. 11. latè Azor dicto 2. tomo lib. 3. c 15. pertotum, Esbrosius de officio Vicar. lib. 1. q. 3. n. 18. Antonius Faber dicto tit. de beneficijs cum dignitate n. 30. cũ sequentibus. Imò etiam sacerdotibus Cardinalibus præesse, & eorum ministerium, & vitam prævidere, ait Leo Pontifex in cap. 2. eodem titulo de officio Archipræsbyteri: quod ad sacerdotes principales referendum esse, explicat ibi Glossa: sed qui sint isti principales, seu Cardinales sacerdotes, qui Archipræsbyteris subsunt, nõ explicat, & circa hoc ipsum non leuiter distorquentur Auctores. Duaren. enim de sacram. Eccles. ministrãdis lib. 1. cap. 8. & cap. 13. interpretatur loqui Pontificem de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, qui cum Episcopo rem diuinam faciunt, de quibus agemus §. vltimo; quæ interpretatio non est prorsus inepta, & à verbis Pontificis adeò aliena, vt mereatur reprehensionem, & cẽsuram, qua eam notat Quintan. Ecclesiasticon. lib. 4. ex n. 42. licet enim verum esse agnoscamus Cardinalium sacerdotũ nomen rectè conuenire maioribus sacerdotibus, qui animarum curam gerunt, quibus licet parochiarum cura demandata est à Cardine, quia, vt ostium cardine regitur, ita etiam regitur Dei Ecclesia, vt notauit Cardinalis, Hostiens. dicto titul. de officio Archipræsbyteri n. 2. & probat ipse Duenhas, & loculenter explicat Polidorus Virg. de inuentoribus rerum libr. 4. cap. 9. & multi, de quibus Zechius dicto tractatu de Republica Ecclesiastica tit. de statu illustrissimorũ Cardinalium à principio; minimè tamen repugnat veræ illi ethymologię, quod etiam Cardinales sacerdotes dicantur Canonici Cathedralium, tanquam principales, qui vnum corpus cum Episcopo constituunt: imò literæ illius text. maximè conuenit, quia de illis agit, qui per singulas horas solemne agere debent officium per totum anni cursum. quod Canonicis incumbit Cathedralium, & de his ipsis magis agere videtur textus ab eodem Duenhas citatus in cap. *Fraternitatem*. 71. distin. ibi, *Ecclesia tuæ Deo propitio constituere Cardinalem*, alloquitur ibi Gregorius Episcopum Neapolitanum, & in eiusdem Ecclesia iubet constitui Gratianum Diaconũ Cardinalem, quod ad parochos adæquatè, & propriè referri non potest.

6.

7. Neque mirum videri debet, si Archipræsbyteri, qui ordine sunt superiores principes, scilicèt præsbyterorum, & subindè absente Episcopo diuina officia obire debent, Archidiaconis subesse dicantur, iuxta d. c. 1. de officio Archipræsbyteri: quia respondetur non esse inconueniens, quod diuersis respectibus isti diuerso iure censeantur, ita vt Archidiaconus in

Marginalia: *C. Perlectis. 25. d.* — *Hostiens.* — *Vasconc.* — *Cardin.* — *Zechius.* — *Pe. Greg.* — *Azor.* — *Esbros.* — *Ant. Fab.* — *C. 2. de off. Arch p.* — *Duaren.* — *Quintan.* — *Hostien.* — *Duenh.* — *Polid. Vir.* — *Zech.* — *C. Fraternitatem.*

in ijs, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ superior sit. In diuinis autem, & ijs, quæ sunt ordinis, Archipresbyter sit superior, vt notat Glossa. 2. in eodem cap. 1. & ex Cardinali, & alijs Fabricius dicto titulo de beneficijs cum dignitate, n. 32. vbi in præcedẽtibus alias rationes minus concludẽtes adducit: scilicèt hoc factum fuisse, ne Archipræsbyteri exemplo Corepiscoporum superbirent, si immediatè Episcopo supponerentur.

Cap. 1. de offic. Archip. *Fabric.*

8. Non inconuenit etiam quod pleraque munia, & officia ex dictis, pluribus demandentur, veluti cura sacerdotum, & Leuitarum Archidiacano, & Archipræsbytero ex dictis iuribus: nam vt bene aduertit Host. ad finem dicti titul. de officio Archidiaconi hæc omnia esse intelligenda per modum subordinationis, vt scilicèt omnia de iure communi pertineant ad Episcopos, deinde ad Archidiaconos sub ipsis Episcopis, deinde ad Archipræsbyteros sub Archidiaconis, sicut cum eadem subordinatione videmus dominium ad plures pertinere supremum ad principem; ad dominum directũ, quod superius dicitur; ad emphyteutam inferius, quod dicitur vtile: & in materia iurisdictionis sæpè notauimus ad regulam nemo potest plus iuris transferre, vbi Deo dante, latè de hoc dicemus.

Hostiens.

9. Huic etiam assignari potest ratio, quare Archipræsbyteri à plebe Decani nuncupentur, vt ait text. in d. cap. *Ad hæc*, post principiũ, de officio Archidiani; indeque Decanos, & Archipræsbyteros non differre, tradunt etiam Recentiores, vt tradunt Petrus Gregor. d. cap. 21. n. 12. Azor. & Vasconsel. citatis locis, & post alios Anton. Faber, vbi proximè n. 44. Ratio enim ex dictis in promptu est, quia diximus Archipræsbyterũ esse velut præsbyterorum principem, & in spiritualibus functionibus primum post Episcopum: vnde meritò ei conuenit etiã Decani appellatio; licet enim Decanus ille propriè dicatur, qui decem præest viris, teste Glossa in Rubrica, C. de *Decanis*, lib. 12. Facta tamen indè translatione, à perfectione denarij numeri; Decanus solet appellari, omnis ille, qui alicuius ordinis primus, & præcipuus est; vnde dicimus Cardinalium, vel Doctorũ Decanum, qui inter eos primum obtinet locum: notat Petrus Gregorius d. cap. 21. n. 13. latè, & bene Anton. Faber vbi proxime num. 42. Qui autem sint Decani illi, de quibus agit Imperator in l. 4. C. *de sacrosanct. Eccles.* explicat Guid. Pancerol. var. resolut. lib. 2. cap. 63.

C. Adhæc de offi. Archid. *Pet. Greg.* *Azor.* *Vasconc.* *Gaben.* *Rubric. de Decanis, lib. 12.* *Pet. Greg.* *Ant. Fab.* *L. 4. C. de Sacros. Eccles.* *Guid. Pancirol.*

10. Hinc etiam intelliges, in quo sensu sint accipiendi, qui dicunt Archipræsbyterum esse maiorem dignitatem post Pontificalem, vt per Garc. d. p. 7. cap. 7. n. 38. & alijs præcitatis; hoc enim in rigore Iuris intelligi potest, quoad diuina, & spiritualia, simpliciter autem ad Ecclesiarum singularum cõsuetudines est respiciendũ: & secundum speciales harum dignitatum erectiones, vel principales, vel primæ post Pontificalem iudicandæ sunt; nam licet Decanatis nomen sit generale conueniens omnibus, qui primum locum obtinent in capitulo, iam tamẽ in omnibus Ecclesijs, quas scio, Decanatus est specialis dignitas ab Archidiacono, Archipræsbytero, & alijs distincta; cui imminet cura hæc

Garc.

hæc, vt non solùm Hispaniæ, sed etiã Franciæ consuetudine receptum testatur Azor dicto lib. 3. cap. 17. & generaliter semper in hac materia exaudiendam esse consuetudinem asserit Hostiens. in fine dicti tituli de officio Archidiat. & est elegans Rotæ decisio. 9. de prebend. in nouis. Boerius decis. 286. num. 5. & notabiliter Garc. 3. part. cap. 4. nu. 26. & 5. part. cap. 1. à n. 256.

Azor. *Hostiens.* *Rota.* *Boer.* *Garc.*

11\. Quibus omnibus suppositis iam apparet Archipræsbyteros Vrbanos veram, & propriam gerere dignitatem, & subinde iudices delegatos, & conseruatores Apostolicos posse cõstitui, vt post Rotam, & Boer. vbi proximè, concludunt Zechius, Azor q. 7. & alij omnes proximè citati.

Boer. *Zech.* *Azor.*

§. III.

De Primicerijs.

SVMMARIVM.

1. *Primicerius vnde dicatur?*
2. *Ad quod instituti fuerũt Primicerij?*
3. *Primicerius dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte.*
4. *Primicerij in iure vnde appellentur?*
5. *Quæ sint munera, & officia Primicerij?*
6. *Opinio quæ asserit nullam dari differentiam inter dignitates, officia, & personatus, refertur.*
7. *Contraria opinio assignatur.*
8. *Dignitas accipitur strictè, vel latè.*
9. *Latè quando dicatur?*
10. *Strictè quomodo intelligatur?*
11. *Vt dignitas dignoscatur, ad singularũ Ecclesiarum consuetudines oportet recurrere.*
12. *Quid sit officium sacristæ, & an dignitas Ecclesiastica?*

1\. A Post titulum de officio Archidiaconi, & de officio Archipræsbyteri, statim egit Gregorius nonus de Primicerijs ad exemplum Isidor. in nostro cap. *Perlectis*, vers. *Ad primiceriũ*, Primicerius, id est vulgò, *Chantre*, quasi primus cantor, seu primus ratione cantus: ita appellatur, & quia cæteros docet quid sit canendum in choro, vt in Rubrica, & cap. 1. de officio primicerij, & in cap. *Perlectis*, versic. *Ad primicerium*. 25. dist. explicat benè Lelius Zechius dicto tit. 24. à n. 16. Petr. Gregor. syntagmat. iur. lib. 15. cap. 22. per totum. Quare pro eius institutione sciendum est, olim in Ecclesia Cathedrali fuisse cantorũ scholam institutam, quorum munus erat officia diuina, horarias preces in choro piè, & studiosè cantare. vt diuinæ laudes religiosè celebrarentur. Huic scholæ vnus præficiebatur, cuius cura, studio, & opera clerici ad cantum, & chorum destinati docebantur, vt in sacrorum librorum lectionibus, & in diuinis officijs, & precationibus ecclesiasticis probè exercitati essent. Hic igitur præfectus, Pimicerius appellari cœpit.

Cap. 1. de offic. primic. *C. Perlectis. 25. d.* *Zech.* *Pet. Greg.*

2\. (B, C)

3\. Sciendum etiam est, quod Primicerius absque adiectione dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte, vt explicauit Alciat. in Rubric. C. *De primicerio* lib. 12. Francisc. Conan. commentar. lib. 4. cap. 14. n. 6. & Petr. Gregor. vbi proximè, explicantes primicerium in ea rubrica dici primum notarium Principis, vel magistratum D illum, qui Principis literis cereum signum imponebat, vt apud nos solent maximi Cancellarij, sequitur Gerard. in anchora titulor. verbo, *primicerius*,

Alciat. *Conan.* *Pet. Greg.* *Gerard.*

cerius, vnde inferiores notarios, secundos Cerios, & tertios Cerios dicit, notat Guido Pantiola variar. resolut. lib. 1, cap. 7. *Guid. Pā.*

4. *Fabric.* Addo tamen quæ benè explicat Anton. Fabric. d. tit. de benefic. cum dignitate ex nu. 54. quod primicerij vera ethymologia non ducitur ex eo, quod signum regium ceræ imprimebat, sed ex veteri more antechartæ, vel membranarum inuentionem in cera, seu in ceratis tabulis scribendi: quia scilicet isti velut in albo primi scribebantur, vel quia primi erant, qui in cera præsentiam, & absentiam cæterorum adnotabant, vt vsque ad hodiernum diem solet præfecti chori, vulgò *Contadores do choro*.

5. Munus, & officium Primicerij exprimitur in cap. 1. de officio primicer. vbi primò habetur, quod Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipræsbyter. Ad eius tamen curam specialiter pertinet præsidere in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positis: vt ipse disciplinæ, & custodię insistat, sicut pro animabus eorum, coram Deo, rationem est redditurus. Deindè ad ipsum pertinet Diaconis donec lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum spectant, de singulis studium habere; vt in quacunque re sensum habuerit, & absque vlla vacare negligentia, aut à quo ipse iusserit, instruantur. Vtrùm verò Primicerius sit beneficiarius habens dignitatem, vel saltem personatum? infrà disputabimus. Hæc tamen pro eius officio, & munere tradunt Zechius, & Azor citatis locis.

6. Pro plena tamen huius rei cognitione videamus, quænam ex suprà dictis sint dignitates, officia, personatus; & quomodo inter se differant, & distinguantur? quod tamen non est facilè explicare, vt ex dictis apparebit. In qua quæstione partem negatiuam, quod nulla inter hæc detur differentia, sed potiùs synonima sint idem significantia, grauissimi tenent Auctores, & mouentur auctoritate text. in cap. *Cum accessissent*. 8. de Cōstitutionib. agit ibi Pontifex de Primiceriatu, seu primicerio vulgo *Chātre*, quasi primus Cantor, vt suprà diximus, vel quia Primicerius absque adiectione, dicitur primus, & antesignanus in qualibet arte, vt explicauit Alciat. vbi suprà: & tamen hoc supposito Pontifex in eo cap. *Cum accepissent*; in principio: Primiceriatum vocat personatum, & statim inferius dignitatem, & deinde in vers. *Quocirca* vocat officiū. Adducitur deindè text. in cap. *Ad aures*. 8. de Rescript. ibi. *Nomen supprimunt dignitatis suæ*, iuncto ibi, *tanquam non habeant aliquem personatum*. Quibus verbis apertè probat idem esse dignitatem, & personatum, atque ita ex his, & alijs notauit Glossa in cap. *Quia nonnulli*, de clericis non resid. & post Innoc. in cap. *De multa*, de præbend. Oldrad. Abb. Decium, & alios comprobat Hoyeda de incomp. 1. p. c. 7. à n. 1. & cap. 9. n. 2. & ante eum Rebuf. in praxi, titulo secul. beneficium quotuplex n. 7. Selua 1. p. q. 2. n. 39. Petrus Greg. rei beneficiariæ cap. 10. n. 18. Anton. Fabricius titul. de beneficio cum dignitate à n. 4.

Cap. Cum accessissent de Const. *C. Ad aures de rescript.* *Glossa ca. Quia nonnulli, de cleric. non resid.* *Innoc.* *Oldrad.* *Abb.* *Dec.* *Hoyeda.* *Rebuf.* *Selua.* *Pet. Greg.* *Fabric.*

7. Contra quos obstat, quia hæc tria tanquam diuersa ponuntur, & sæpiùs repetuntur in iure nostro, vt in cap. *in Genesi*, 5. ad finem de electione, ibi, *Electio-* *C. In gen. de elect.*

Electiones dignitatum, & personatum. Consonat text. in cap. *De multa*, 28. de præbendis, ibi, *Hoc ipsum in personatibus esse decernimus*, iuncto versic. sequenti, ibi, *in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, & personatus obtineat.* Textus optimus in cap. I. de consuetud. in 6. tam in principio, ibi, *Duos personatus, aut duas dignitates, aut duo officia*, quam etiam in fine ibi, *Nisi vnicum personatum, vel dignitatem, vel officium*, & in Extrauag. *Execrabilis*, de præbend. inter comm. ibi, *Vnum tantum ex dignitatibus, personatibus, officijs, &c.* Ex quibus, pluribusque alijs necessario inter hæc tria differentiā aliquam esse assignandam, contendunt Doctores communiter: in quo verò consistat, non facilè explicant, sed potiùs in eo maximè contorquētur. Selua d.q.2. à n.36. & alij post eū proximè citati. Ioannes Nicolaus in floribus Iuris patronatus lib.I. n.4I. cum multis sequentibus, Corras. de sacerdotio.4.part. cap.3. à principio, Azor dicta p.2. libr.3. cap.I.q.4. versic.4. diuiditur, & cap.I3.q.6. & à principio. Qui tandem distingunt duobus modis accipi dignitatem; vel latè, vel strictè: strictè dicitur propriè beneficium, illud quod de iure communi administrationem habet rei Ecclesiasticæ cum iurisdictione: vt post citatos explicat Zechius d.tit.24.nu.I2. Quintanaduenhas lib. 3. cap. 4. à n.6. & sic procedunt iura, quæ dignitatem distinguunt, & personatū, exēplumq; manifestum est in Episcopis, Archidiaconis, Archipræsbyteris, de quibus suprà: latè verò accipitur pro officio, & personatu & omnia hæc tria inter se confunduntur, vt in dicto cap. *Cum accessissent*, & in d. cap. *Ad aures*, & ita loquuntur, & sunt intelligendi auctores pro priori sententia adducti.

C. de multa de præbend.

Cap. I. de consuetud. in 6.

Extrau. Execrabilis de præbend. int.

Selua. Ioān. Nic.

Corrat.

Azor.

8.

Zech. Quintan.

9.

A

Personatus verò strictè sumptus, est honor, & præcedentia quædam, quę Canonicum alijs etiam antea receptis tam in choro, quàm in Capitulo præfert, exemplum proponit Rebuffus proximè citatus in præsentorem, de quo meminit text. in cap. *Cū olim*, de consuetud. & explicat Petrus Greg. d.lib.I5.cap.22. n.2. eum esse, qui in choro voce præit, & ante alios incipit antiphonas, & responsoria, vt apud nos facit ille, quem vulgò *Subchantre*, vocamus. Aliter explicat Azor dicto lib.I5. cap.22.n. Quod scilicèt olim in Cathedralibus toti scholæ cantorū præerat Primicerius, qui erat vnus de Canonicis, de cuius officio proximè diximus: ita Cantorum choro præerat præcentor, & in eius defectu subcentor, de quo meminit text. in cap. *Inter dilectos*, de excessib. prælatorum. 10.

B

Cap. Cum olim de cō suet. Pet. Greg.

Azor.

C. Inter dilectos.

C

Sed longè hæc omnia absunt à nostris moribus: quare in dignoscendis singulis dignitatibus, & personatibus ad singularum Ecclesiarum consuetudines oportet recurrere; vt omnes proximè citati concludunt. At verò officium strictè sumptum est ecclesiasticæ rei administratio sine iurisdictione; vel præeminentia illa, vt suprà diximus in secunda quæst. proœmiali, §.4. & exemplum ponunt Doctores in officio Sacristæ, de quo in cap. I. de officio sacristæ. Et licet merito dubitauerint Doctores, an isti dignitatem, seu tantùm personatum habere dicantur? & nos suprà negatiuè resoluimus attento iure communi, iam tamen hodie planum est dignitatem gerere II.

D

gerere ex principalioribus Cathedralium, quia ita constat ex erectione Ecclesiarum particularium, & cessat dubium, quod fuisset inter Patres Rotæ Romanæ, alijs asserentibus dignitatem esse, alijs negantibus: refert dicta Rota. 9. de præb. in nouis, concludens ad consuetudinem esse recurrendum; quia de iure dignitatem non sonebat, licet enim administrationem habeat rerum Ecclesiarũ, iurisdictione tamen caret, & ideò personatum tantum, seu magis officium esse contendebat Rebuf. d. tit. secul. benef. quotuplex num. 9. Petr. Greg. & Fabric. n. 59. proxime citatis locis: at vero dignitatem esse contẽdit Azor d. cap. 16. q. 6. quod secundum consuetudinem, & speciales Ecclesiarum erectiones rectè procedit tam apud nos, quàm in Gallis, vt post Rotam Roman. Corpin. & alios, supremi Galliarum senatus Aresto cõfirmatum testatur Fabric. d. num. 60. iuncta additione liter. L.

Rebuf. *P. Greg.* *Fabric.* *Azor.*

§. IIII.
De Magistro scholæ.

SVMMARIVM.

1 *Magister scholæ vnde dicatur?*
2 *De institutione Magistri scholæ.*
3 *Qui dicebantur in iure Ecclesiastici?*
4 *Magister scholæ iuxta Tridẽt. debet esse magister in sacra pagina, vel Doctor, aut Licẽtiatus in iure Canonico.*
5 *Magistri scholæ origo.*
6 *Ex statutis Ecclesiarum constat dignitatem Magistri scholæ esse ex principalioribus.*
7 *Quomodo requiratur hodie gradus Doctoralis ad huiusmodi dignitatem? explicatur.*

A AD scholasteriã, alias scholastiam, seu scholasticũ, de quo nũc ẽdo, qui scholæ Magister vulgò *Mestre schola*, dicitur: de quo licet in iure titulus specialis non extet, neque iure antiquo cognitus sit eo modo, & forma, qua in vsu est in omnibus ferè Hispaniarum Ecclesijs; sciendum est tamen, quod de eo explicitè fit mentio in Tridẽt. sess. 23. de Reform. c. 18. vers. *Deinde*, vbi postquam multa de seminario eligendo piè, & sanctè statuit, formam B præscribit constituendi scholastici, id est obtinentis scholasteriam. 1. *Trident.*

Deindè sciẽdũ est, quod olim Ecclesiæ Cathedrales cõstituere vnũ aliquẽ solebãt, qui clericos omnes inferiores cantũ Latino sermone, & alias artes, ac disciplinas doceret, vt scirẽt latine legere, scribere, loqui, & cãtare; & vt quę de officijs diuinis recitabãt, probè intelligerẽt, ac proinde Magistrũ scholæ vocabãt, qui modo etiã in nõnullis Ecclesiis dicitur scholastic⁹. in alijs scholarchus, hoc est scholę C pręfectus, siue pręfectus. At notandum tamẽ est olim scholasticũ vocari solitũ aduocatũ. l. 2. C. de lucro aduocat. In Conc. Sardic. c. 10. scholastici ex foro dicũtur, & in Conc. Carth. c. 99. iudices scholastici. Scholastici nomẽ, inquit Tacitus, lib. de Orat. primũ nũcupati sunt rectores, & declamatores litium fictarũ, deinde à fictis litibus, transiit ad veras Plin. 2. epist. adhuc scholasticus tantùm est. 2. 3. *L. 2. C. de luc. adu.* *Conc. Sardicens.* *Conc. Carthag.* *Tacit.* *Plin.*

Cognita iam institutione, & nominis ethymologia Magistri scholæ, D formam constituendo Tridentinum, inquit, quod sit Magister in sacra pagina, vel Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, & qui per se ipsum do- 4.

 ceat,

ceat, vel per idoneos substitutos: eiusq; origo, vt explicat Duaren. d. lib. A 1. c. 19. iam à iure Pontificio antiquo noscitur incepisse: nam in generali Lateranensi Concilio sub Innoc. III. relato in cap. *Quia nonnullis*, de ministris, decretum fuit, vt suprà diximus,
5. vt Cathedralis Ecclesia vnum habeat Theologum, qui sacram paginam doceat, & clericos in his præsertim informet, quę ad curam animarum spectant, eiq; competens præbenda tribuatur; in quibus eius munus consistit. Cui saluberrimo statuto, vt singulæ Ecclesiæ satisfacerent, non solũ præbendam, verùm etiam dignitatẽ erexerunt, cui nomen illud indiderũt pro magistro, aut doctore, qui docẽdi prouinciam susciperet, & cæteros magistros deligeret docendi causa. Sed aduerte Magistrorum electionẽ auditoribus deferri à Trid. citato loco, quanuis aliam eligendi formam pro nostra Academia desiderat Nauar. quem vide in cap. *Inter verba*. 11. q. 3. concl. 1. n. 15.

Trid. *Nauar.*

6. Vnde iam apparet, quod licet olim meritò Doctores dubitauerint, vtrũ hi Scholiarchi, seu scholarum Magistri dignitatem habere dicantur, vt latè ad partes disputat Fuluius Patianus de probat. lib. 2. c. 27. à n. 107. iam hodie, ex statutis Ecclesiarum, & istorum beneficiorum erectione, de principalioribus esse dignitatibus Cathedralium, & in hac Conimbricensi sede tertiam post Episcopũ, apud alias aliquando primã, aliter apud alios, vt explicat Petrus Gregorius dicto lib. 15. cap. 19. melius ad nostrum propositum Azor d. lib. 3. c. 23. & de generali Hispaniæ consuetudine hoc ipsũ concludit Patianus, vbi proximè.

Patian. *Pet. Greg.* *Azor.*

Circa necessitatem verò suscipiẽdi gradum illum doctoratus, qui sufficiat in vniuersitate qualibet, licet enim non sit de ijs, quæ extant ea in regione, seu Regno, vbi extat dignitas, notabiliter declararunt illustrissimi Cardinales, vt refert Garcia de benef. p. 7. cap. 7. nu. 34. cum sequentibus. 7.

Garcia.

§. V.

De Præpositis.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur Præpositi?*
B 2 *De varijs assertionibus nominis Præpositi, in iure.*
3 *Præpositi in Cathedralibus Ecclesijs curam habent animarum cum iurisdictione.*
4 *Præpositi toti Canonicorum Collegio præsunt.*
5 *Præpositi in aliquibus Cathedralibus primam dignitatem gerunt.*

Præpositis etiam Ecclesiarum, qui ex communi vsu vocantur illi, qui quandam prioratus curam super alios C gerunt, in multis Ecclesijs Cathedralibus præcipuam dignitatem obtinẽt cum cura animarum, & iurisdictione, vt suprà diximus, & statĩ videbim⁹. 1.

Quare erit, licet null⁹ specialis extitit titulus in iure nostro de Præpositis, frequens tamen de illis mentio habetur in pluribus Pontificijs decisionibus, vt in cap. *Saluator*. 1. quæst. 3. & in cap. *Cum inter*. 25. & in capite *Dudum*. 22. de electione, & sæpè alibi: licet autem secundum nominis D proprietatem præpositi dicantur omnes aliorum præfecti, & qui alijs pręsunt, vt probat text. in cap. *Quanuis*. 9. in principio de verbor. signific. vnde præpositi Castrorum dicebantur 2.

C. Saluator. 1. q. 3. *C. Cum inter.* *C. Dudũ.* *C. Quanuis de verbor. signi.*

tur, qui præfecti erant militibus præsidij causa degentibus in prouincijs, de quibus in l. *Viros*, Cod. de diuersis officijs lib. 12. & in l. 1. C. de Salgamo eodem libr. & de præpositis Labarorum, C. eodem, non laborum, vt legunt alij, vt per Gerarchum in anchora titulorum, verbo præpositus laborũ; melius enim explicat Alciat. & post eum Alexand. Scotus, & latè Pater Ferdinand. Vasq. ad 3. p. Diui Thomæ, q. 111. art. 4. Labarorum, esse legẽdum. Erat enim Labarum signum illud nobile, quod ante Imperatores ferebatur à tempore Constantini Imperatoris ex auro, & lapidibus preciosis crucis signo insignitum, vt etiam ex alijs, & ad varios præpositorum modos, ita Respublica Romana congerit Pantiol. dicto libr. 1. variarum, cap. 85. notans ad illorũ exẽplum nomen hoc in eadem significatione ductum fuisse ad præfectos clericorũ alicuius Ecclesiæ, & qui quãdam prioratus curam super alios gerunt, vt ex dicto Isidoro docet Pontifex in dicto cap. *Quamuis*, de verborum significatione: & propriè dicuntur illi, qui in multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ dignitatem præcipuam gerunt in Cathedralibus.

L. Viros. C. de diuersis offic. L. 1. C. de Salg. Gerarch. Alciat. Scot. Vasq. Pantiol.

3. Præhabita iam nominis præpositi ethymologia, & origine; sciendum est in Cathedralibus Ecclesijs attenta consuetudine illarum prouinciarum, curam habere animarum cum iurisdictione, & toti Canonicorum Collegio præesse, & subindè in Archidiaconorum locum, vt de Decanis diximus, credũtur successisse: ex-
4. plicant post alios Petrus Gregorius d. lib. 11. cap. 18. à n. 6. & ex Rota Romana Zech. dicto tit. 24. n. 15. & tit. 26. à principio, & per totum Azor d. lib. 3. c. 18. Fabric. d. tit. de beneficijs cum dignitate à n. 39. Patlan. d. c. 27. à nu. 39. iuncto nu. 45. notantes hos ipsos in aliquibus Cathedralibus primam esse dignitatem post Pontificalem; in collegiatis verò esse dignitatẽ principalem, vt de Decano, & Archidiacono in terminis iuris communis, prænotauimus. Quod obseruabis pro dispensationibus illigitimorũ, in quibus frequenter adijcitur clausula, ad quæcunque beneficia, præter dignitates maiores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, de qua meminit Staphileus de literis gratiæ tit. de modo, & forma impetrandi, §. *Circa tertium*, n. 2. latè Rebuf. in praxi tit. de dispensatione super defectu natalium à n. 87. Garcia de beneficijs, p. 7. cap. 2. à n. 71. 5.

Pe. Greg. Rota. Zech. Azor. Fabric. Patlan. Staphil. Rebuf. Garc.

§. VI.
De Canonicis.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Canonici vnde diriuetur?*
2 *Canonici à principio simul omnes viuebant cum suo Episcopo sub certa regula communi, mensa, & dormitorio vtentes.*
3 *Canonicatus, atque canonicalis præbenda longè differt à dignitate, officio, & personatu; si propriè, & strictè singula accipiantur.*
4 *In quo consistat ius canonicatus?*
5 *Quod ius ex præbenda nascatur?*
6 *Officium canonicale in quo consistat?*
7 *Vtrùm canonici teneantur sub onere, & obligatione restitutionis distributionum, psallere, seu canere in choro?*

Ii 2 Funda-

Fundamenta partis affirmatiuæ ponuntur. A

8 *Negatiuæ partis fundamenta præscribuntur.*

9 *Prima sententia vt verior amplectitur.*

10 *Ad argumenta pro secunda, respondetur.*

11 *Declaratur prædicta sententia, vt non procedat data consuetudine in contrarium.*

12 *Consuetudo est optima legum interpres.*

13 *Vtrùm intentio Ecclesiæ sit canonicos, & alios beneficiarios cathedralium obligare ad canendum?* B

14 *An detur consuetudo rationabilis cōtra huiusmodi obligationem psallendi in choro?*

15 *Vtrùm consuetudo possit efficere, vt canonici valeant per alios adesse, & inseruire?*

16 *Explicatur Trident. & Extrauag. Pij Quinti in hac materia.*

17 *Quomodo teneantur ad restitutionē canonici non psallentes in choro?*

18 *Vtrùm canonici excusentur à mortali culpa notabiliter negligentes in psallendo, & destributiones suas faciant?* C

19 *Locus quem Canonici habent in Capitulo, in quibus consistat?*

20 *Vox in capitulo ad solos Canonicos, non verò ad dignitates si canonicali præbenda careant, pertinet.*

21 *Tercenarij, Quartanarij, & dimidij præbendati, verè Canonici non sunt, nisi ex consuetudine aliud constet.* D

22 *Canonici qui in sacris non fuerint constituti, vocem non habent in Capitulo.*

23 *Vtrùm Canonici, quibus hoc ius vocis in Capitulo competit, ei renunciare possint?*

24 *Probabilior sententia in hac quæst. refertur.*

25 *Canonici etiam Ecclesiarum Cathedralium, dignitatem propriam non habent, nec personatum.*

26 *Canonici, Conseruatores Apostolici fieri non possunt.*

27 *Canonicus etiam quando Archidiaconi facit officium in terminis iuris communis, vel Decani secundum hodiernam consuetudinem, dignitatem non habet.*

28 *An Abbas qui conuentui præest, Canonicis Cathedralium debeat anteferri?*

29 *Præbenda quomodò latißimè accipiatur?*

30 *Latè accipitur præbenda pro stipendio quod datur ministris spiritualib.*

31 *Præbenda strictè accipitur pro fructibus beneficij, qui præbentur alicui tāquam vni de Collegio.*

32 *Præbenda, & beneficium distinguūtur tanquam genus, & species.*

33 *Explicatur text. in cap. Cum in Ecclesijs de præb. in 6.*

34 *Præbenda latè, & strictè accipitur pro beneficio Ecclesiastico.*

35 *Vera beneficij Ecclesiastici definitio.*

36 *Beneficium Ecclesiasticum in quibus consistat?*

37 *Præbenda si latißimè accipiatur, beneficium ecclesiasticum non est, contra verò si latè, vel strictè.*

38 *Vtrùm in mandatis de prouidendo, quando Pontifex iubet alicui simpliciter de beneficio prouideri, comprehendantur præbendæ Ecclesiæ Cathedralis? affirmatiuè.*

39 *Negatiua verior.*

40 *Cap. Tua de verbor. sign. explicatur.*

41 *In-*

41 *Intellectus cap. Pro illorum, de præb.*
42 *Limitatur sententia negatiua.*
43 *Canonica, seu Canonicatus, à præbenda longè differt.*
44 *Canonicatus, si præbenda careat, beneficium ecclesiasticum dici non potest.*
45 *Exponitur cap. Dilectus. 19. de præb.*
46 *Variæ solutiones assignantur. Cap. in nostra, de rescript. declaratur.*
47 *An Canonicus qui præb. caret Delegatus sedis Apostolicæ fieri possit?*
48 *Vtrùm canonici, qui præbendā non habent, teneantur ad horas canonicas recitandas?*
49 *Supradicta procedunt attento rigore disputationis, non verò Patrum consuetudine.*

1. NOmē Canonici, licet multi existiment dici à Canone, id est statuta anona, seu portione, quæ in stipendium sustentationis eis datur, vt volunt Petrus Greg. syntag. libr. 15. cap. 23. n. 17. Lelius Zechius d. tit. 24. in principio, Azor cap. 11. q. 1. Quintanadu. lib. 4. n. 25. cum sequentibus, verius est Canonicos dici à Canone, id est, regula, iuxta text. in cap. 1. 3. distinct. quia Canonici à principio temporibus Ecclesiæ primitiuæ, simul omnes
2. viuebant cum suo Episcopo, sub certa regula, communi mensa, & dormitorio vtentes: caput *Dilectissimus*, & per totum. 12. q. 1. & ex Soto, & alijs explicat Zerola in praxi episcopali, verb. *Canonici*, §. 1. Antonius Faber titul. de duplicibus beneficijs à num. 27. adnotans ex Cęlio Redoginio lectionum antiquarum libr. 5. cap. 11. quod sicut in schola Pithagoricorū, qui primas partes in adiudicando tenerent, Canonici, id est Armonici dicebantur; ita in Ecclesia clerici primi ordinis, & dignioris gradus speciali hoc nomine Canonici dicuntur, & per consequens; licet Canonici præbenda, id statuta illa anona careant, si tamen in Canonicorum numerum sunt relati, indè Canonicos censendos esse, negare non oportet.

Pet. Greg. *Zech.* *Azor.* *Quintan.* *Cap. 1. 3. dist.* *Soto.* *Zerola.* *Fabric.* *Cal. Redo.*

A

Attenta ethymologia huius nominis, Canonici, aduertendum est, Canonicatum, atque etiam Canonicalē præbendam, longè differre à dignitate, officio, & personatu, si propriè, & strictè singula accipiantur: quod facile apparebit, si singula breuiter percurramus. In primis igitur constat Canoniam, seu Canonicatū esse ius ipsum spirituale exercendi ecclesiasticum, & diuinum officium, Canonicis incumbens; præbendam verò esse ius ab hoc officio dependens ad percipiendos ecclesiasticos redditus, vt dicit textus in cap. vltimo de Rescript. & Doctores in cap. *Cum M.* de Constitut. teste Hoyede de incompatib. 1. p. cap. 12. Quintanaduenhas lib. 4. n. 119. latè Gonsalues glossa. 5. §. 1. Constat etiam officium Canonicale in duobus potissimum consistere stallo scilicet in choro cum participatione diuinorum, & loco in capitulo, vt probat cap. *Relatum*. 9. c. *Dilectus* 19. cap. *Pro illorum*. 22. in fine, cap. *Dilecto*. 25. in principio, de præbend. notat Staplul. n. 7. Gom. n. 38. Petrus Greg. n. 12. Zerola n. 4. citatis locis. 3. 4. 5. 6.

B C

Cap. Cum M. de cōstit. *Hoied.* *Quintan.* *Gonsal.* *C. Relatū.* *C. Dilect.* *C. Pro illorum.* *C. Dilecto* *Stapvil.* *Gonsal.* *Pet. Greg.* *Zech.*

D

Officium chori, & participationis diuinorum eleganter, & breuiter describit Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 24. de Reformat. cap. 12. versic. Omnes in hæc verba, *Omnes verò* *Trid.*

diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, & inseruire, atque in choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei, nomen reuerenter, distinctè, deuotèq́ laudare. Quibus verbis multi decisam putant illam celebrem, & controuersam quæstionem: vtrùm Canonici teneantur sub onere, & obligatione restitutionis destributionũ, psallere, seu canere in choro cũ alijs, an verò satisfaciant, si solùm assistãt, & intersint horis, & per Capellanos, & alios beneficiarios psallant, ipsi verò, vel ibi, vel domi priuatim recitent horas? apertè enim Tridentinũ, videtur requirere quod in choro psallentes, seu canentes reuerenter, & distinctè Deum laudent: quibus verbis minimè satisfit, si in choro solùm intersint, & domi priuatim, vel etiam ibi horas recitent voce submissa: neque Concilium decerneret eos esse compellendos psallere in choro, nisi supponeret ad hoc de iure teneri, iuxta vulgarem regulam; quod culpa caret in damnum vocare non conuenit: de qua in cap. 2. de Constit. & in cap. 2. de his, quæ fiunt à maior. cum vulgaribus: atque ita hanc partem affirmatiuam constanter tenet Nauar. in tract. de Oratione, cap. 10. n. 47. & cap. 11. n. 41. & Miscelanio. 79. Fr. Ludouicus de casibus conscientiæ 1. p. cap. 55. Fr. Ludouicus Lopez in instructorio conscient. 2. part. cap. 90. Azor tom. 1. lib. 10. c. 11. q. 11. Lelius Zechius de repub. Ecclesiast. tit. de Canonicis, n. 6. Lessius de iustitia li. 2. cap. 34. n. 184. Iacob de Graph. & alij relati à Gracia de beneficijs p. 3. cap. 2. ex n. 512. Pater Soares de Religione tom. 2. titul. de horis Canonicis lib. 4. cap. 12. à n. 10. & nouissimè atque plene ad partes disputat Cenedo in quæstionibus Canonicis, q. 2. per totam, & constanter Paulus Comitollus responsorum moralium lib. 1. q. 62. à n. 2. testatus in Romana Curia, ita illustrissimos Cardinales respondisse: & prӕter Trident. auctoritatem hoc ipsum confirmatur ex auctoritate Concilij Basiliensis, de quo in pragmatica sanctionis Gallicanæ, tit. quomodo diuina officia sint celebranda in §. *Statuit igitur*, vbi ait, quod cum psallendi gratia ibi conueniant, muta, & clausa labia tenere non debent, sed omnes, præsertim qui maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulari debẽt, atq; etiam ex Extrauag. Pij V. vbi postquam dixit non facere fructus suos non recitantes, addidit, licet choro addictus cum alijs præsens adsit: & denique, quia institutio horum Canonicatuum, & beneficiorũ in cathedralibus facta fuit ad hunc finem, vt in choro simul conuenientes Deum communiter laudent, vt satis expressit Trident. & Basiliense Concilium citatis locis: atque adeò deficiente causa, ob quam destributiones conceduntur, eas suas facere non possunt, iuxta text. in l. 1. & in l. *Si mulier*. & per totum, ff. de Condict. causa data.

[Margin: 7. — Trident. — Cap. 2. de Constit. — Cap. 2. de his quæ. — Nauar. — F. Ludou. — F. Ludou. Lopez. — Azor. — Zech. — Lessius. — Iac. de Graph. — Garc. — Soar. — Cened. — Paul. Comit. — Trid. — Conc. Basiliens. — Extrau. Pij V. — L. 1. l. Si mulier. ff. de Cond. caus. dat.]

8. Verum contrariam partem, quod non psallentes destributiones suas faciant, & ad restitutionem non teneãtur, si horis intersint, licet non canãt, sed priuatìm, vel voce submissa recitent; & vsus recepit, & de iuris rigore tuẽtur grauissimi Auctores. Caiet. in sũm. verb. *ore*, Medina in instruction. confess.

[Margin: Caiet. — Medin.]

Garc. confeſſ. 1. p. cap. 14. §. 11. ad finem, & alij, quos refert, & ſequitur: conſuetudine receptum, atteſtatur Garcia dicto cap. 2. n. 514. & ante eum conſtanter Fr. Ludouicus Lopez dicto loco, & ante eum multis latè comprobauit Petrus de Nauarra Toletanus de reſtitut. lib. 2. cap. 2. ex n. 217. Et tandem cum hac reſolutione remanet Cenedos d. q. 2. n. 14. cum ſequentibus poſt Alex. Monetam de deſtributionibus quotidianis p. 2. q. 2. Mouentur primò ex auctoritate text. in cap. *Licet*, de præbend. ibi, *qui interſunt horis canonicis, exhibentur*, & in cap. vnico de cler. non reſid. in 6. ibi, *Qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs affuerint*, conſonat Trid. citato c. 12. verſic. *Deſtributiones*, ibi, *Qui ſtatis horis interfuerint, recepiant cum alijs.* Ex quibus eſt vulgatiſsimum, deſtributiones quotidianas intereſſētibus deberi; nuſquam verò legitur pro cantoribus, vel cappellanis canentibus fuiſſe inſtitutas. Mouetur etiam Medin. quia contendit principaliter Canonicis dari deſtributiones, vt præſentia ſua auctoritatem, decorem, & ornamentum prẹſtent ipſis Eccleſijs, non vero vt perſonaliter canant, cū huiuſmodi munus, melius, & perfectius præſtent per Capellanos, aut Cantores, quibus ex menſa communi præſtant ſtipendium, vt ſe exonerent ab eo onere, quod vix dignè vnus, vel alter præſtare poteſt propter cantus imperitiam, vel vocis ſonoræ defectum: quod ſanè pulchrius & ad fidelium deuotionem, & conſolationem, & ad Dei laudem accommodatius eſt, vt ſcilicet diuina officia mira vocum, & inſtrumentorum varietate, & ſuauiſsimo concentu celebrentur; iunctis ijs, quæ de cantus eccleſiaſtici vſu, & vtilitate ex Patribus plenè tradunt Bellarm. ad finem tomi tertij de bonis operibus lib. 1. cap. 16. Stephalus Durātes de ritibus Eccleſiæ lib. 3. cap. 21. Ipſi autem Canonici tanquam maiores ſacerdotes omnia conſpiciant, & gubernent, & quæ ab inferioribus decantantur, interius meditentur; neque enim maiores Eccleſiæ debere inſiſtere canticis, docuit D. Thomas 2. 2. q. 91. art. 2. ad tertiū argum. adducendo elegantem Diui Gregorij auctoritatem in cap. *In ſancta* 92. diſt. Et tamen non inepta ſimilitudine confirmat Medina de proceſsionibus funeralibus, in quibus certum ait, quod licet Canonici illis intereſſentes, mutuo confabulentur, vel colloquantur; deſtributiones tamen proceſsionibus aſsignatas ſuas faciant, nec ad reſtitutionem teneri, quenquam vnquam dixiſſe.

Marginalia: *Fr. Ludo. Lop.* — *P. de Nauar.* — *Cened.* — *Alex. Monet.* — *C. Licet de prab.* — *Cap. vnic. non reſid. lib. 6.* — *Trid.* — A — *Bellarm.* — *Durant.* — *D. Thom.* — *D. Greg.* — B — *C. In ſancta 92. d.* — *Medina.*

9. In hac igitur difficultate, quæ merito ſcitu digna eſt, & neceſſariā profitetur Medina, certa ab incertis ſeparare oportet; in primis igitur conſtitutio attento rigore iuris, veriorem eſſe primam ſententiam, quæ procul dubio receptior eſt ex ſuprà relatis, quæ non ſolùm ſub reatu culpæ mortalis, ſed etiā onere reſtitutionis deſtributiones adſtringit Canonicos ad pſallēdum in choro in ſimul cum alijs vt euincunt rationes, & auctoritates Conciliorum pro ea adductæ, & cōcludunt reſtitutionem, & fundationē Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum eam eſſe, vt Canonici per ſe pſallere, & alia Eccleſiaſtica obire munera teneantur; ac ſubindè licet priuatim recitando ſatisfaciant obligationi recitandi diuinum officium,

C — D

& consequenter illud iterum recitare non teneantur, minimè tamen satisfaciunt officio, & debito chori; & propterà iustitiam commutatiuam offendunt, & ad restitutionem tenentur, vt post Caietanum, & alios Pater Soar d.cap.12.cap.8. & 10. & verum esse absque dubio agnoscunt etiam posterioris sententiæ auctores in Ecclesijs, vbi viget statutum, vt Canonici per se ipsos psallere teneantur, vt post Monetam q.2. à n.28. profitetur Cenedos num.13. in fine dictis locis. Quod maximè notandum est ad hãc Conimbricensem sedem, vbi statutorum, cap.8. sic legitur: *Todos os Beneficiados tenhão particular cuidado de cantarem todas as horas maiores muy pausadamente*: & sic esse vsu receptum, & statutum esse in viridi obseruantia; neque desuetudine, aut contra consuetudine sublatum esse ex diligenti seniorũ informatione reperio, quod de Bononiẽsi Ecclesia testatur Beia, & de sua Abulensi Ecclesia Garcia n. 523. dictis locis. Ex quibus verbis apparet non solùm præsidenti iniungi, vt mulctare possit, non canentes, vt refert Nauar. d.n.47. de statuto Conimbricensi agens; sed præceptum dirigi in ipsos Canonicos, & Beneficiarios, atque ita sublatam esse rationem dubitandi, de qua infrà.

Caiet. Soar. — Monet. Cened. — Nauar.

10. Neque hac parte retenta obstant argumenta, quę pro posteriori adducuntur. Nam primum ex iuribus, quę probant destributiones quotidianas deberi, & tribuendas esse interessentibus, rectè concludit, negatiuè scilicèt solis interessentibus esse tribuendas; affirmatiuè autem, quod debeãtur, iuxta modum, & formam pręscriptam à iure, & Ecclesiarum statutis: atque ita si interessentes obiuerint munera illis horis incumbentia, canendo, & psallendo, quando reliqui canunt, & psallunt, vel dicendo capitulũ, antiphonas, & responsoria, & similia, quando ex ordine eis contigerit, iuxta modum à cantore, vel subcentore præscriptum. Ad rationem verò Medinæ, quod distributiones principaliter tribuuntur Canonicis, & dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis ad eam decorandam præsentia sua, non vt canant; negamus totum ex dictis; imò bene aduertit Frater Ludouicus Lopez, vbi suprà, versic. *Secundò addo*, tantum abesse, vt Canonici confabulantes, & puerorum modo in choro garrientes, præsentia sua authoritatem, & decorem Ecclesiæ afferant; vt magis deturpent, & à tali maiestatis fastigio mereantur deturbari. Ad authoritatem text. in d.cap. *In sancta. 92.* dist. & verba D.Thom. respondetur solùm probare maiores Ecclesias non debere officium Cantorum assumere, qui à prædicando, vel docendo auertantur; non verò negare Canonicos, & alias personas choro addictas, quibus ex officio canere incumbit, non debere canere, seu magis intonare, in tono Ecclesiæ consueto, vt expressè deducitur ex verbis text. ibi, *Quos ad prædicationis officium, & eleemosynarum studia vacare congruebat*. & benè explicat Nauarr. d.miscellaneo.79. de oratione, Durãtes de ritibus Ecclesiæ d.lib.3.cap.21. n.11. atque ita non teneri Canonicos ad armonicham modulationem, cantus figurati, vulgò *de Orgam*, sed satisfacere in magnis festiuitatibus, in quibus Ecclesia eo cantu vtitur, assistendo cum debitã intentione cantoribus,

Medina. — Fr. Ludouic. Lopez. — C. In sancta. — D. Thom. — Nauar. — Durant.

Pet. de Nauar. *Monet.* *Ced.* *Camitol.* ribus, explicant Petrus de Nauarra n.205. Moneta,& Cenedo nu.5. Comitolus in fine dictis locis. Similitudinem cantus in processionibus simpliciter negant scribentes communiter,vt cōstat ex Fratre Ludouico Lopez dicto versiculo secūdo, Cenedo n.9. versic. *Ad secundum*, quia inuitātes Canonicos ad similes processiones funerales, magis temporalem pompam videntur respicere: non ita pia Mater Ecclesia, quæ suos alit ministros, & stipendia præstat, vt Deo ore,& mēte debitas laudes exhibeāt. Imò nullo iure, aut ratione poterit probare Medina intentionem defūctorum iubentium Canonicorum comitatum in suo funere esse solam inanem præsentiam, & confabulationē, non verò cum pium,& sanctum finē, vt Deo, eiusque sanctis preces fundant ad animarum suarum subsidiū, & satisfactionem, vt à purgatorij pœnis liberentur, vt meliùs discurrit Cenedo n.8. versic. *Prætereà.* *Cenedo.*

F. Ludou.

Ad rationem verò ex defectu vocis sonoræ, vel artis peritiæ respondet Nauar. quod licet debeant addiscere, vel si choro apti non sunt, dimittant beneficia, sed rigor hic videtur mitigandus prudēti consideratione; nam si patet, quod addiscat, iustissimum est; & si vocem habeat non absonam, quæ scilicèt alios non perturbet vel officium impediat, satisfacit pro virili Deum laudando secundum mensuram donationis suæ, iuxta Apostolum ad Ephesios.3. quia potiùs vita, quam vox in fabulantibus Deo attendi debet, vt ait D. Gregor. in d. cap. *In sancta*, ibi, *dum blanda vox requiritur, congrua vita negligatis*, quod si iam ætas, vel officium prædicandi, vel docendi de nouo addiscere impediat, non videtur necessaria ratio Nauarri, quod dimittat beneficium, cum is, qui cantu iuuare non potest Ecclesiam, in qua cantorum non datur defectus, iuuat literis,&doctrina, vt cæteris doceat, & Ecclesię iura tueatur, qui est vnus præcipuus finis institutionis præbendarum.& congruū non sit, vt sacerdotes à prædicandi,& docendi munere retrahantur, vt modulationi vocis inseruiant, vt ait D. Gregorius in eodem cap. *In sancta*,& ex D. Thoma suprà notauimus, quorum doctrina his terminis optimè adaptatur, & ad hæc reducenda sunt quæ scribunt Nauar. d.cap.11. n.41. Cenedo n.15. dictis, Iacob de Graph. in aureis decisionibus lib.3.c.17. *Cendo.* *Iacob de Graph.* *D.Paul.* *D.Greg.*

11. Licet ergo in rigore iuris verissima sit hæc resolutio; contraria tamē retinenda est in ijs Ecclesijs, in quibus viget consuetudo, aut statutum, vt Canonici,& Beneficiarij choro satisfaciant interessendo, & faciendo, vt Capellani, & Cantores canant, & psallant, & reliqua exequantur munera: vt facilè admittunt Doctores posterioris sententiæ, atque etiam plures, qui primam sequuntur, vt cōstat ex Zechio, Petr. de Nauarr. nu. 222. Azor q.6. Garcia n.522. Soarez n.11.& 13. Cenedo n.12.& post Bernardinum Sandoual de diuinis officijs, cap.16. Lellus n.185. dictis locis. *Zech.* *Pe. de Nauar.* *Azor.* *Soar.* *Cened.* *Sandoual.*

12. Et probatur, quia consuetudo est optima legum interpres, l. *Si de interpretatione*, ff. de legibus, cap. *Cum dilectus*, de consuet. cum similibus, de quibus Molin. de primogen. lib.2.ca.6. n.58. Duaren. titul. de legibus, cap.12. Donel. comment. lib.1.cap.15.& latè explicat Pater Soarez de legib. libr. 7. cap. *L. Si de interpret. ff. de legib.* *Cap. Cum dilectus de consuet.* *Duar.* *Donel.* *Soar.*

cap.17. per totum: atque adeò, cum ex dictis constet apud Doctores, quęstionem esse satis dubiam, & contro-
13. uersam; vtrùm intentio Ecclesiæ sit Canonicos, & alios beneficiarios Cathedralium obligare ad canendum, an potiùs satisfaciant interessendo? meritò attenditur consuetudo, ad hanc Ecclesiæ intentionem declarãdam.

14. Quod si dicas iuxta nostram resolutionem minimè dubiam esse quæstionem, sed potiùs certùm ex Institutione horum beneficiorum, Canonicos, & Beneficiarios choro addictos, teneri canere, & psallere; respõdebis, quod eo dato, totum prouenit ex iuris humani dispositione contra quam consuetudo si rationabilis sit, & præscripta, semper præualet, iuxta textum in cap. vltimo de consuetud. in fine cum similibus, quæ latè explicat ibi Abb. Rochus, Mantua, & Sagum, Mascard. de probationibus cõclus. 424. à n. 27. Tuscus tom. 2. litera C. conclus. 814. Menoch. de arbitr. casu 82. & 83. latissimè Asor tom. 1. libr. 5. cap. 17. q. 5. cum sequentibus, Lezius de iustitia lib. 2. cap. 6. à n. 45. & esse communem Canonistarum, & Theologorum omnium post Diuum Thomam. 1. 2. q. 97. art. 3. testatur Pater Soares d. lib. 7. cap. 18. n. 2. vbi per totum latè explicat. Rationes autem, quibus consuetudo hæc potest cohonestari, vt dicatur rationabilis, poteris deducere ex his, quæ Doctores posterioris sententiæ in eius confirmationem adducunt, quod cedat in maiorem Ecclesiæ auctoritatem, decorem, & ornamentum, & fidelium consolationem, vt superius diximus. Vnde apparet consuetudinem hanc

Cap. vlt. de consuet. Abb. Roch. Mantu a. Sabag. Mascard. Tusc. Menoch. Azor. Lessius. D. Thom. Soar.

nunquam aliter licitam censeri posse, A nisi detur sufficiens ministrorum copia, qui incumbentia munera dignè possint obire: repugnaret enim legi naturali, & diuinæ, quod destributiones lucrentur ad hunc finem assignatæ, & tamen Ecclesia in seruitio defectum patiatur, & detrimentum; quod non contingit, vbi per alios æquè bene, vel melius præstatur: nam licet ius Pontificium offendatur, iuxta nostram resolutionem; non ita repugnat l. aliqua diuina, aut naturalis, B quam rationabilis, & præscripta consuetudo non vincat, iuxta textum in eodem cap. vltimo In principio de cõsuetud. Quod si instes in hunc modum, potest consuetudo introducere, vt Canonici choro satisfaciant, 15.
canendo per Capellanos, aut alios beneficiarios; ergo iam poterit introducere, vt possint per alios adesse, & inseruire, quod tamen est contra textum in cap. *vnico*, de clericis non resid. in 6. & contra Trident. suprà citatis locis; sed respondet Soares di- C cto cap. 12. n. 15. negando consequẽtiam, quia præsentia, & interessentia personalis, quam canones exigunt, per alios impleri non potest; quando autem diximus non teneri Canonicos canere, non prouenit ex eo, quod canant per substitutos, seu Vicarios in munere sibi incumbenti, sed quod transferendo onus illud in alios, iam ipsi non sunt obligati, & singuli implent munus suum, licet omnes non canant, Canonici scilicèt interessen- D do, alij canendo.

Cap. vnic. de cler. nõ resid. lib. 6 Trident.

16. Ad argumentum ex Concilio Tridentino, & Extrauaganti Pij V. post quæ videtur iam consuetudinem illã omnino damnatam esse, & minimè permit-

Trident. Extrau. Pij V.

Azor. *Garc.* *Nauar.* *Aragon.* *Lessius.* permittendum, respondet Azor cōtrariam consuetudinē præualere potuisse: Garc. autem vsu non fuisse receptam; at verò Nauarrus, & Aragonius, & Lessius n. 186. aiunt, nihil in hoc decreto Trident. prędictæ consuetudini contrarium reperiri, quia solùm decernit Canonicos cogēdos esse, non verò dirigit præceptum in ipsos Canonicos: sed benè improbat idē Garcia, quia, vt suprà tetigimus, hæc coactio supponit obligationem in ipsis Canonicis; qui ideò cogi possunt, quia ad hoc de iure tenentur, aliàs si non tenerētur, sine culpa mulctari non possent, ex regula *capitis secundi*, de constit. *cap.* 2. de his, quæ fiūt à maiori parte capituli, regula sine culpa, quam præmanibus habemus, & latè notabimus lib. 6. & quia si per superiores compelluntur, minimè præscripta dici potest, sed magis interrupta consuetudo, contra ea, quæ notantur in d. cap. *vltimo*, de consuetudine. Melius ergo Pater Soar. citatis locis ad *Extrauagantem*, respondet alium habere sensum longè diuersū, quod scilicèt non recitantes officium diuinum licet choro intersint, suas nō faciant destributiones: proposita autem quæstio de illis est, qui licet non canant in choro cum cæteris, priuatim tamen, vel ibi, vel domi recitant. Ad Trident. verò aduertit, quod nō præcepit directè, quod omnes cantent, sed quod Deum reuerenter laudent in choro ad psallendum instituto: quibus verbis satisfit, si alij intersint, alij canant, vnum velut corpus conficientes, & omnes simul modo suo ad Dei laudes cooperantes.

Cap. 2. de Constit. *Cap. 2. de his quæ fiunt à maiori part.* *Soar.* *Trid.*

17. Tandem pro quæstionis implemēto aduertere oportet, quod etiam illis casibus, quibus diximus Canonicos ad restitutionem destributionum teneri, si in choro cum alijs non canant; non teneri ad totas destributiones restituendas, sed proportionabiliter pro parte correspondenti defectibus, quos commiserunt; & aliter cum illis agendum, qui confabulando, & garriendo, chorum perturbantes; non canunt; vel cum illis, qui à cantu cessant priuatim recitādo horas, propter voces, aut virium imbecillitatem, vel, vt liberius meditentur, quæ ab alijs decantantur, vel ob dignitatem, aut similes rationes: licet enim causæ istæ stando in iuris rigore non sufficiant, vt à canendo liberentur, ex dictis, & notauit Nauar. dicto cap. 11. n. 41. Merito tamen debet attendi ad qualitatem restitutionis intelligendam, & iudicandam: quia licet isti non canant, quatenus tamen intersunt, & præsentia sua choro auctoritatem conciliant, aliquam partē destributionum merentur, vt prudēter explicant Fr. Ludouicus Lopez, & Beja suprà citatis locis. *Nauar.* *Fr. Ludouic. Lopez* *Beja.*

18. Ex omnibus autem, quæ diximus, subinfertur, non consequenter loqui Garç. d. cap. 2. nu. 519. cum sequenti quatenùs resoluit, non excusari à mortali culpa Canonicos, qui choro interessentes, notabiliter negligentes fuerint in psallendo, & canendo cum alijs; sed tamen facere suas destributiones ipsas horis illis assignatas, & ad earum restitutionem non teneri; nam rationes, quæ euincunt eos mortaliter peccare, excludunt pariter nō secuta causâ ob quam destributiones tribuuntur ex debito iustitiæ restitutionem obligari recipientes, vel è cōtrà: quibus casibus ex vi consuetudinis, *Garc.*

nis, aut statuti non canētes, excusantur à restitutione, debent etiam excusari à peccato, vt melius explicant Nauar. Fr. Ludouicus Lopez, & Beia, Comitolus, & plenè Pater Soar. nu. 10. dictis locis.

Nauar. F. Ludou. Lop. Beia. Camitol. Soar.

Hæc de officio chori, de assistentia verò, & seruitio dignitatum, & Canonicorum in Pontificalibus, vltra Cæremoniale, & Rituale extant plures illustrissimorum Cardinalium declarationes, quæ tam manu scriptæ, quàm etiam impressæ ad idem decretum Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 12. circunferuntur.

Trid.

19. Quod verò attinet ad locum in Capitulo illud præcipuè noscitur importare, vocem scilicet in electionibus, & collationibus præbendarum, & alienationibus, & in arduis Ecclesiæ negotijs Episcopo, cum quo vnū corpus efficiunt, consilium, aut consensum præstare, iuxta textum, & quę ibi notantur in cap. *Nouit*, de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli: & per totum, de his, quæ fiunt à maiori parte: & est textus optimus in c. *Cum in Ecclesijs*, de præbend. lib. 6. Ex quibus, & alijs ita notarunt Innocēt. in cap. 2. de Institutionibus, & post eum alii communiter ad solos Canonicos, non verò ad dignitates, si canonicali præbenda careant, pertinere vocem huiusmodi in capitulo, sequitur Abb. in cap. 1. n. 13. de electione, & in cap. *Scriptum*, n. 4. eodem tit. referunt. & sequitur Petrus de Balno in directorio electionum 1. p. cap. 2. n. 2. Lelius Zechius d. tit. 24. n. 4. versic. 7. & n. 7. Azor d. p. 2. lib. 3. cap. 18. atque ita vsu obseruari videmus, tum in hac Conimbricensi, tum in aliis Cathedralibus Regni, vt obtinentes

C. Nouit, de his quæ fiunt. C. Cum in Eccles. de præb. lib. 6. 20. *Abb. Pet. de B. Zech. Azor.*

A dignitates sine præbenda, vocem nō habeant in capitulo, & notissimum est, quod eam tantum habent non ratione dignitatis, sed præbendæ annexæ. 21.

Et eadem ratione argumentum manifestum est, quod Tercenarij, Quartenarij, & Dimidij præbendati, vere Canonici non sunt, sed potiùs portionarii, mansionarii, seu Assitij, eo quod vocem in capitulo non habent, sed assidui sunt in choro, & perpetuo in eo manent, vt docuit Glossa B notabilis, verbo *Assisios*, in cap. *penult.* de clericis non residentibus, & latiùs explicat Albericus in dictionario Iuris eodem verbo, Selua de beneficio p. 1 q. 2. n. 47. Zechius dicto tit. 24. n. 2. Petrus Gregor. syntagmat. iuris libr. 15. cap. 23. à n. 11. Azor d. lib. 3. c. 9. per totum. latè Antonius Fabricius in praxi, & theorica beneficiorum, titulo de reliquis stipendiis ecclesiasticis à principio, & omnino n. 12. cū sequentibus. Aduerte tamen non repugnare, quod ex dimidiis præbēdis, C si consuetudo, vel Ecclesiæ statutum vim habeat, possint integri Canonicatus constitui, & subindè eos obtinentes ad Capitulum, & communes tractatus admitti possint, & debeāt, tanquam veri, & integri Canonici, vt Aresto supremi Galliarū senatus decisum testatur, & iuris rationibus cōprobat Antonius Fabricius, vbi proximè n. 11. iuncta additione litera A. & ita in aliquibus Lusitaniæ, & Hispaniarum Ecclesiis vsu seruari compertū est, & ita in hac re vt appareat, D an dimidii præbendati sint verè, & propriè Canonici ad institutionem præbendarum, consuetudinē, & possessionem recurrendum est.

Alberic. Selua. Zech. Pet. Greg. Azor. Fabric.

Aduerte

22. Aduerte etiam è conuerso non omnes Canonicos, vocem habere in Capitulo, in electionibus scilicèt, & communibus tractatibus, sed eos tãtùm, qui in sacris scilicet, saltem in subdiaconatu fuerint constituti, vt decidit text. in *Clementina* 2. de ætate, & qualitate ordinandorum, innouat Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. notant Nauar. consi. 1. n. 2. de consuetudine, Azor dicto lib 3. cap. 11. q. 20. Zerola in praxi episcopali, verbo *beneficia*, §. 5. & ex alijs Garcia p. 3. c. 4. à n. 24.

Clem. 2. de ætate, & qual.
Trid.
Nauar.
Azor.
Zerol.
Garc.

23. Verùm autem dignitates, & Canonici, quibus hoc ius vocis in Capitulo competere diximus, ei renunciare possint, vel frequenter à Capitulo, & actibus capitularibus se eximentes, vel in singularibus actibus, votum suum, vt vulgò dici solet, *Cassantes*, quæstio est non inelegans, in qua ad vtranque partem, non contemnendæ adsunt rationes. Pro affirmante enim, quod possint, facit quia diximus ius hoc singulariter Canonicis esse concessum, atque ita videtur eorum fauorem, & singularem prærogatiuam continere; & ex eo ostenditur, quia in pœnam priuatio vocis in capitulo Canonicis delinquentibus, imponi solet, quod esset absurdum, si onus non in fauorem eorum respiceret, atque ita succedit regula vulgaris, quod vnusquisque fauori suo potest renunciare, de qua in *lege penultim.* Cod. de pactis, cap. *Ad apostolicam*, de regularibus, cap. *Si detenta*, de priuilegijs, & quia passim, vt sic receptum videmus, vt singuli in capitulo votũ suum cassare soleãt, & probatur optimo simili de electoribus ad cathedras, vel similia publica munera, quos certum est, posse iuri A suo suffragandi renunciare, nisi necessitas, aut vtilitas publica contrarium postulet, vt docet Soto de iustitia lib. 4. q. 6. art. 3. ad finem, refert, & sequitur Gutier. canon. quæstion. lib. 2. cap. 11. n. 86. Et confirmantur hæc omnia ex decisione text. in cap. *Cum nobis*, de electione, ibi, *Accedere noluerunt, alienos se fecerunt*, & in cap. *Quod sicut*, eodem titulo, ibi, *siue nequiuerint, siue noluerint*. Quæ apertè probant posse vocatos ad electionem, & alios B tractatus communes non venire, & se ab huiusmodi actibus alienos facere, notat Biaxius dicto tractatu electionum p. 3. cap. 6. numer. 1. Petrus Gregor. eodem tractatu cap. 14. n. 7.

L. pen. C. de pact.
C. Ad apostolicam de regularib.
Soto.
Gutier.
Cap. Cum nobis, de elect.
C. Quod sicut eod. titul.
Biax.
Pe. Greg.

Verùm in dubio proposito merito contrarium respondit illustrissimorũ Cardinalium congregatio, & de iure tenent Petrus de Ledesina, Gutier. & alij, quos refert, & sequitur Garcia d. p. 3. c. 2. n. 529. & 532. cum sequentibus; optimè distinguentes aliud esse C quærere, vtrùm Canonici, seu Capitulares possint in vno, vel altero actu vocem suam cassare, & ei renunciare? & partem affirmatiuam, quod possint libenter admittimus ex ratione generali suprà facta, quod vnicuique licitum est, fauori suo, seu iuri suo renunciare. Aliud est quærere, an frequenter possint à Capitulo abesse? & contrariam partem negatiuam probamus, quia licet Canonicorum præcipuum munus sit diurnis interesse in choro, & altaris ministerijs inserD uire; ad bonum tamen commune ipsius Ecclesiæ maximè pertinet administratio, & gubernatio rerum tẽporalium ipsius Ecclesię, seu Capituli, & eius iura pro viribus, opera, & cõsilio tueri, 24.

Ledesm.
Gutier.
Garc.

meri, quare Capitulo interesse non solum honoris est, sed magis oneris. A Neque quidquam valet argum. contrarium, quod Canonici ob culpam priuātur iure interessendi in capitulo; quemadmodum etiam videmus in munere iudicandi, quod publicū est, & honoris, & tamen non eo minus onus continere dicitur, iuxta textum

L. Munerum. ff. de minorib. in l. *Munerum*. 18. versic. *iudicandi necessitas*, ff. de muneribus, & honorib. & subindè in pœnam culpæ sæpè suspensio ab officio imponitur; & confirmabis resolutionem hanc ex multis, quæ de obligatione illustrissimorum Cardinalium interessendi congregationibus, tradit Cardinalis Pa-

Card. Paleot. leot. in tract. de cōsultationibus sacri

Azeuedo. palatij. p. 5. q. 8. & de decurionibus Ciuitatum, Azeuedo in tract. de Curia Pisana lib. 1. cap. 2. n. 6. & 7. & lib. 2. c. 13. per totum, & specialibus Ecclesiarum cōstitutionibus prouisum, vt in hac Conimbricensi statutorum. cap. 53. Hæc de officio Canonicorum in choro, & in capitulo dixisse C sufficiat.

25. Quibus omnibus præhabitis, iam manifestum apparet Canonicos etiā Cathedralium dignitatem propriam non habere, neque etiā proprie personatum. Probatur, quia diximus dignitatem propriè esse beneficium, cui adhæret administratio rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione: personatum verò esse beneficium, cum præeminentia, quæ faciat, vt eum obtinentes in choro, & processionibus alios Canonicos antecedant: sed D constat ex dictis ex ecclesiastica Canonicatus institutione, nullam esse ei annexam iurisdictionem, neque etiā canonicatum, vt talem ex natura sua habere prærogatiuam illam, vt vnus Canonicus alios antecedat, sed solùm consistere in duobus illis, stallo in choro, & loco in Capitulo: ergo rectè Doctores communiter absque controuersia concludunt canonicatum propriè dignitatem non esse, resoluit Dominic. per textum ibi in d. cap. *Statutum*, de rescriptis in 6. & alios, quos sequitur Felin. in capite *Pastoralis*, n. 12. de officio delegat. & tenere omnes testatur Patian. d. cap. 27. ex num. 101. Azor d. 2. p. lib. 3. B cap. 11. quæst. 16. atque ideò Conseruatores Apostolicos fieri non posse ex Glossa, verbo *obtinentes*, in capite *vltimo*, de officio deleg. in 6. post Fabricium d. tit. de beneficijs cum dignitate nu. 18. Quare cautè legendus Azor eodem cap. 11. q. 2. dum ait, solere Pontificē causas delegare Canonicis Cathedralium, non minùs, quàm aliis clericis constitutis in dignitate, contra Dominic. & Ancharranum, qui melius id negabant, quoad conseruatores Apostolicos.

C. Statutū de rescrip. in 6. Felin. Patian. Azor. 26. Fabric.

Quod notabiliter ampliabis, vt procedat, etiamsi Canonicus iurisdictionem exerceat, & excommunicationem ferre posśit, veluti quando antiquior de capitulo, vel Archidiaconi facit officium in terminis iuris communis, vel Decani secundum hodiernam consuetudinem, adhùc enim dignitatem gerere, dici non potest, vt docuit Innocentius in cap. *de multa*. numer. 6. verficulo, *Nam posset esse*, de præbend. quem sequuntur ibi Ancharranus, Immola, & Annania, & alij, quos refert Patianus numer. 100. cum sequentibus, vbi proximè idem resoluentes post Domin. & Federicum de Cenis in canonico, 27.

C. de multa de prabend. Anchar. Immol. Annan. Patian. Dominic. Feder.

cui

cui ex consuetudine competit excõmunicare, vel capellanias conferre. Neque obstat argumentum, quo cõtrarium probare nituntur idem Ancharran. in *Clementina* 1. in principio de præbend. Abb. in d. cap. *de multa*, n.21. versic. *Sed pro certo*, quorum authoritate cogitandum relinquit Patianus nu. 13. suprà citato loco, quod non nomen, sed substantiam rei oportet inspicere ad dignoscendum cuiusque rei substantiam, iuxta regulam textus in l. 2. C. *Communia*, delegatis in fine, cum alijs, de quibus Mantica de coniecturis vltimarum vol. lib. 1. tit. 1. n. 4. Nam respondetur substantiam rei iudicandam esse ex ea qualitate, quæ ipsi propria, & intrinseca est, non verò ex eo, quod est accidẽtarium, & ei non conuenit iuri proprio, & sine quo rei substantia salua manet, iuxta vulgarem accidentis diffinitionem, de qua notant nostri per textum ibi, in l. *In venditionibus*. 9. & in l. *Quod tamen*. 14. & in lege *Pacta conuenta*. 72. ff. de contrahenda emptione: explicat ex nostris Petrus Gregor. in sintaxi artis mirabilis lib. 1. c. 4. & de iuris arte, cap. 36. Quare cum Canonicus antiquior, vel ex speciali consuetudine iurisdictionem habeat, vt supponimus, non autem ratione ipsius Canonicatus, necessario resoluendum est non censeri constitutum in dignitate licet per accidens ei cõpetat iurisdictio.

Anchar. *Abb.* *L. 2. C. Cõmun. de l.* *Mantic.* *L. in venditionibus* *L. Quod tamen.* *L. Quod pacta. ff. contrah. emp.* *Pet. Greg.*

28. Vnde ex auctoritate Glossæ verbo *Abbas*, in cap. *à subdiacono*. 93. dist. notat Domin. in d. cap. *vlt*. de officio delegati in 6. & Bald. in dicto cap. *Pastoralis*. eodem titulo, quod Abbas, qui conuentui præest non solùm alijs clericis simplicibus, sed etiam Canonicis Cathedralium debet anteferri, A cum Abbas in dignitate dicatur constitutus, non ita Canonici ex proximè resolutis; meritò ratione dignitatis debet Abbatem præcedere, tam in processionibus, quàm in alijs similibus non solùm clericos, sed etiam Canonicos. Confirmãtes ex auctoritate text. in cap. *de Iudicijs*, ibi, *Episcopi, Abbates, Archidiaconi*, & melius legit Glossa, & ex integra reponit Antonius August. non verò Archiepiscopi, vt vulgares habent Codices: B quibus verbis dum Pontifex statim post Episcopos ante Archidiaconos recenset Abbates, significat non solũ clericos, & Canonicos, sed etiam dignitates præcedere Abbatẽ, cum alijs, ex quibus ita constanter tenet Ant. Fabricius titul. de iure patronatus, & alijs beneficiorum iuribus n. 17. Sed melius idem Dominic. in cap. *Quanquis*, vers. *Quanquam*, de præbend. in 6. & post eum Felin. à n. 9. Decius à n. 4. in d. cap. 2. de iudicijs, & omnium latissimè ad vtrãque partem disputans, C Cassaneus in cathalogo gloriæ mundi, p. 4. consideratione 32. per totã, & ante eum Boerius in tract. de authoritate magni Concilij, n. 67. cum sequẽtibus, & alii, quos referunt, & sequuntur Fuluius Patianus d. c. 27. à n. 97. & 106. Azor d. q. 16. explicant doctrinam illam procedere, quando Canonici incedũt, vt singuli, non ita collegialiter, vt in processionibus, tũc Ecclesiam ipsam cathedralem repræsentant, ac subindè quemadmodũ Ecclesiæ D cathedrali, maior debeatur honor, quam omnibus, iuxta rationem text. in d. versic. *Quanquam*, ita etiam Canonici, qui eam repræsentant, & vnum corpus cum Episcopo constituunt,

C. 2. de iudic. *Ant. August.* *Fabric.* *Dominic.* *Felin.* *Decius.* *Cassaneus* *Boer.* *Patian.* *Azor.*

tuunt, reliquas alias Ecclesias, & earũ prælatos debent antecedere.

Sed præhabito quod Canonici ratione dignitatis locum non habeant in nostra Ecclesiastica Hierarchia; restat inquirendum, vtrùm ratione beneficij, vt suprà tetigimus in 2.q.procem.§.4.n.11.in illa numerêtur. Quarè vt ab exordio incipiamus, sciendũ est primò, quid sit præbenda, quid canonia. & in quibus consistant. Præbẽda verò vel accipi potest latissimè, vel latè, vel strictè Latissimè pro qua
29. cunque parte fructuum ecclesiasticorum, quæ vel sacerdotibus, & alijs clericis in stipendium ministerij spiritualis datur, vel etiam quæ laico tribuitur in stipendium ministerii temporalis, veluti magistro grammaticæ, iuxta text. in cap. *vlt.* de magist. aut musicæ, vel simbalistæ, vel procuratori, aut syndico, aut æconomo, in quẽ sensum intelliges veram sentẽtiã Glossæ in cap. *Cũ M.* verb. *receperunt.* de constit. & Gloss. 1. in regul. 1. lib. 6. dum inquiunt laicos præbendam habere posse; debẽt intelligi de hac prębenda temporali, vt explicat Paul. de Rom. de pension. c. 3. n. 5. & Cardin. Tusc. lit. P. concl. 469. Petr. Greg. rei beneficiariæ, c. 12. n. 15. Quintanad. ecclesiast. lib. 1. c. 3. n. 7. Hoyeda de in cõpatib. benef. 1. p. n. 12. & 18. Vicẽt. n. 2. & 3. Brilenz. cõs. 36. n. 20. Garc. de benef. 1. p. c. 1. n. 8. Garc. Falconius reg. 38. Gonsal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 1. n. 6. Soar. de relig. tom. 1. de simon. lib. 4. c. 24. n. 21. & hinc non teneri laicos, qui talẽ percipiunt prębendam horas canonicas recitare, notant Doctores communiter, teste Nauar. de hor. canonic. c. 7. n. 26. Durant. de ritib. eccles. lib. 3. c. 22. n. 1.

Ca. vlt. de magist. *Gloss. cap. cum M. de const.* *Gloss. reg. 1. lib. 6.* *Paul. de Roman.* *Tusc.* *Pet. Greg.* *Quintan.* *Hoyed.* *Vicent.* *Brilenz.* *Garc.* *Falchon.* *Gonsal.* *Soar.* *Nauar.* *Durant.*

Secundò latè scilicet accipitur præbenda pro stipẽdio, quod datur ministris spiritualibus, atq; ita generaliter pro quocũque modo, id est pro quocũque ecclesiastico beneficio, vt cõstat ex cap. 1. & 2. de concess. præbẽd. & per totũ titul. in quibus Pontifex promiscue vtitur hoc nomine præbẽdæ pro beneficio, & vno pro altero, passim vsurpari solet, & adduci etiam text. in cap. *Cũ in Ecclesijs.* 33. de pręb. in 6. sed non satis probat, sed aliud diuersum, vt statim notabimus: ita post Selu. Felin. Rebuf. & alios obseruant Gonsal. n. 3. & Garc. n. 9. proximè citatis locis. 30.

Cap. 1. & 2. de cõces. præb. *C. Cum in Ecclesi. de præb. in 6.* *Selu.* *Felin.* *Rebuf.* *Gonsal.* *Garc.*

Tertio, & strictè accipitur præbẽda pro fructibus beneficij, qui præbentur alicui, tanquam vni de collegio, veluti canonico ex titulo, & ratione sui canonicatus, & in hunc sensum canonia dicitur mater præbẽdę, & præbenda pendere à canonia, quia non debet canonicus carere prębenda, vt inquit text. in cap. *Relatum.* 9. in fine de præb. & in cap. *Cum super*, in fine de concess. pręb. atque ita in hũc sensum præbenda, & beneficium distinguitur, tanquam genus, & species. 31. 32.

C. Relatũ. 9. de præb. *C. Cum super de concess. præb.*

quia beneficij appellatio cõplectitur omnes alios beneficiorum titulos, ex quibus ratione officij spiritualis clericis cõpetit ius percipiendi redditus ecclesiasticos, iuxta beneficij definitionem, quam suprà quæst. 2. procem. expendimus. At verò præbenda strictè, & in specie accipitur pro iure illo, quod competit canonico ad percipiendas destributiones, & alios redditus ecclesiasticos ratione sui canonicatus; & ita intelligitur text. in d. c. *Cũ in Ecclesijs*, de præb. in 6. quatenùs prębenda ponit tanquã quid diuersũ 33.

à bene-

à beneficio: nam beneficium posuit tanquam genus, præbendam tanquã speciem quandam qualificatam, quod magis ostenditur ex text. in c. *Tua*, 32. de verb. sign. vbi dubitabatur, vtrum appellatione beneficij contineretur præbenda, & respondet Pontif. præbendas, & alia maiora beneficia contineri; sic manifestè censiens præbendam esse quandam beneficij speciem ab alijs beneficiorum speciebus distinctam, & notarunt Hostiens. Anchar. Cardin. & alij, quos refert, & sequitur Hoyeda d. c. 12. n. 1. Garc. Gõsal. & alij omnes proximè ante eos citati, Alex. Scot. verbo *præbenda*, & melius quam cæteri Rusius, & Ant. Faber proximis citatis locis. Cum ergo præbenda triplicẽ hanc inuoluat significationem, seu denominationem, non immeritò inter analoga recensentur à pluribus, quos refert, & sequitur Alex. Raudens. de analog. iur. lib. 1. & 6. n. 29. & latiùs eandem doctrinam prosequuntur, & explicant Hoyeda, Garc. Gõsal. & Rissius dictis locis.

Cap. Tua. 32. de verbo. sign. — *Hostiens. Anchar. Cardin. Garc. Gonsal. Alex. Scot Rissius. Faber.* — *Al. Raud.* — *Hoyeda. Garcia. Gonsal.*

34. Ex quibus certum est præbendam & latè, & strictè, non verò latissimè sumptam vere, ac proprie beneficium esse ecclesiasticum: probatur ex dictis iuncta vera & receptissima beneficij ecclesiastici definitione: quę licet variè & multipliciter à Doctoribus tradatur, vt latissimè refert plures, alijs improbant definitiones, Selua p. 1. q. 11. & alij adducti à Garc. d. p. 1. c. 2. à principio, & per totum, vbi tandem peiorem sequitur ex Corras. 1. p. c. 2. n. 1. & Card. Tolet. in sum. lib. 5. c. 77. dum illic definiebat beneficium esse ius percipiẽdi redditus ecclesiasticos propter officiũ ecclesiasticæ personæ cõpetens: quę valdè diminuta est, quia competit capellanis remouilibus, & vicarijs non perpetuis (vulgo *Curas*) & similibus, qui propriè non dicuntur habere beneficium ecclesiasticum, vt suprà diximus in 2. q. proœmiali §. 4. & statim dicemus, tum etiam quia ecclesiasticæ personæ potest competere ius perpetuũ percipiendi redditus ecclesiasticos, quod tamen beneficiũ ecclesiasticum proprie non sit. Etideo melius & perfectius definitur communiter beneficium ecclesiasticum, quod sit ius perpetuum, quia hoc est vnum & præcipuum requisitum substantiale beneficij ecclesiastici, vt sit perpetuum quoad ipsum accipientẽ, iuxta text. in cap. *Sanctorum*. 70. dist. ibi, *In qua Ecclesia quilibet intitulatus est ibi perpetuo perseueret*, & in cap. 1. iuncta Glossa verbo *perpetui*, de capellis monachorum lib. 6. vbi optimo simili confirmat de matrimonio carnali, iuncta regula, & ratione text. in cap. 2. de translat. prælat. cum similibus, & quæ latissime Euerard. in topicis legalib. loco 33. atque ita de essentia beneficii esse, quod sit perpetuum, quoad accipientem, meritò resoluunt Doctores cõmuniter, vt cõstat ex Staphil. Ludou. Gom. Gãbar, Duaren, Quintanad. Nau. Gonsal. & infinitis aliis relatis à Garc. d. 1. p c. 2. à n. 65. 69. 70. 78. & reliquis omnibus statim referẽdis, qui cõmunẽ sequũtur definitionẽ. Licet ipse Garc. friuolis fundamẽtis à cõmuni recedat: nã primum, quod beneficia regularia, & manualia, id est ad nutũ remouebilia sint, proprie tamẽ sunt beneficia; falsũ est ex supradictis in 2. q. proœm. & infrà dicẽdis, & contra cõmunẽ sent. ex auctorib. quos idẽ refert Garc. ibi n. 78. 35.

Selu. Garc. — *Corras. Tolet.* — *Cap. Sanctorum. 70 dist.* — *Cap. 1. de capell. monach. lib. 6.* — *Cap. 2. de transl. prælat.* — *Euerard.* — *Staphil. Lud. Gom. Gãbar. Duaren. Quintan. Nauar. Gõsal. Garc.*

n.78. Aliud verò quod beneficiũ à Papa cõcedi posit ad tẽpus, iuxta text. in cap. *Si gratiosæ*, de rescript. in 6. & quæ de materia tradit Cou. lib. 3. resolut. cap. 16. n. 2. Flamin. Parisius de confidentijs beneficior. q. 18. n. 4. nihil concludit contra nostram beneficij definitionem, & regularem beneficij naturam; cum Papa in beneficialibus omnia posit, iuxta text. in cap. *Proposuit*, de concess. præb.

Cap. Si gratiosæ, de rescript. in 6 *Cou.* *Flamin.*

36. Dixi, percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, vt ostenderem in duobus beneficium consistere; in officio scilicèt spirituali, & in iure percipiendi redditus ecclesiasticos propter illud, iuxta text. in cap. *vlt.* de rescript. in 6. vbi in hunc sensum ait, beneficium dari propter officium. Atque ita in effectu definiunt scribentes communiter, tam antiquiores, quàm recentiores, vt post eos explicant Hoied. d. 1. p. in præfatione, n. 2. Quintanad. lib. 1. c. 3. Azor tom. 2. mor. inst. lib. 3. c. 1. q. 2. Lessius de iust. lib. 2. cap. 34. à n. 1. Anton. Fabric. in praxi beneficior. in præludij p. 2. à n. 20. à qua definitione non differt longa & prolixa illa, quam tradit Pet. Gregor. syntagm. iur. lib. 17. c. 2. & rei beneficiariæ, c. 6. n. 5. Nec alia quam tradit Soar. d. lib. 4. de Simonia cap. 24. n. 1. quod sit eius perpetuum administrandi spiritualia, & percipiẽdi temporalia: licet enim enim benè explicet præcipuum in beneficio esse ius administrãdi spiritualia, & ex hoc iure dependere aliud percipiendi tẽporalia; in effectu tamen conuenit cũ communi; quæ substantiam beneficij constituit in illis tribus, quod sit ius perpetuum percipiendi ecclesiasticos redditus, propter officium spirituale.

Ca. vlt. de rescr. in 6. *Hoied.* *Quintan.* *Azor.* *Lessius.* *Fabric.* *Pe. Greg.* *Soar.*

37. Quo supposito, iam fit manifestũ: A quod præbenda siue latè, siue strictè sumpta, vere & propriè beneficium est ecclesiasticum, non ita si latissimè accipiatur: nam siue latè accipiatur pro ea parte fructuum, quæ ecclesiasticis personis datur propter officium perpetuum spirituale, siue etiam strictè, proportione, quæ datur Canonico ratione sui canonicatus; conueniunt, & reperiuntur in ea tria illa requisita, quæ ad beneficij substantiam diximus esse necessaria: at verò si latissimè B accipiatur, proportione, quæ datur laico ob aliquod temporale ministerium, deficit illud vltimum, quod competat propter spirituale officiũ. Vnde beneficium ecclesiasticum dici nõn posse benè ex communi concludit Quintanad. d. lib. 1. cap. 3. nu. 9. & reliqui omnes suprà adducti post glossam in d. cap. *Cum M.* Et per contrarium strictè sumptam prebendam venire appellatione beneficij ecclesiastici respondit Pontifex in d. cap. *Tua.* 82. de verbor. sign. tum in decisione, C tum in illis verbis, *prebenda, & alia beneficia:* dictio enim illa, *alia*, repetit eandem qualitatem, iuxta doctrinam Glossæ, verbo, *alia*, in leg. *Si fugitiui*, Cod. de seruis fugit. recepta ex Tiraquel. & infinitis alijs, quos plenè refert Gonsal. gloss. 3. à nu. 21. quibus adde Peregrin. de fideicom. art. 16. à n. 21. & plenissimè Cened. post quest. canonicas singulari 4. à principio, & per totũ, & notant in terminis Paul. de Rom. de pensionib. c. 7. n. 22. & alij D de quibus Garc. & Falcon. regul. 38. Gridensonius conf. 8t. n. 5. Gonsal. d. §. 1. nu. 3. Garc. d. p. 1. cap. 1. n. 8. & reliqui omnes supracitati post Gloss. d. verb. *receperunt*.

Quintan. *Gloss. in l. si fugitiui. C. de seru. fugit.* *Tiraq.* *Gonsal.* *Peregrin.* *Cened.* *Paul. de Rom.* *Falcon.* *Gridens.* *Garc.*

Vnde

38. Vnde apparet resolutio illius quæstionis: Vtrùm in mandatis de prouidendo, quia Pontifex iubet alicui simpliciter de beneficio prouideri, comprehendantur præbẽdę Ecclesiæ Cathedralis, quæ scilicet canonicales dicuntur? partem affirmatiuam deducunt multi ex dictis, & ex d.cap. *Tua*, vt proximè induximus, quatenùs resoluimus præbendam strictè sumptã, vere & proprie beneficium esse ecclesiasticum, atque ita ex vi talis mandati de prouidendo simpliciter de beneficio, comprehendi etiam præbendas, & de ea prouideri posse, probare videtur efficaciter text. in c. *Pro illorum*. 22. de præbend. vbi simpliciter Pontifex de beneficio prouideri mandauit; & nihilominùs decidit, prouideri potuisse ex vi talis mandati de canonicatu, & præbenda: atque ita hanc partem tenent Cardin. & alij, quos refert Garc. d. 1.p. cap. 6. num. 54.

C. Pro illorum. 12. de præb.

Cardin. Garc.

39. Contrariam tamen negatiuã partem, quod vbi Pontifex simpliciter mandat prouideri de beneficio, non contineatur præbenda canonicalis, neque de ea valeat prouideri; tenent Doctores communiter, vt testatur, & sequitur Abb. in cap. vlt. n. 6. de præbend. Felin. in cap. *In nostra*. n. 46. de rescript. Paceus de mãdatis Apostol. 5.p.nu. 105. Corras. de sacerdot. 1.p. cap. 5. n. 4. Quintanad. lib. 1. c. 3. n. 14. & eos sequitur Garc. d.cap. 6. à n. 51. Qui omnes ea ratione mouentur, quia licet canonicatus, & præbenda ex proprietate sermonis contineantur appellatione beneficiorum: Canonia & præbenda canonicalis sit honorabilior, & maximæ præeminẽtiæ, vt ex auctoritate text. in cap. *Statutum*, in principio de rescript. in 6. docet Innocent. in cap. *Sedes*, eodem tit. & omnes vbique; & mandata de prouidẽdo ambitiosa, & ideò restringenda censeantur, vt diximus in parte præced. merito ex defectu intentionis in mandato simplici, ad prouidendum de beneficio non veniunt præbendæ, canonicatus, dignitates, & alia maiora beneficia, vt decidit text. in cap. *vlt*. de prębend. & in cap. *Quanuis*. 4. vers. *Quamquam*, eo titulo in 6. Atque ita hac posteriori, & communi resolutione retenta facile soluitur primum argumentum in contrarium ex nostra principali resolutione: nam respondebis quod licet præbenda ex sermonis proprietate contineatur appellatione beneficij, non ita in materia odiosa, ex defectu intentionis. Decisio verò text. in d. cap. *Tua*, de materia agit longè diuersa, de gratia scilicet percipiendi fructus beneficiorum vacantium, quæ non ita ambitiosa est, & restringibilis, sed magis fauorabilis, vt bene explicat post Abb. & alios Paceus d. p. 5. n. 90. Ad text. vero in d.cap. *Pro illorum*, bene respondet Abb. procedere ex eo, quia non simpliciter Pontifex de beneficio prouideri mandauit, sed cum adiectione de beneficio competenti, vt ex litera apparet, quod intelligitur secundum qualitatem personę in cuius fauorem emanauit, ex notatis ad leg. *Nepos proculo*, ff. verb. sign. Vnde si canonicatum mercatur, de eo merito esse prouidendum, notat communis. 40. 41.

Abb. Felin. Paceus. Corras. Quintan. Garc.

C. Statutũ, de rescrip. in 6. Ca. Sedes, eod. tit.

Cap. vlt. de præb. C. Quãuis eod. tit. in 6.

Paceus. Abb.

L. Nepos ff. verb. sig.

42. Limitabis tamen cum eodẽ Abb. Paceo, & communi, non procedere hanc resolutionem in Ecclesia, in qua alia non sunt beneficia, nisi præbẽdę,

 tunc

tuuc enim ne mandatū maneat otiosum, & sine effectu, licet simplex sit, A vt prouideatur de beneficio, poterit de præbenda prouideri ex generali reg. text. in cap. *In his.* 30. vers. *Cum autem*, de priuileg. & quæ eius argumento tradunt Menoch. lib. 4. præsumpt. 173. n. 15. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 6. per totum, Soar. de legib. lib. 8. cap. 28. à n. 2.

Ca. In his. 30. de priuileg. Menoch. Mantic. Soar.

43. Deueniendo igitur ad canoniam resoluendum est præbendam siue latè sumptam pro quocunque ecclesiastico beneficio, siue etiam strictè, & in specie pro præbenda canonicali, ab ipsa canonia, seu canonicatu longe differre: de primo præbenda, scilicèt latè sumpta manifestum est, quia dicitur de quacunque portione redditu um ecclesiasticorum, quam clerici percipiunt ratione officij spiritualis, atque ideò rectè hæc duo stant, quod clericus percipiat præbendam in hoc sensu, & tamen canonicus non sit, vt docet Innocent. in cap. 2. In fine de institut. *Neque ad electiones, & alia canonicalia officia vocari debeat.* De secūdo præbenda scilicet strictè sumpta ostenditur, quia diximus canoniam esse matrem præbendæ, & prebendā velut filiā nasci à canonia, quod aliis verbis explicat Glossa in d. cap. *Cum M.* verbo, *receperunt*, de institut. aiens canoniam esse ius, quod peruenit ex electione, & receptione in canonicū, præbendam verò esse ius, quod prouenit ex officio canonicatus, quia ex eo quod officium gerit canonicale ei debetur præbenda, & in simili dixit text. in cap. *vlt.* de rescript. in 6. quod propter officium datur beneficium: sed breuius explicat Cardinal. *in Clementina vltim.* n. 14. de præbend. dum

Cap. 2. de institut.

Clemētin. vlt. de prebend.

ait, canoniam esse ipsum officium spirituale, ad canonicum pertinens, scilicet canere in choro, propter quod in ipso choro datur stallus, & vocem ferre in capitulo; at verò præbendam esse ius ab eo officio spirituali depēdens ad percipiendos ecclesiasticos redditus; sequuntur eandem resolutionem Doctores communiter in eodem cap. *Cum M.* teste Hoyed. de incōpatibilit. 1 p. c. 12. n. 1. Quintanad. lib. 4. n. 119. latè Gonsal. Gloss. 5. §. 1. à num. 15.

Hoied. Quintan. Gonsal.

B Vnde consequēter deducitur, quod licet præbenda canonicalis, quatenùs canonicatui annexa est vere & proprie beneficium sit ecclesiasticum, quia ei competunt ea omnia, quę veram, & perfectam beneficii substantiam constituunt, vt suprà explicauimus, ita è conuerso canonicatus si præbenda careat beneficium ecclesiasticum dici non potest, siquidē deficit vna ex pluribus, quam diximus ad beneficii substantiam esse necessariam, ius scilicet percipiendi reddi- C tus ecclesiasticos, atque ita videtur expresse probare text. in cap. *In nostra.* 32. de rescript. ibi, *Aliquando in alijs recepti, licet non dum in eis ecclesiasticum beneficium sint assequuti.* Aperrè enim agit de illis, qui ex vi mandati Apostolici in canonicos iam fuerunt recepti, & tamen clarè ait adhuc beneficium ecclesiasticum assequutos non esse, ergo probat canonicos, qui præbendam non habent, beneficium ecclesiasticum non habere, notauit D Abb. ibi notabili 2. Barbat. n. 28. Felin. in principio, & multis rationibus, latè comprobat Rota noua. 26. à principio, & per totam de præbendis, & post eam Anton. Fabric. in praxi, & theori-

44.

Cap. In nostra. 32. de rescript.

Abb. Barbat. Felin. Rota. Fabric.

theorica beneficior.tit.de titulo,& in titulatione n.9. & n.21. & n.34. cum sequentibus.

45. *Ca. Dilectus.19.de præb.* Cui tamen resolutioni grauiter obstat text.in cap.*Dilectus*.19. in fine de præbend.dum expresse probat recepto in canonicum, antequam ei præbenda conferatur quandiu præbendã expectat, distributiones quotidianas, sine diminutione qualibet esse assignandas, vbi notauit Innoc. *Innoc. Abb. Bern.Diaz. Hoyed.* Abb.& alij communiter, vt post Bernardum Diaz, & alios, testatur Hoyeda d.cap.12.n.7.facit text.optimus in eodem cap. *cum M.* de constitut. vbi receptis quinque in Canonicos sine præbendis decidit Pontifex super excrescentes redditus esse assignandos; comendant Doctores communiter ibi, & post Abb. nu.29.notat, & latè *Ripa.* explicat Ripa ibi n. 186. ergo Canonici,qui præbendam non habent, nõ ideò dicendi sunt, non habere beneficium ecclesiasticum, quia redditus ecclesiasticos non percipiunt. Imò ex hac ipsa ratione,& quia Canonici sine præbenda,nomine, titulo,& honore,& commodo canonici sunt,verè beneficiatos esse, beneficium habere, & canonicatum sine præbenda venire appellatione beneficij contẽ*Archid.* dunt Archid.& alij antiquiores, quos refert, & latè explicat Rota d. decis. *Rota. Roman.* 26.à num.5. Ludouic.Roman.& alij, quos sequitur additio ad Abb. d. notab. 2. & secure tradit, licet non ita explicet ex alijs Flamin. de resignat. *Flamin.* lib.2.q.1.n.102.

46. Neque vim argumenti effugiunt Doctores, dum ad varias distinctiones,& solutiones recurrunt, quas latè prosequitur ex antiquioribus An*Fabric.* ton.Fabric.vbi proximè à nu.24. aliquando negantes absolutè supernu- A merarios,dum prębenda carent, frui commodo aliquo, vel honore, argumento text. in *l.* 1. §. *Quod autem.* C. de Collegiatis lib. 11. & quæ eius argumento post Bart. & alios notauit Anton. Corcet. singulari verbo supernumerarius: alij verò concedunt distributionibus frui posse in Ecclesiis,vbi non est certus Canonicorum numerus, & præbendarum, non ita vbi numerus earum fuerit distinctus; qui apertè loquuntur contra d. cap. B *cum M.* vt contra Rotam benè expędit Fabric.eod.n.24. vbi nu.25. benè improbat aliorum distinctionem inter receptos mandato, & authoritate sedis Apostolicæ; & inter receptos sola capituli auctoritate: alii tandem contendunt, quod licet simpliciter admittamus hos gaudere distributionibus quotidianis,non ideò sequitur,vere esse beneficiatos; quia distributiones illas capiunt, non ratione canonicatus, aut tituli beneficialis, C sed propter impensas operas, & ratione seruitij; seu interessentiæ personalis,iuxta text. in cap.*vlt.*de pręb. & in cap. *vnico* de clericis non resid. lib.6.cum aliis, de quibus Cou.lib.3. resolut.cap.16.n.1.Gutier.canon.lib. 2.cap.15.n.9. & 12. ita Rota n.1. Fabric.n.35. proximè citatis locis. Sed conuincitur, quia licet distributiones dentur solùm interessentibus, labor tamen hic,& interessentia titulum ipsum canonię necessario supponit,neque enim cuilibet interessenti, sed D canonicis interessentibus pręstantur, & ideò tanquam principale fundamẽtum percipiendi distributiones,considerant Pontifices in d.cap. *cum M.* & in d.cap. *Dilectus*,quod in Canonicos

L.1.C. de Colleg. lib. 11.

Cap. vlt. de præb. Cap.vnic. de cler. nõ resid. Cou. Gutier. Rota. Fabric.

cos recepti sunt. Minus etiam satisfacit alia solutio, quam idem Fabric. excogitauit, quod canonicatus sine præbenda, ius perpetuum non tribuit, quippe quod adepta præbenda extinguatur, seu cum iure nouo præbendæ inhærenti commutetur; hoc enim totum negamus, quia veritas est titulum canoniæ perpetuum esse, quod cum recepto in canonicum nascitur, & desinit cum defuncto, vt ait

C. *Dilecto de præb.* text. in cap. *Dilecto*. 25. vers. *Præterea*, de præbend. superueniens verò præbenda non nouum titulum inducit, neque operatur, vt de titulo ad titulũ transeat Canonicus, sed ius præbet ad percipiendos redditus cum integritate præbendæ, & totius iuris canonicalis, vt suprà ostendimus.

47. *Cap. In nostra.* Ad text. verò qui magis vrgere videbatur in d. c. *In nostra*, dum probat receptos fuisse illos quinque in Canonicos, & tamen adhùc beneficium ecclesiasticum assequutos non esse, respondetur non negare Pontificem receptos in canonicos vere esse beneficiatos, sed nomine beneficii vtitur pro præbenda: nam hæc duo sinonima esse diximus suprà in principio, vt sit sensus receptos esse in canonicos, sed adhuc præbendam non esse assequutos, vt apertiùs explicat text. in d. cap. *Dilectus*. 19. de præb. ibi, *Receptus in canonicum præbẽda beneficio defraudetur*, quasi id quod in d. cap. *In nostra*, simpliciter beneficium dicit, idem sit atque præbendæ beneficium, iuncto d. cap. *Relatum*, de præbend. & d. cap. *Cum super*, de conceſs. præbend. vbi simpliciter dicitur, quod receptus in Canonicum præbenda carere non debet, vnde apparet præbendam aliquando, aliquando præbendæ beneficiũ, aliquando simpliciter beneficium hoc ipsum appellari.

48. *Cap. Statutum. de rescript. in 6.* Et hinc iam apparet rectè Doctores communiter ad cap. *Statutum*, in principio de rescript. in 6. adnotasse canonicum, etiam si prębenda careat delegatum sedis Apostol. fieri posse, quia si verè canonicus est nomine, honore, pręeminentia, & commodo, vt diximus, nihil impedit, quod delegatus sedis Apostolicæ esse valeat, iuxta decisionem text. in eodem cap. *Statutum*. Ex quo notant Ioan. Andr. & Anchar. quos refert, & sequitur dicta decisio Rotæ. 26. n. 5. in fine. Staphil. de lit. grat. tit. de formis expectatiuar. form. 1. n. 2. & 5. comprobat latè Ludou. Gom. de expectatiuis, n. 38. imò licet daremus sine præbenda verum non esse beneficiarium, neq; distributionibus quotidianis gaudere, nihil id poterit impedire effectum illum delegationis Apostol. quando procedit ex commodo prębendę, sed ex preeminentia, & honore canonię, quæ sine præbenda perfecte canonicum obtinere resoluunt omnes proxime citati, & bene considerat præ alijs Gomez à n. 33. licet canonicum non esse scribat Lel. Zech. de Repub. Eccles. tit. 24. quę de Canonicis scripsit n. 2. ad medium. *Ioan. And. Anchar. Rota. Staphil. Lud. Gom. Zech.*

49. Hinc etiam retenta nostra sententia contra communem rectè sequitur falsum docere eos, qui tenent canonicos, dum præbendam non habent non teneri ad horas canonicas recitandas, vt post Roman. & Cardinal. post alios benè infert Azor. p. 2. lib. 3. cap. 11. q. 4. & 5. Nam cum ex dictis constet vere beneficiarios esse, licet præbenda careant, à recitandis horis cano- *Roman. Cardin. Azor.*

canonicis minime debeant excusari ex resolutis suprà.

50. Dixi hæc procedere attento rigore disputationis, quia ex consuetudine iam receptum esse, testantur Rota, Staphil. & Gom. proximè citatis locis, quos sequitur Zerola in praxi, verb. *beneficia*, §. *Ad dignitatem*, vers. *præbenda*, canonicos sine præbenda, neque veros esse canonicos, neque vllo honore, aut commodo distributionum gaudere, neque subindè delegatos Apostolicos constitui posse, aut in vsu esse. Quibus suppositis sequitur consequenter verè non esse beneficiarios, & supposita tali consuetudine intellige procedere opinionem negatiuam, quod canonicus sine præbenda beneficium non habet, licet eius auctores ex rigore iuris eam defendere nitantur.

Rota. Staphil. Gom. Zerola.

DISPVTATIO XIII.

De dignitatibus non cathedralibus.

Extra Ecclesias verò cathedrales nonnullæ etiam reperiuntur dignitates Ecclesiasticæ, de quibus erit præsens disputatio.

§. I.
De Prioribus.

SVMMARIVM.

1 *Priores in duplici sunt differentia.*
2 *Qui dicantur Priores seculares?*
3 *Priores regulares aut sunt conuentuales, aut claustrales.*
4 *An Priores conuentuales, atque seculares propriè dignitatem habeant?*
5 *Vtrùm Priores huiusmodi iudices de legati constitui possint?*

A

De Prioribus fit frequens mentio in iure, vt in capit. *Cum Vituriensis*. 25. cap. *Cum causam*. 27. cap. *Sacrosancta*. 51. de electione, & in cap. *Nisi essent*, de præbend. & in duplici sunt differentia, seculares alij, alij regulares: seculares sunt personæ principales, quę in Collegiatis Ecclesijs toti præsunt Canonicorum collegio, vt colligitur ex subscriptione text. in cap. vltim. de Maiorit. & in nostra Lusitania manifesta sunt exempla in Prioribus de *Ourem*, *Guimarães*, *Valença*, & similibus, & illos solos non alios, qui Ecclesijs præsunt non collegiatis dignitates esse comprobant Doctores cōmuniter, vt constat ex adductis à Fuluio Patian. d. cap. 16. à n. 65. 1.

C. Cum Viturtensis. Cap. Cum causam. Ca. Sacrosancta de electione. C. Nisi essent depræbena.

B 2.

Patian.

Regulares autem in duplici reperiuntur differentia alij sunt Conuentuales; alij Claustrales: Conuentuales sunt, qui Ecclesijs regularibus conuentum habentibus præficiuntur, ita vt nullus ibi alius dignior, aut superior sit; de quibus agit text. in *Clemētin*. §. *Caterum*, de stat. monach. Claustrales sunt, qui post Abbatem, seu Priorem principalem eidem conuētui præficiuntur, vt potestate, & opera eorum intra claustrum, velut priorum Vicarii, res communes gubernent: vnde multi, *Vigairos*, appellant; de quibus agit text. in cap. *Cum ad monasterium*, versic. *Prior*, eodem tit. de stat. monach. de vtrisque etiã agit textus notabilis in *Clementina*. 2. de rescript. ex quo iuncta Glossa, verbo *Conuentualem*, deducitur Priores conuentuales, atque sæculares dignitatē propriè 3.

C

Clemētin. §. cater. de stat. mon.

C. Cum ad monaster. de stat. monach.

D

Clemēt. 2. de rescrip.

4 propriè gerere, & subindè Iudices delegatos cōstitui posse, non ita claustrales, explicat post alios Rebuff. d. titul. sæculare beneficium quotuplex à n.4. & tit. regularia beneficia à n.2. Petrus Gregor. d. libr. 15. cap. 18. à principio, Azor dicto lib. 3. cap. 20. latè Antonius Fabricius titulo de beneficijs cum dignitate à nu. 36. cum sequentibus.

Rebuf. *Pet.Greg.* *Azor.* 5. *Fabric.*

§. II.
De Abbatibus.

SVMMARIVM.

1 *Abbates vnde dicantur?*
2 *Abbates non solùm in monasterijs, sed etiam in sæcularibus Ecclesijs reperiuntur.*
3 *Quibus modis reperiantur Abbates in sæcularibus Ecclesijs.*
4 *Abbates in dignitate sunt constituti.*
5 *De dignitatum proprietate est quod sit administratio rei ecclesiasticæ cū iurisdictione.*

1. DE origine, & ethymologia Abbatum, inquiunt Doctores tractantes, quod ex nomine Hebraico *Abbà*, id est Pater, venerationis causa cœperint appellari, & ideò etiam *Archimādritæ* dicerentur, vt ait text. in l. *Nos reddentes*, §. *Omnes*, C. de Sum. Trinit. quia Tyranorum metu in eremum ad siluarum speluncas fugiebant: latè explicant Petrus Gregorius d. lib. 15. cap. 13. à principio, Zechius titul. 25. à n. 1. Fabricius titul. de Maioribus, & minor. benef. à n. 54. vbi à n. 56. rectè aduertit non esse existimandum Abbates in monasterijs duntaxàt reperiri: nam etiam in sæcularibus Ecclesijs extant, vt probat text. in cap. *Ex transmissa*, de Renunciatione. Ex quo ita notauit Rebuffus d. titul. sæculare beneficium quotuplex, num. 5. & latè Azor d. lib. 3. c. 19. per totū. Zechius vbi proximè n. 2. id, quod tribus modis contingere, notant ijdem Auctores, vel quando Ecclesia est collegiata, qui enim ei præficitur, aliquando Prior (vt diximus) nuncupatur, aliquando Abbas, vt per Azor, vbi proximè, vel etiam reperiuntur in aliquibus cathedralibus, vt de Toletana testatur idem Azor, quos inquit nulli præesse Collegio, sed tamen in concessu, & comitatibus prærogatiuam obtinere, atque etiam dignitatis nomen retinere, quod ex eo factum putat, quod huiusmodi Ecclesiæ de regularibus, & conuentualibus monachorum, in cathedrales demigrarunt. Abbatiæ nomine adhuc retento, vel tertio quando Ecclesia regularis sæcularisatur, id est, fit sæcularis, & regularis esse desinit; remanent enim ibi pristini status reliquiæ, & cum illis Abbatis nomen, & dignitas, vt de pluribus Franciæ Ecclesijs testatur, & arestis supremi senatus confirmat Fabricius n. 57. cum sequentibus, iuncta litera S. proximè citato loco.

L. Nos reddentes, C. de Summa Trin. *Pet.Greg.* *Zechius.* *Fabric.* 2. *C. Extrā missa de renunciat.* *Rebuf.* *Azor.* *Zech.* 3. *Fabric.*

4 Vnde dubitandum non est Abbates in dignitate esse cōstitutos, quod de regularibus, qui scilicet monachorum Collegio præsunt, ex dictis manifestū est, cum illi proprie sint, quos nullus alius præcedit, sed Priores ipsos, quos claustrales diximus, præcedunt, vt probat text. in eodem cap. *Cum ad monasterium*, versic. *Prior*, & iurisdictionem habent in suos monachos plenam, quoad ea, quæ regularē obseruan-

C. Cum ad monaster.

obseruantiam respiciunt, vt probat text. vbi notant omnes in cap. *Quanto*, de officio ordinarij, atque ideò cōueniunt, omnia de dignitatum proprietate; diximus, quod sit administratio rei ecclesiasticæ cum iurisdictione, & in terminis probat text. in cap. *Si quis deinceps*, ibi, *Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus*. 16 q. 7. & in cap. *Vt Apostolica*, de priuilegijs in 6. Ex quibus, & Glossa vltima in fine in cap. *Exposuisti*, de corpore vitiatis, resoluunt Doctores communiter, vt post Seluam de benef. p. 1. q. 2. nu. 81. late comprobat Patian. d. cap. 27. à n. 84. cum sequentibus, contrarijs argumentis plenè satisfaciens: & de eorum auctoritate, & iurisdictione vide Germonium lib. 3. de sacrorum immunitat. cap. 9. per totum, & Soar. 4. tomo de Religione, vbi latè de Abbatibus loquitur, multa eleganter disputans ad eorum munus, auctoritatem, & iurisdictionem pertinentia.

C. Si quis deincept. 16. q. 7. *C. Vt Apostolica, de priuil. in 6.* *Glos. vlt.* *Selu.* *Germon.* *Soar.*

§. III.
De Plebanis.

SVMMARIVM.

1 *Plebanus quis dicatur?*
2 *Plebanus sine beneficio non datur.*
3 *Quæ sit Capella, & quid plebania?*
4 *Vtrùm plebani dignitatem gerere dicantur?*
5 *Plebanis competit iurisdictio fori pœnitentialis.*
6 *Multi sunt qui existimant Plebanum dignitatem habere.*
7 *An plebani subditos excommunicare possint?*
8 *Plebani nisi Ecclesiæ præsint collegiatæ dignitatem non obtinent.*

A Plebanus, qui, & Archipresbyter ruralis, aut curio, vel decanus dicitur in cap. *vlt.* de officio Archid. & in cap. *fin.* ne clerici, vel monachi, & in cap. 1. eodem tit. in 6. & in Conc. Tridēt. sess. 5. cap. 2. est, qui habet sub se capellas, in quibus clerici perpetui instituuntur, & subsunt plebano; & ab eo sacramenta accipiunt, & eius Ecclesia dicitur plebania, d. cap. 1. eodē in 6. Vnde notabis, quod vt quis dicatur plebanus non sufficit, vt habeat B altaria in Ecclesia propria, etiā quod dentur in titulum, & sint beneficia Ecclesiastica, & in perpetuum concedantur clericis, in eis institutis, cum sic dicantur Capellaniæ, & non Capellæ, vt dicit Rebuf. tit. sæculare beneficium n. 14. & Zechius d. c. 27. n. 2. Sed oportet, vt sic Ecclesia, & corpus per se subditum ipsi plebano, sic enim dicitur Capella, vt existimant præcitati Doctores. Secundò oportet, vt in ea clerici perpetui instituantur, vt C dicitur in d. cap. 1. Et est probabile, quod debeant esse, etiam curatæ, cum à plebano percipere debeant sacramenta. 1. 2. 3.

Ca. vlt. de offic. Archid. *Ca. vlt. ne cleric. vel monach.* *Cap. 1. eodem in 6.* *Trid.* *Rebuf.* *Zech.*

Hinc resoluenda est quæstio inter nos satis agitata: Vtrùm plebani dignitatem gerere dicantur? & communiter constituunt Doctores in dignitate non esse, quia illi propriè sunt (vt suprà diximus) qui præficiuntur plebibus, seu Ecclesiæ habentibus sub se alias capellas, vel inferiores Ecclesias, vt colligitur ex c. 1. de capell. monac. D In 6. & ex d. cap. 1. ne cler. vel monac. eodē. Ex quibus deducitur plebanis solam competere iurisdictionem fori pœnitētialis, vt parochis, & ideò à parochis non distingui, scribit Ioannes 4.

Cap. 1. de capel. monach. in 6. *Ioan. Philes.*

5. Philesacus in tractatu de parecia, cap. 3. pagina 59. ac subindè cum non habeat iurisdictionem fori contentiosi non possunt dici in dignitate constituti ex dictis; quia differentia illa, quod parochus vni præest Ecclesiæ, plebanus pluribus, nullam in substantia constituit differentiam ex notatis per Fabricium titulo de beneficijs in cathedrali, numer. 33. Ex quibus, & ex text. In cap. *Quod Dei timorem*, de statu monachorum, vbi plebani officium appellat dignitatem non esse, latè comprobat Patian. d. cap. 27. à nu. 59. Azor d. cap. 21. q. 1. & 4. nisi fortè Ecclesia, cui præest sub se capellas habeat, & in simul collegiata sit, vt ex Dominico, & Franco, & Federico explicat Patian. n. 62.

Fabric. *Cap. Quod Dei timorem. de statu monac.* *Patian.* *Azor.*

6. Verum cōtrariam sententiā, quod plebanus licet in Ecclesia collegiata nō sit dignitatē habere dicatur ex Ioāne Monacho, docuit additio Gloss. verbo, *Capellas*, in dicto cap. 1. *Ne clerici, vel monachi* in 6. & post eam Petrus Gregor. dicto libr. 15. cap. 24. n. 13. & post Lambertin. de iure patronatus, lib. 1. p. 1. quæstion. 11. artic. 4. Zechius cap. 27. à principio; pro quibus facit, quia plebani non solùm videntur habere curam plebis in foro pœnitentiali, sed maiorem honorem, & præeminentiam, atque etiam iurisdictionem fori exterioris, & ideò sibi subditos excommunicare possunt, vt probat text. in cap. *Cum ab Ecclesiarum prælatis*, de officio ordinarij; & parochis simplicibus maiores sunt; ideoque non valere impetrationem plebaniæ, in qua simpliciter declaratur esse curatum beneficium, docet Rebuffus in praxi, 3. p. signaturæ, verbo etiā situationis, n. 7.

Pet. Greg. *Lambert.* *Zech.*

7.

Rebuf.

A Quibus non obstantibus à priori sententia non est recedendum, quod scilicèt plebani, nisi Ecclesiæ præsint collegiatæ dignitatem non obtinent, quamuis enim plus honoris habeant, & pœnitentiæ, quam simplices parochi, eo quod pluribus præsunt Ecclesijs, & Capellas sub se habent; hoc non pertinet ad rationem dignitatis, nisi iure aliquo speciali iurisdictionē fori contentiosi in clericos, & parochianos suos exerceant, & ideò ex consuetudine in dignitate positi censeantur. B Ad textum in dicto capite *Cum ab Ecclesiarum*, respondetur non constare ex litera, quænam fuerit Ecclesia illa Sancti Petri, de qua ibi, neque text. decidere plebanum illum iure communi excommunicationem proferre potuisse, sed tantùm supponere ab eo prolatam, ac subindè terminos habiles supponere possumus, cum textus id principaliter non decidat, quod scilicet, vel Ecclesia erat collegiata; vel quod iuris- C dictio speciali iure ei competebat, vt de Archidiacono agentes pro concordia text. in cap. *Archidiaconis*, de officio Archidiacon. cū text. in cap. *Romana*, de sententia excommunic. in 6. suprà notauimus; atque ita text. interpretatur ipse Zechius, licet contrariam sequatur sententiam, vbi proximè numer. 3. atque etiam veteres præceptores nostri. Circa tamen potestatem, & prærogatiuam plebani, vide Zechium dicto cap. 27. vbi plura plebanis de iure concessa refert; sed D tamen, quia consuetudo dat, & adimit iurisdictionem, standum erit consuetudini, vt dicit Zechius, & Abb. d. cap. 27. 8.

Cap. Cum ab Ecclesiarum. *C. Archidiacon. de offic. Archid.* *C. Romana de sent. excom. in 6.* *Zech.* *Abb.*

DISPV-

DISPVTATIO XIIII.

De Beneficiarijs.

POst dignitates in nostra Ecclesiastica Hierarchia immediatè operæ pretium duxi agere de gradibus, qui ratione beneficij in Ecclesia militante locum habent, vt ex his omnibus cõstet, quàm perfectus sit hierarchici ordinis principatus.

§. I.

De diuisione beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ecclesiastica, alia sunt sæcularia, alia regularia.*
2 *Quæ dicantur sæcularia?*
3 *In dubio beneficium sæculare est præsumendum.*
4 *Impetrans beneficium tanquam sæculare non astringitur ad probationem huius qualitatis.*
5 *Opinio Patiani in hac quæst. refertur.*
6 *Dicenti se liberum, vel dicenti seruum incumbit probatio.*
7 *Sententia Patiani respondetur.*
8 *Quando possessioni repugnat primæua natura ipsius rei, de qua agitur, possessio non transfert onus probationis in aduersarium.*
9 *Quomodo opinio Patiani in rigore disputationis defendi posset.*
10 *An beneficia de sæcularibus regularia fiant?*

1. PRo plena huius disputationis cognitione, primo loco agendum duximus de diuisione beneficiorum, vt hinc appareat, quinam ratione beneficij locum habeant in nostra Ecclesiastica
A Hierarchia? Quare sciendum est Doctores omnes constituere summam omnium beneficiorum diuisionẽ esse, quod alia sunt sæcularia, alia regularia; sæcularia sunt, quæ sęcularibus,
regularia, quæ regularibus conferri 2.
consueuerunt, vt deducitur ex text.
in cap. *Cum de beneficio.* 5. & in c. *Cum singula.* 32. de præbend. in 6. *Clement.* 1. de supplẽda negl. præl. & in *Clemẽt.* 1. de electione, consonat Tridẽt. sess. 14. de reform. c. 10. explicant Rebuf.
B in praxi, tit. quotuplex beneficium sit cum duobus sequentibus, & plures alij, quos refert Hoyeda de incompatibilitate beneficiorũ. 1. p. c. 24. à n. 92. Zechius titul. de beneficiatis, n. 2. Quintanaduen. lib. 1. c. 4. à n. 14. Gõsales ad Regulam. 8. glossa 7. à principio, & post Corras. Petrum Gregorium, Zerolam, & alios plenè Garcia de beneficijs 1. p. c. 6 à n. 11. & p. 7. c. 10. à principio, Azor d. lib. 3. c. 1. q. 4. Anton. Fabric. titulo de sæculari, & regul. benefic. per totum; qui omnes 3.
C notant in dubio beneficium sæculare esse præsumendum, & ideò impetrantem beneficium, tanquam sæculare non astringi ad probationem huius qualitatis, sed à probationis onere releuari, cum pro se habeat iuris communis pręsumptionem constanter resoluunt; cuius præsumptionis
eam afferunt rationem; quià cum D. 4.
Petrus omnium beneficiorũ titulos instituerit, & ipse non regularis, sed sæcularis fuerit; talia præsumuntur
D beneficia omnia, qualis fuit eorum Auctor; & deindè quia beneficia de sæcularibus conuertuntur in regularia, non è conuerso, ac subindè apparet primæuam omnium beneficiorũ esse,

Cap. Cum de benefic. C. Cum singula de præben. in 6. Clem. 1. de supp. negl. prælat. Clem. 1. de elect. Trid. Rebuf. Hoyed. Zech. Quintan. Gonsal. Corrat. Garc. Azor. Fabric.

Rota noua Rebuf. Garc. Fabric. Mascard. Marcsc. Patian. esse, quod sæcularia, vt decidit Rota noua 2. n. 2. de præbend. referunt, & sequuntur Rebuffus n. 3. Garcia c. 10. in princip. Fabricius n. 7. proximè citatis locis, & post Mascard. de probat. conclus. 172. per totam, Hercules Marescot. variarum resolut. lib. 2. cap. 1. n. 97. fatetur communem Patian. de probat. lib. 2. cap. 31. n. 6. licet ipse à nu. 8. ibi contendat in dubio, neque pro sæculari, neque pro regulari esse
5. præsumendum; sed ad vltimum statũ beneficij esse respiciẽdum, quia cum ex natura sua, vel sæculare, vel regulare esse possit, non videtur magis pro vno, quàm pro alio præsumendum, sed ei, qui sæculare dicit, vel regulare incumbit probatio, iuxta regulam l. 2. ff. de probationibus cum vulgaribus; confirmat deinde, quia dicenti se liberum, vel dicenti seruũ incumbit probatio, non alia ratione, quam quia vel liber, vel seruus nasci potuit, ac subindè attenditur status,
6. vel possessio, in qua de præsenti reperitur, vt scilicet seruus præsumatur, si in statu seruitutis, vel liber si in statu libertatis existit, l. *Liberis*, §. *vltim.* ff. liberali causa cum similibus, quæ latè adducit, & explicat Patianus d. lib. 2. cap. 20. Mascard. de probat. cõclus. 868. à n. 4. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 55. n. 25. iunctis resolutis per Barbos. in l. Titia, n. 12. solut. matrimonio. Verum retenta
7. communi, ad argumenta Fuluii Patiani potest responderi, quod si appareat de possessione, & statu rei, iam non sumus in dubio, cum possessio, onus probãdi in aduersarium transferre soleat, & tamen communis sententiæ Auctores hoc dubium supponant.
8. Deindè respõdetur hanc ipsam

L. 2. ff. de prob. L. liberis, ff. lib. cau. Patian. Mascar. Menoch. Barb.

A regulã, quod possessio transfert onus probandi in aduersarium, non procedere quãdo possessioni repugnat primæua natura ipsius rei, de qua agitur, vt in exemplo seruitutum realium, iuxta textum in lege *Altius*, C. de seruitutibus, resoluunt Doctores communiter ex Mascard. conclus. 1304. & fatetur latè comprobans idem Patianus d. cap. 20. à n. 6. Cum igitur ex dictis, omne beneficium ex primæua institutione sæculare sit, merito si de contraria institutione non appareat,
B vel legitima præscriptio completa sit, possessio non sufficit, vt regulare præsumatur.

L. Altius, C. de seru. Mascard. Patian.

Admitto tamen difficile non esse in rigore disputationis defendere resolutionem Patiani, si dicamus nullo iure, neque efficaci ratione probari primæuam beneficiorum omniũ institutionem esse, quod sæcularia sint; tunc quia difficultate nõ caret, quod prima beneficiorum creatio, & institutio à D. Petro incepit. Deindè, quia
C eo dato, parùm concluderet argum. deductum ex eo Apostolorum tempore, quo omnes clerici communem vitam degebant, certa quadã regula, velut monachi obstricti sub vno prælato, nihil habentes proprium, iuxta text. in c. *Dilectissimis*. 12. q. 1. & ideò omnes clericos secundum ea tempora regulares fuisse comprobat latè Quintanadu. lib. 4. à n. 33. Vnde iam argumentum hoc ex primæua illa institutione beneficiorum minimè excludit sæcularia esse præsumenda, sed
D fortassis, & magis contrariũ. Negari etiam potest secunda ratio, quod beneficia de sæcularibus regularia fiunt non è contra: nam contrarium constat, ex text. in d. cap. *Cum de beneficio*, & ex- 9.

Ca. Dilectissimis. 12. q. 1. Quintan. Cap. Cum de benefic.

& experientia apud nos satis manifestum est, quod beneficia, quæ regularia erant ex institutione sua, & monasteria celeberrima, iam hodie sæcularisata sunt, & ad vnius Abbatis sæcularis curam redacta, & de Francia testatur Fabricius dicto n.57. litera S, quem vide. *Fabric.*

§. II.
De principalioribus beneficijs, seu de principalibus beneficiarijs.

SVMMARIVM.

1 *Papatus inter omnia beneficia primũ locum obtinet.*
2 *Papa canonicè non institutus à Concilio deijcitur de sede.*
3 *Quæ exceptio admittatur contra electionem Summi Pontificis.*
4 *Quæ dignitates beneficiorum nomine contineantur, ex nominis proprietate.*
5 *A principio nascentis Ecclesiæ omnes fideles vitam communem degebant.*
6 *Quo tempore laici, & clerici ab hac vita recesserunt?*
7 *Papatus, id est Summi Pontif. dignitas diuina lege, & ore dominico institutus fuit in persona B. Petri.*
8 *Episcopi ex diuina institutione dignitatem recipiunt.*
9 *Papatum, & Episcopatum esse vere beneficia ecclesiastica, probatur.*
10 *Sicut beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad episcopatum, ita etiam vacãt per adeptionem sum. Pontificatus.*
11 *Papa renunciare potest Papatui.*
12 *Sicut residentia Episcoporum de iure diuino est, ita etiam iuris diuini præcepto Papa Romæ residere tenetur.*
13 *Beneficij definitio.*
14 *Illustrissimi Romanæ Ecclesiæ Cardinales, verè & propriè beneficia ecclesiastica obtinent.*
15 *Cardinales tenentur ad residentiam in suis titulis.*
16 *Per assecutionem Cardinalitiæ dignitatis vacant beneficia omnia.*
17 *Cardinales tenentur ad horas canonicas, & reliquos effectus, qui profluunt ex eo quod sit beneficium ecclesiasticum.*
18 *Explicatur opinio Rusei, dum asserit Cardinalem non beneficium, sed officium tantùm obtinere.*

Vt appareat, qui nam ratione beneficij locum habeãt in Ecclesiastica Hierarchia, ad singulorum beneficiorũ species deueniemus, & primò subinfertur Papatum, quẽ inter omnia beneficia primum locum obtinere notant omnes per textum ibi in cap. 1. de maledicis. ibi, *depressionem officij, & beneficij nostri*, quem ad hanc conclusionem celebrat Andreas Siculus in *Clemẽt. gratia. notabili.* 2. de Rescriptis, & post Angel. in summa, verb. *Beneficium*, Selua de beneficio 1.p.q.2. à n. 26 Hoyeda d. 1.p.c.1.n.2. Flamin. de resignatione lib.2.q.1. à n.5. Patian. d.lib.2.c.28.n.56. Gõsal. gloss.5 n.61. Fabricius tit. de Maiorib. & minorib. beneficijs, n.22. Hinc notantes regulam primam in 6. quod beneficium ecclesiasticum sine Canonica institutione obtineri non potest, procedere etiam in Papa, qui si canonicè non fuerit institutus à Cõcilio dijicitur de sede, vt notauit Glossa. 1. per text. ibi in c. *Si duo.* 79. dist. & ostenditur, quia licet nullam exceptionem contra Sũmi Põtificis Canonicam electionem admit- 1. 2.

Cap. 1. de maledic. *Andr. Sicul.* *Angel.* *Selua.* *Hoyed.* *Flamin.* *Gonsal.* *Fabric.* *Gloss. cap. Si duo. 79. dist.*

C. Licet de elect.

admitti posse decidat text. in cap. *Licet.* 6. versic. *Statuimus*, de electione, admittitur tamẽ ea de electione non Canonica, veluti quia à duabus partibus Cardinalium eligentium facta non est, vt pro forma ponit text. in cap. *Licet*, & explicat text. in cap. *Vbi periculum*, eodem tit. in 6. & in *Clementina Ne Romani*, eodem titulo; & latissimè materiam prosequuntur Iacobatius Cardinalis de Concilio lib. 3. art. 1. pag. 145. cum sequẽtibus, Cardin. Bellarmin. tom. 1. tract. de clericis lib. 1. c. 9. cum sequentibus, Petrus Gregor. ad titul. de electione, cap. 14. nu. 9. Latiùs, & melius quàm omnes Azor tom. 2. lib. 4. c. 5. q. 2. & 7. & per totum latè comprobans post Cardinalem Albanum de Cardinalib. q. 31. potuisse Papam, & Ecclesiam tradere formam eligendi Summum Pontificem, sine qua electio facta nõ valeat, vt in prædictis iuribus.

C. Vbi periculum de elect. in 6. Clem. Ne Roman. eodem tit. Iacobat. Bellarm. Pet. Greg. Azor.

4. De alijs verò dignitatibus, quod similiter beneficiorum nomine continentur ex nominis proprietate, licet ex defectu intentionis aliquando non veniant præcipuè in materia odiosa per textum in cap. *vlt.* de præbendis. & in d. cap. *Quamuis*, versic. *Quanquam*, eodem tit. in 6. satis manifestum est ex ijs, quæ de singulis dignitatibus diximus, & notauit Glossa 1. in d. *regula.* 1. lib. 6. & latè prosequũtur Selua d. 1. p. q. 2. n. 28. & q. 3. ferè per totam, Flamin. d. lib. 2. q. 1. à nu. 54. Quintanadu. lib. 1. c. 4. à n. 6. & de communi testatur Hoyeda d. 1. p. c. 24. nu. 64 Azor d. libr. 3. cap. 1. q. 5. & alij congesti à Garcia d. 1. p. c. 6. n. 37. cum sequentibus, latè Fabricius d. titul. de Maior. & minor. benef. à principio.

Cap. vlt. de præb. C. Quãuis eod. tit. in 6. Gloss. reg. 1. lib. 6. Selu. Flamin. Quintan. Hoyed. Azor. Garc. Fabric.

Verùm contra hanc resolutionem 5.
A obstat non leuiter, quia constat beneficiorum titulos longo interuallo post Apostolorum tempora inuentos, & institutos fuisse: primus enim locus, & nullus alius antiquior reperitur in quo ponatur vox hæc, beneficium Ecclesiasticum, in hac, qua vtimur significatione, est Concilium Maguntiacum relatum in cap. 1. de Ecclesijs ædificandis, quod celebratum est anno post Christum natum 813. vt refert Carransa in summa Concili-
B orum sub eodem Concilio Maguntiaco, cap. 42. pag. 311. à principio enim nascentis Ecclesiæ fideles omnes vitam communem degebãt, iuxta textum in cap. *Dilectissimis.* 12. q. 1. à qua licet laici recesserint; clerici tamen vsque ad Diui Gregorij, & Augustini tempora in ea permanserunt, c. *Quia*, c. *Scimus*, cap. *Nolo*, cap. *Non dicatis*, cap. *Quoniam.* 12. q. 1. postea verò frigescente magis in dies charitate, etiam clerici à communione recesserunt, vt constat ex text. Vrbani
C Pontificis, & ex Diuo Augustino in cap. *Videntes*, & in cap. *Habebat.* 12. q. 1. Et indè tandem conuenientius visum fuit, parochias diuidere, & singulis clericis beneficiorum titulos assignare, ex quibus vitæ necessaria sibi possent ministrare, vt constat ex textu in cap. 1. 13. q. 1. & ex text. In cap. *Pastoralis*, in principio de his, quę fiũt à prælatis sine consensu Capituli; & per quatuor tempora distinguentes, latè prosequitur Præposit. aliàs Car-
D dinalis Alexãdrinus in cap. 1. 44. dist. & latissimè Petr. Gregor. rei beneficiariæ, cap. 4. n. 3. cum sequentibus, Selua de Beneficio, q. 4. à principio, Duareno de sacris Ecclesiæ ministr. lib.

Cap. 1. de Eccles. ædificand. Carransa. Cap. Dilectissimis. C. Quia. C. Scimus Cap. Nolo C. Non dicatis. C. Quoniã 12. q. 1. C. Vidẽtes. Ca. Habebat. 12. q. 1. Cap. 1. 13. q. 1. Cap. Pastoralis de his quæ fiunt. Præposit. Pet. Greg. Selu. Duar.

Hoyed. lib. 2. cap. 1. & 2. Hoyeda de incompatibilit. 1. p. in præfatione, numer. 5.
Quintan. Quintanadu. d. lib. 1. cap. 2. à princip. & per totum. At verò Papatum, id
7. est Summi Pontificis dignitatem, nō Ecclesiasticis constitutionibus, sed ipsa diuina lege Euangelia, & ore Dominico ipsius Christi Domini institutum esse in persona Beati Petri, & eius successorum, Ioan. 21. *Pasce oues*
Ioan. 21. *meas*, elegantissimis verbis comprobant Pontifices, Geleasius (sic enim ibi legendum esse benè probat Couar. 4. resolutionum, cap. 14. n. 11.) in
Cou. C. Quāuis. 21. dist. cap. *Quamuis*, 21. dist. & Nicolaus in
Cap. 1. 22. dist. cap. 1. 22. dist. & latè contra huius tēpestatis hæreticos, comprobant Albert.
Pigh. Phigius de Ecclesiastica Hierarchia, lib. 3. c. 2. cum sequentibus,
Bellarm. Bellarm. tom. 1. de Romano Pontific. lib. 1. cap. 10. cum sequentibus,
Azor. Azor d. lib. 4. c. 9. & infiniti adducti à Cenedo
Cened. 1. p. collectan. 11. n. 1. & collectan. 47. n. 2. & 3. & nos latè in disp. 1. de Ro-
8. mano Pontif. Et de Episcopis, quod similiter ex diuina institutione dignitatem recipiāt, & Hierarchiam ecclesiasticam distinctam à præsbyteris constituant, definit Trident. sess. 23. canon. 7. & latè comprobāt Ruseus
Ruseus. in tractat. de præeminentia Archiepiscopali in prȩfatione,
Pigh. Pighius d. lib. 3. cap. 1.
Duenh. Duenh. regula. 72. limit. 2.
Henriq. Henriq. in summa lib. 10. c. 30. in principio, & ostendimus in disp. 6. de Episcopis.

9. Propter quam fortassis difficultatem, quamuis iidem communis resolutionis Auctores, inquiunt, Papatū dici ecclesiasticum beneficium non propriè, sed latissimè, vt constat ex
Selu. Patian. Selua, & Fuluio Patiano, & cæteris pro communi adductis. Ad posteriorem verò partem de Episcopis potest A responderi, quod licet distinctio Episcoporum, & præsbyterorum, quoad substantiam, & in genere ex ipsa lege diuina, & Christi Domini institutione; tituli tamen singularum Ecclesiarum, & diuisio diœcesum ex Ecclesiæ institutione procedunt, scilicet Diui Petri, Beati Clementis, & successorum, vt refertur in cap. *In illis*. C. *In illis*, 80. dist.
80. dist. & in cap. 1. & in cap. *Nulli*, & Cap. 1.
ferè per totam 99. dist. Quare cum Ca. *Nulli*. 99. dist.
beneficij essentia consistat non tan- B tùm in exercitio officij spiritualis, sed etiam constet iure illo percipiendi portionem aliquam redditum ecclesiasticorum ab alijs communibus distinctam; licet admittamus officium præsbyterorum, & Episcoporum lege diuina esse institutum, non ideò sequitur has ipsas dignitates consideratas sub ratione beneficij formaliter, & propriè iuris humani non esse. Sed facilius respōderi potest, quod admisso toto discursu, quod scilicet episcopatus lege diuina sit institutus C nullam habet ea ex parte repugnantiam, quominùs sit verè, & propriè ecclesiasticum beneficium, quia etiā eo dato reperitur in Episcopatu totū illud, quod sufficit ad constituendam perfectam beneficij Ecclesiastici substantiam. Quod sit ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, quod totum reperitur in Papatu, & episcopatibus, etiam si dicamus absolutè à lege diuina procedere. Si verò objicias, pri- D mis illis Ecclesiæ nascentis temporibus non potuisse considerari diuisionem titulorum, & verè esse beneficium ecclesiasticum; sed tamen hoc impedimentum non esse, cum iam

Ll 4 hodie

hodie postquam singuli habere cœperunt proprium, & diœceses distinctæ sunt non dicantur habere beneficium, cessante impedimento illo in Ecclesia primitiua, cōsiderato ex parte communis vitæ.

10. Ex quibus omnibus Doctores inferunt ad varios casus, in quibus leges Canonicæ, quæ de beneficijs loquuntur locum etiam sibi vendicant in Papatu. Et imprimis, quod sicut beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad episcopatum, iuxta *Cap. Cum in cunctis de elect.* textum in cap. *Cum in cunctis*, §. *Cum verò*, de electione, & quæ de materia infinitos referens, explicat Garcia p. *Garc.* 11. cap. 6. ita etiam vacant per adeptionem summi Pontificatus, vt de facto seruari testatur Hoyeda d. 1. p. c. *Hoyed.* 1 in fine multis rationibus confirmās à principio, & de iuris rigore cōmuniter receptum, testatur Flamin. dict. *Flamin.* lib. 2. q. 1. n. 9. vbi à n. 13. eodem fundamento adducit, quod possit Papa renunciare Papatui, vt decidit text.
11. in cap. 1. de Renunciat. in 6. *Cap. 1. de renunc. in 6.* de quo multas quæstiones disputat Azor d. tomo 2. lib. 4. cap. 6. Denique colli-
12. gunt; quod sicut residentia Episcoporum de iure diuino necessaria est *Mat. c. 1.* Matth. cap. 1. & explicat Carransa per *Carranc.* integrum tractatum de residentia Episcoporum, ita ex iuris diuini præcepto Papa Romæ residere tenetur, confirmantes ex text. in cap. *Per venerabilem*, versic. *Sanè*, qui filij sint le- *C. Per venerabil.* gitimi, Flamin. lib. 8. vbi proximè, & latè de materia Alphonsus de Men- *Mendoça.* doca, per totam quæstionem 4. scholasticam, & ante eum Cardin. Bellar- *Bellarm.* min. tom. 1. de Roman. Pontifice lib. 4. cap. 4. & nos in 1. disp. de Romano Pontif. §. 1.

Vnde ad plura alia, de quibus nostri varijs in locis dubitare solēt, vtrū propriè sint beneficia? quæ omnia sub vnica regula comprehendes, si memoria repetas veram beneficij definitionem; quod sit ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, cui enim hæc tria coueniunt, quod habeat ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale, beneficium ecclesiasticum habere necessariò dicendum est, non ita si ex his tribus aliquid deficiat. 13.

Vnde etiam infertur illustrissimos Romanæ Ecclesiæ Cardinales, vere, & proprie habere ecclesiasticum beneficium; manifestum est enim redditus ecclesiasticos percipere ratione officij spiritualis, quod gerunt; sunt enim coadiutores sanctissimi Domini Papæ in executione officii sacerdotalis, eique in Concilijs, & à Concilijs assistunt, vt ait textus in d. cap. *C. Per venerabil. qui fil. sint legit.* *Per venerabilem*, versicul. *Sunt autem*, qui filij sint legitimi. Textus optimus in cap. *Fundamenta*. §. *Docet*, de electione in 6. *C. Fundamenta, de elect. in 6.* atque ideò primam obtinere dignitatē, post ipsum Pontificem, & in regimine Ecclesię Episcopis esse superiores, diximus suprà in 2. disp. & tradunt communiter scribentes, vt post antiquiores latè explicat Cardinal. Bellarmin. tom. 1. titulo de *Bellarm.* clericis lib. 1. c. 26. Cardinal. Paleot. *Paleot.* de consultationibus sacri palatij, q. 3. per totam, Petr. Greg. syntag. lib. 15. *Pet. Greg.* c. 4. Mench. illustrium quæst. 6. c. 23. *Menchb.* Zechius de republica ecclesiastica tit. *Zech.* de statu illustrissimorum Cardinaliū, Quintanaduenh. Ecclesiasticon. libr. *Quintan.* 4. à n. 102. Pater Azor d. 2. p. lib. 4. c. 1. *Azor.* & 2. ergo meritò ex hac ratione, & auctori- 14.

auctoritate text. in cap. 2. de clericis non residentibus; ita resoluunt communiter Doctores, Cardinalitiã dignitatem vere esse beneficium ecclesiasticum, vt per Seluam d. 1. p. q. 2. n. 33. Hoyeda dicta p. 1. cap. 2. num 3. Petr. Gregor. rei beneficiar. c. 10. n. 3. Azor d. 2. p. lib. 3. cap. 1. q. 5. versic. 2. *beneficium*, & melius, quàm omnes Antonius Fabricius dicto titulo de Maiorib. & minor. beneficijs à n. 27. *Selua. Hoyed. Pet. Greg. Azor. Fabric.*

15. hinc notantes teneri Cardinales ad residentiam in suis titulis, & vacare beneficia omnia per assecutionẽ Cardinalitiæ dignitatis, & teneri ad horas

16. Canonicas, & reliquos effectus, qui profluunt ex eo, quod sit beneficium ecclesiasticum, non tamen defuerunt, qui contendant Cardinales,

17. non beneficium. sed officium tantũ obtinere, vt voluit Ruseus in tract. de Regulariorũ priuilegio 13. n. 21. & 29.

18. Sed melius explicat Fabricius vbi proximè, quod communis procedat, in Cardinalibus, qui iam habent titulum; at verò contraria Rusei in ijs, qui adhùc titulum non habent. sed similes sunt Canonicis in herbis, qui præbenda carent, & vacaturam expectant, & ideò secundum communem, cum nullos percipiant redditus beneficium habere non dicuntur. Quibus adde, quę latè in eodem proposito tradit Moneta de quotidianis destributionibus lib. 2. q. 1. n. 42. cum sequentibus. *Fabric. Moneta.*

§. III.
De Capellanis.

SVMMARIVM.

1 *Capellaniæ auctoritate Prælati institutæ, si in perpetuum dentur, vere sunt beneficia ecclesiastica.*

2 *Capellaniæ temporales, seu remouibiles ad nutum, beneficia ecclesiastica non sunt.* A

3 *Reijcitur opinio Garciæ, dum asserit Capellanias temporales, esse beneficia ecclesiastica.*

4 *An obtinentes capellanias, possint ad sacros ordines promoueri?*

5 *Vtrùm obtinentes capellanias teneantur ad horas canonicas recitandas?*

6 *Quæ capellaniæ laicis cõferri possint?*

7 *An capellaniæ iure hæreditario, vel sanguinis haberi possint?*

B 8 *Deficientibus consanguineis instituentis capellaniæ, ad Regem pertinent iuxta Ord. nostram. lib. 2. tit. 26.*

9 *Plures effectus sequuntur ex eo, quod capellaniæ sint beneficia ecclesiastica remissiuè dicuntur.*

10 *Capellani a quibus subijciantur?*

PRæhabito iam quęnam sint beneficia principaliora, seu qui nam ratione illorum locum obtineãt in hierarchico ordine; de inferioribus subsequitur disputatio: & primò de Capellanis, quare deueniendo ad vsu frequentem quęstionem, vtrùm Capellanię verè sint ecclesiastica beneficia? Ex dictis facilè constat, verè esse beneficia, si auctoritate prælati fuerint institutæ, vt eas obtinentes in perpetuum in eis intitulentur, non ita si ad certum tempus, vt in Capella Regia nostræ Vniuersitatis Conimbricensis, vel ad nutum fuerint remouibiles, vt in hac sede Conimbricensi; probatur ex definitione, de qua suprà, quia in perpetuis Capellanijs vigent omnia substantialia, de quibus in eadem definitione; in temporalibus verò, vel à mouibilibus deficit primum illud 1. C D 2.

illud requisitum, sicut etiam institutis
sine prælati auctoritate deficit vltimum illud, ex ratione officij spiritua-
Gloss. Clement. 1. de decimis. lis, atque ita docuit notabiliter Glossa prima, versic. *Quid*, iuncto fine inver-
Felin. sicul. *de quinto*, in *Clementina*. 2. de decimis, recepta communiter ex Felin.
Mandoz. Mandosio, Bermondo, & alijs, quos
Bermūd. refert, & sequitur Salzedo in additio-
Salzed. nibus ad Bernard. in practica, cap. 18.
Bern. n. 9. Paulus Fuscus de Visitatione lib.
Paul. Fus. 2. c. 11. à principio, Spino in speculo
Spino. testamentorum, glossa 4. ex nu. 36. &
Flamin. post Seluā Flamin. d. lib. 2. q. 1 n. 118.
Azor. benè Azor dicto lib. 3. cap. 8. q. 3. latè
Fabric. Antonius Fabricius tit. de Capellis,
Gonsal. & Capellanijs à nu. 25. Gonsal. ad regulam 8. glossa. 5. à nu. 20. & ad hæc
Perez de Lara. sunt reducenda, quæ latè scribit Perez de Lara in tractatu de Anniuersarijs, & Capellanijs lib. 2. c. 1. à n. 5. vsque ad finem, & cap. 6. num. 7. apud quos videbis multa, quæ tradunt de vera Capellę ethymologia, & de differentia inter Capellam, & Capellaniam, in quibus non oportet immorari.

3\. *Garc.* Vnde minimè audiendus est Garcia, quatenùs d. 1. p. cap. 2. n. 81. cum sequentibus contra communem scribentium omnium sententiam contēdit, Capellanias etiam ad nutum remouibiles, vel temporales, verè, & propriè beneficia esse ecclesiastica insistens falso illo fundamento, quod improbauimus suprà, quod non requiritur ad substantiā beneficij, quod detur in perpetuum, atque ideò obtinentem Capellaniam temporalem, vel ad nutum remouibilem, vel etiam perpetuum, institutam tamen absque Episcopi auctoritate ad eius titulum non posse ad sacros ordines promoueri, iuxta decisionem text. in cap. 4.
A *Episcopus*, in cap. *Cum secundum*, in cap. *Tuis*, de præbendis, & *Trident*. sess. 21. de reformatione, cap. 2. ad terminos Capellaniæ, de qua agimus, notant ex communi sententia Salzedo, vbi proximè, Mayolus, Zerola, Henriq. Zechius, & Sairo, quos refert, & communem fatetur ipse Garcia ibi n. 83.
C. Episcopus. C. Tuis de præb. Trid. Salzed. Mayolus Zerol. Henriq. Zech. Sairo.

Ex eadem etiam ratione teneri ad horas Canonicas recitandas, si perpetua sit, & Episcopi auctoritate instituta, non ita si absque ea, vel tempo- 5.
B ralis sit, docet Nauar. in tractatu de Oratione, & horis Canonicis, c. 20. n. 17. & post eum, & Fratrem Ludouicum, Spino vbi suprà n. 42. versic. *quo fit*, Gonsal. n. 30. vbi suprà, Azor tom. 1. lib. 10. c. 3. q. 5. *Nauar. Spino. Azor.*

Hinc etiam licet Cappellania, quæ beneficium esse diximus à laicis laico minimè conferri possit, iuxta textum in cap. *Quod in dubijs*, de Renunciatione, & in *cap.* 2. de institutionibus; potest tamen à laico, atque etiam laico conferri, quando absque Episcopi auctoritate 6.
C fuit instituta, vt ex Felino, & Decio refert, & sequitur Valasc. consult. 60. n. 13. Gonsal. vbi suprà nu. 26. *Ca. Quod in dubijs, de Renun. C. 2. de instit. Felin. Dec. Valasc. Gonsal.*

Vnde etiam inferunt, quod licet Capellanię perpetuæ auctoritate Episcopi institutæ, quia beneficia sunt ecclesiastica iure hæreditario, vel sanguinis haberi non possunt, iuxta reg. text. in *cap.* 1. de præbendis, cap. *Consuluit*, de iure patronatus; nihil tamen inconuenit, quod illæ, quæ sine Episcopi auctoritate instituuntur iure hæreditario, 7.
D vel sanguinis deferantur, clericis, vel laicis proximioribus; imò in Hispania secundum leges Maioratuum, Capellarum successionē regulari, post Gomez, Padilh. Molin. Gutier. atq; alios testatur *Cap. 1. de præb. C. Consuluit, de iure patron. Gom. Padilh. Molin. Gutier.*

Gonsal. testatur Gonsales n.34.& præcedentibus dicto loco, & latissimè explicat A *Lara.* Perez de Lara dicto libr. 2. cap. 2. à principio,& id ipsum de Capellis nostræ Lusitaniæ testatur Cabed. 2. p. *Cabed.* decis.51.n.4.& sequentibus; & indè etiam profluit immemorialis nostri Regni consuetudo, quod deficientibus consanguineis instituentis capellam,ad Regem pertineat eius concessio,sicut aliorum bonorum vacantiũ, iuxta *Ord.*lib.2. tit.26. §.17. quam in *Ord.* capellis etiam procedere sæpiùs iudicauit supremus Lusitaniæ Senatus, *Gamma.* teste Gamma decis.193.& decis.288. Cabedo d. decis. quanuis iure communi deficiẽtibus consanguineis videretur resoluendum bona libera remanere,& alienabilia fieri, atque hæreditaria, iuxta regulam textus in l. *Qui solidum*.80. §.*prædium*, ff.leg.2.& in l.*Pater filium*.36.§ *Fundum Titianũ*. ff.legat.3. Ex quibus ita resoluebat, Molina de primogen. lib.1.c.4. à n.1. Menoch.Thesaurus,& alij,de quibus Lara vbi proximè.

L. Qui solidum, ff. leg. 2.
L.Pater filium.ff.l.3
Molin.
Menoch.

9. Plures alios effectus, qui sequuntur, ex eo, quod Capellania cum Episcopi auctoritate sit instituta, & sub indè verum beneficium, prosequere cum Antonio Fabricio *à num.29.* vbi *Fabric.* proximè,& longe plures, qui sequũtur ex eo, quod sine Episcopi auctoritate sit instituta,& per consequens non sit Ecclesiasticũ beneficium,prosequere, cum Gonsales à nu. 22. vbi *Gonsal.* proximè. Illud adde ad praxim nostri Regni maximè necessarium, & vsu frequentissimum, quod quando Capellæ institutæ sunt auctoritate prælatorum, manent subiectæ regimini, D & iurisdictioni eorundem prælatorũ; si verò instituti sint priuata auctoritate absque prælato manent bona, quæ annectuntur laicalia; & subindè subiecta potestati principis, & magistratuum sæcularium, quanuis opera pia, & Missarũ onus eis iniuncta sint, vt egregiè decidit *Ordinatio Regia* lib. *Ord.Reg.* 1. tit.62. §.39. aliàs in antiquis lib. 2. tit.35.§.40.& post Gammam d.decis. *Gamma.* 288.nu.2. & 4. plenè explicat Lara d. *Lara.* lib.2.c.1.à n.3. refert etiam infinitos, & sequitur Garcia d.1.p.c.2. ex n.97. *Garcia.*

10. Hinc etiam iuxta eandem distinctionem resoluentes,quod licet institutores in Capellanijs instituti absque B prælati auctoritate possint conditionem apponere, ne prælatus in eis se valeat intromittere, minime tamen id efficere possunt, quando prælati auctoritate institutæ sunt; cum enim effectæ sint ecclesiastica beneficia,& consequenter Ecclesiasticæ potestati subiectæ, & in prælatorum administratione positæ, iuxta regulam text. in cap.*Omnes basilicæ*.16.q.7.& in cap. *C. Omnes basilicæ.16 q. 7.* *Bene quidem*.99.dist. & in cap.*Ecclesia Sanctæ Mariæ*, de Constitutionibus, C *C. Bene quidem. 99. dist.* & in cap.*vltimo* de rebus Ecclesiæ, & quæ notant communiter Doctores per textum ibi in *cap.*2.de Iudicijs,nõ *C.Ecclesia S.Mariæ de Constit.* possunt priuati efficere, vt hæc iuris *C.2. de iudic.* dispositio in sua institutione, seu dispositione locum non habeat, contra regulam text.in l.*Nemo potest*,ff.de legatis.1. cum similibus; ex quibus vltra relatos à Garcia,& Lara proximè *L. Nemo.* citatis locis, notauit etiam Fuscus dicto c.11.n.7. Spino d.gloss.4. à n.39. *Garc.* *Lara.* *Fusc.* *Spino.* Et faciunt, quæ in simili circa hospitalia explicat Mantua de iurisdictione, p. 2. cap.18. à principio. Neque *Mantua.* obstat si dicas opera pia, quæ supponimus iniuncta esse huiusmodi Capellis;subijciuntur potestati ecclesiasticæ,

Clem. quia contingit, de Relig. domib. Trid. sticæ, iuxta text. in *Clementina quia contingit*, in principio de Religiosis domibus, & *Trident.* sess. 22. de Reformat. cap. 8. Nam respondebis ex hac consideratione, non negari prælatis visitationem horum bonorum quoad implementum operum piorum, vt eadem *Ordinatio Regia* d. §. 89. in fine expressit, & latè explicat Valasc. cõsultat. 105. n. 55. cum sequentibus. *Ord. Valasc.*

§. IIII.

De Hospitalibus, & obtinentibus Hospitalia.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia beneficia ecclesiastica non esse, refertur.*

2 *An hospitalia in materia fauorabili veniant appellatione beneficij?*

3 *An hospitalia sint loca religiosa? Hospitalia erepta auctoritate Episcopi ecclesiastica gaudent immunitate.*

4 *Vtrùm hospitalia verè sint beneficia ecclesiastica?*

5 *An hospitalia, si pretio dentur, vera committatur simonia?*

6 *Intellectus ad text. in Clement. Per literas, de præb.*

7 *Quæ hospitalia dicantur beneficia?*

8 *An hospitalia omnia gaudeant priuilegijs, quæ iure conceduntur causis, & locis pijs?*

1\. AD Hospitalia accedamus (de quibus suprà in 2. quæst. proœmiali) & similia pia loca, quæ commemorat Imperator in l. *Illud*, C. de sacrosanctis Ecclesijs, & in l. *Sancimus*, C. de Episcop. & clericis; nam ecclesiastica beneficia non esse, ac subindè clericis sæcularibus in titulum beneficij conferri non posse, sed per contrarium à laicis obtineri, & regi posse decidit text. in dicta *Clementina quis contingit*, §. *Vt autem*, de Religiosis domibus. Neque etiam per literas Apostolicas, per quas clericis de beneficijs prouideri mandatur, posse de Hospitalibus prouideri, decidit text. in *Clementina* 2. de præbendis. Ex quibus ita hanc resolutionem, quod ecclesiastica beneficia non sint, tradit Abb. in cap. *de Xenodochijs*, n. 4. de Religiosis domib. Cardin. Tusc. tom. 4. litera H. concl. 166. n. 8. & per totum, Corras. de sacerdot. p. 1. cap. 3. per totum, Petrus Gregorius rei beneficiariæ, c. 11. n. 6. Rebuf. Selua, Quintanaduenh. & alij, quos refert Garcia dicta p. 1. cap. 4. à principio, quibus adde latè Gonsal. d. glossa. 5. §. 4. à n. 7. Herculem Marescotum variar. resolut. lib. 2. c. 3. à nu. 12. Azor dicto lib. 3. cap. 3. q. 5. plenè Antonium Fabricium titul. de Xenodochijs, & alijs locis pijs, à principio, & per totum.

L. Illud C. sacr. Eccl. L. Sãcim. C. de Ep. & cler. — A — *Clem. quia contingit, de Relig. domib.* — *Clem. 2. de præb.* — *Abb.* — *Tusc.* — B — *Corrat. Pet. Greg. Rebuf. Selua. Quintan. Garcia. Maresc. Azor. Fabric.*

2\. C Qui tamen varijs modis explicant, multipliciter eandem doctrinam, limitantes, & præcipuè, quod non procedat in materia fauorabili, in qua, inquiunt, appellatione beneficij venire, & contineri hospitalia ex doctrina Gloss. verb. *Beneficijs*, in *Clemẽtin. Dispendiosam*, de Iudicijs, quam in hunc sensum sequitur Cardinalis, & Anchar. ibi, Selua, & alij, quos refert, & sequitur Flamin. de Resignation. beneficiorum lib. 11. q. 3. n. 49. Lambertin. & alij, de quibus Gonsal. ex n. 2. D Fabricius à n. 25. & ad varios casus discurrens, Marescot. à n. 22. cum sequentibus dictis locis; alij verò aliter, atque aliter, non consequenter loquẽtes in multis.

Glos. Cle. Dispendiosam, de iudic. Anchar. Selua. Flamin. Lambert. Gonsal. Fabric. Maresc.

Quare

3. Quare pro resolutione, & vt certa à dubijs separemus, aduerte de tribus inter se lõge diuersis, circa hospitalia moueri posse quęst. vt iã suprà tetigimus, vel vtrum loca sint religiosa; vel vtrũ verè sint ecclesiastica beneficia, vel vtrũ sint loca pia? quoad primum distinguendũ est, vtrũ auctoritate prę lati, vel absq; ea cõstructa sunt: nam si prælati auctoritate cõstructa fuerint certũ est loca esse religiosa, nõ ita absque ea, vt planè probat text. in *c. Ad hæc*, de Relig. domib. vnde, quæ fundãtur Episcopi auctoritate eius potestati subiacent, nõ ea, quę sine prælato fuerint erecta, vt probat tex. in d. *c. de xenodochijs*, vbi Abb. & alij cõmuniter, expressit *Ord. Reg.* d. lib. 1. tit. 62. §. 39 & post Host. Ioan. Immol. & alios antiquiores receptũ, testatur Valasc. d. cõsult. 105. à n. 6. & ante eũ Gãma decis. vlt. n. 6. & post vtrũque Cabed. 1. p. decis. 204. Marta de iurisdict. 4. p. cẽturia 2. casu 113. à n. 23. Baptista da Costa in consilio, quod apposuit post inspectionẽ 98. in tract. de facti scientia, & ignorãtia à n. 22. Azor d. c. 3. q. 2. & post alios Fabric. vbi proximè à n. 36. P. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. n. 3. Hinc notabilẽ illũ effectum notãtes, quod hospitalia erepta auctoritate Episcopi ecclesiastica gaudẽt immunitate, ne delinquentes ad ea confugientes extrahi valeãt, & ante Soar. latè explicauit Remigius de immunit. Ecclesiarũ ampliatione c. 7. Couas. 2. resolut. c. 2. à n. 4. atque etiã Valasc. n. 43. d. loco, & Aluisius Ricciu decis. p. 3. collectaneo 648. ad plures alios effectus latè discurrens.

C. Ad hæc de Relig. domib. *Ord. Reg.* *Hostiens.* *Ioan.* *Imol.* *Valasc.* *Gamma.* *Cabed.* *Marta.* *Baptist. da Costa.* *Azor.* *Fabric.* *Soar.* *Remig.* *Couas.* *Valasc.* *Aluisius.*

4. Pro secundi dubij resolutione, vtrũ hospitalia verè sint beneficia ecclesiastica? recurrere oportet ad nostram principalẽ resolutionẽ, & prædicti beneficij ecclesiastici definitionẽ; nam si hospitale fundatũ fuerit priuata authoritate planũ est nõ esse ecclesiasticum beneficiũ, neq; subinde in materia pœnali, vel etiã fauorabili venire appellatione beneficij, vt dicebamus agentes proximè de capellania. Neq; contrarium voluit Glossa d. verb. *beneficijs*, in *Clement. dispendiosam*, de iudicijs; imò clarè voluit magis huiusmodi hospitalia beneficia non esse, quatenùs concludit ideo comprehẽdi in generali dispositione illius Clementinæ, nõ quia materia erat fauorabilis, vt Doctores communiter ex ea deducunt, sed quia tex. vtitur non solùm particula, *beneficijs*, sed etiã addidit officijs, quæ hospitalibus etiam conueniunt. Sicut per contrarium certum est beneficiũ esse ecclesiasticum, si authoritate Episcopi, ita hospitale cõstructũ sit, vt rectori in perpetuũ, vel ad eius vitã in titulũ conferatur, vt satis expressit tex. in d. *Clemẽt. quia contingit*, §. *Vt autẽ*, ibi, *Nisi in illorũ fundatione secus cõstitutum fuerit, seu per electionẽ sit de rectore locis huiusmodi prouidendũ*, cuius text. authoritate ita se explicant, & prædictam regulã negatiuam in effectu limitant ijdem Doctores cõmuniter, vt ex Felin. Rebuf. & alijs resoluunt Garc. à n. 4. & ex Selua, Hoyeda, & alijs, Gonsal. n. 14. Fabricius à n. 16. Marescot. n. 18. supracitatis locis; & in hunc sensũ rectè illustrissimi Cardinales responderunt hospitalia, quæ non fuerint data in titulũ, ad contributionẽ seminarij non teneri refert Cabed. d. 1. p. decis. 204. & habetur in declarationibus, quę vulgò circunferuntur. Sic etiam ex eadẽ distinctione referũt Doctores ad ma-

Glossa. *Felin.* *Rebuf.* *Gracia.* *Selua.* *Hoyed.* *Gonsal.* *Fabric.* *Maresc.* *Cabed.*

teriam simoniæ, quod scilicet ad eam non pertinent hospitalia illa, quę priuata auctoritate sunt cōstructa, & subindè nulla ratione ecclesiastica, vel religiosa sunt effecta. Per contrariū verò simoniam cōmitti posse in ijs, quæ ecclesiastica, vel religiosa sunt, quia constructa prælati auctoritate, adhibita tamē distinctione prædicta: vtrū in titulum data sint, vel aliquam habeāt spiritualem administrationē? quo casu, si pretio dentur, veram cōmitti simoniam lege diuina prohibitā Doctores communiter fatentur, ampliantes non solùm, quando dantur in titulum perpetui beneficij; de quo nulla dubitatio est, verum etiā quando dantur ad tempus, quia cum habeant aliquid spiritualitatis annexū, necessario ibi simoniā reperiri, si pretio dentur, constat ex regul. text. in c. 1. & per totam. 1. q. 1. Si verò nullam habet annexam spiritualem administrationem, sed tātùm temporale regimen, Doctores communiter cōstituunt non esse materiam simoniæ ex Selua de beneficio. 2. p. q. 11. nu. 14. Gamma d. decis. vltima n. 60. Verum etiam hoc casu, quando ecclesiasticū est hospitale, seu religiosum simoniā committi lege Canonica prohibitam ex regula textus in cap. *Saluator*. 1. q. 3. quatenùs officia omnia ecclesiastica, vendi prohibet sub ratione simoniæ, concludit Pater Soarez d. tom. 1. de Relig. tract. 3. de simonia lib. 4. cap. 27. n. 11. cum sequentibus, & nos in 2. q. procemiali, §. 5. in fine.

5. *Cap. 1. 1. q. 1.* *Selua.* *Gam.* *C. Saluator. 1. q. 3.* *Soar.*

6. Vnde videtur deduci intellectus ad textum in d. *Clementina per literas*, de præbendis, quatenùs decidit per literas Apostolicas super prouisione quorūlibet clericorum prouideri non posse de hospitalibus, & similibus locis pijs, videbatur enim intelligendus de hospitalibus, quæ in titulum beneficij dari non consueuerunt, vt voluit Genzelinus contendens Clementinam illam non procedere in duobus casibus expresis in d. §. *Vt autem*, versicul. *Nisi*, quando scilicet hospitalia ex sua fundatione dantur in titulum; sed melius contrarium resoluit Glossa, verb. *prouideri*, in eadem *Clementina per literas*, quam ibi sequuntur Cardinal. q. vlt. Bonifacius n. 16. Immola n. 19. aduertētes, quod hospitalia, quę non dantur in titulū beneficij; ex ipso iuris antiqui rigore, non veniunt in mandatis, quibus de beneficio, vel simpliciter clericis prouideri mandatur; at verò illa, quę ecclesiastica sunt beneficia, & in titulum beneficij dantur, non veniunt in huiusmodi mandatis ex noua illius Clementinæ decisione, vt euincit verbū *decernimus*, quo vtitur, & iuris noui inductorium est, ex Decio cap. 2. in fine de iudicijs, & alijs communiter ibi, sicut in simili de beneficijs maioribus, propter intentionis defectum Pōtificis probat text. in cap. *vlt.* de præbend. & in c. *Quāuis*, versic. *Quanquā*, eodem tit. in 6. & suprà sæpiùs tetigimus. Et hoc intellectu retento, facilis est ratio ampliationis, quā addit eadē Clemet. qđ per huiusmodi literas, prouideri non potest de hospitalibus, etiāsi decimas, Ecclesias, aut alia iura spiritualia noscantur habere, quod contingere non potest, absq; legitima prælati auctoritate, & cōsequēter magis videbat tx. procedere in hospitalib. ecclesiasticis, & quæ in tit. beneficij dātur, & verbo rū generalitas non patitur, vt restringātur ad ea, quę dātur ad tempus. Nā respon-

Clem. per literas, de præb. *Genzilin.* *Cardin.* *Bonifac.* *Immol.* *Dec.* *Cap. vlt. de præb.* *C. Quāuis. eod. tit. in 6.*

respondetur concedẽdo totum, vt scilicet in omnibus procedat, siue auctoritate prælati, siue absq; ea fũdata sint, & siue ad tempus, siue in perpetuum dentur, atque ideò beneficia sint Ecclesiastica, quia totum hoc efficit noua Clementinæ decisio.

7\. Circa tertium dubium, vtrũ Hospitalia sint loca pia? plures ex præcitatis ad eandẽ recurrũt distinctionẽ, quod pia sint, quãdo prælati auctoritate, nõ ita quando absq; ea sunt constructa, vt patet ex infinitis, quos refert Gabr. cõmuniũ, tit. de pia causa, concl. 2. à princip. & resoluũt Marta, Baptista Costa, & Fabric. dictis locis, atq; etiam Zerola in praxi episcopali, verb. *Hospitalia*, n. 1. Sed melius alij cõtendunt indistinctè pia loca esse censenda, siue prælati auctoritate, siue absq; ea sint cõstructa, quia vt pia cẽseantur, sufficit, quod instituta sint ad pia opera exercẽda, vt latè cõprobat Tiraq. in tract. de pia causa in præfatione, & de hospitalib agens à n. 4. cũ sequentib. & post eũ fatetur P. Soar. d. c. 27. n. 11. notarunt etiam Cardin. Tuscus d. litera H. conclus. 163. Menoch. lib. 4. præsumpt. 115. n. 4. Stephanus Gracianus disceptationũ forensium tom. 1. c. 34. n. 1. & post alios Valasc. d. consultat. 105. n. 2.

Marta. Baptista. Costa. Fabric. Zerol. Tiraq. Soar. Tusc. Menoch. Garcian. Valasc.

8\. Hinc inferẽtes gaudere hospitalia omnia priuilegijs quę iure cõcedũtur causis, & locis pijs, quæ latè prosequitur Tiraq. per integrũ illũ tractatũ de pia causa, & in hospitalib. probat tex. in l. *Omnia*, C. de Episcopis, & cler. & in ea cõtrouersia quæst. vtrũ gaudeãt beneficio restitutionis in integrũ, affirmatiuè resoluũt cõmuniter Doctores, vt testatur Valasc. n. 44. vbi proximè, & latè cõprobat Esforcia in tractatu de restit. in integr. p. 1. q. 3. n. 37. A Caldas in l. *si curatorẽ*, verb. *minoribus*, n. 63. & post Mastrillũ decis. 110. Ricctius vbi suprà; hinc etiã notãs de relictis hospitalibus quartã Falcidiã nõ esse detrahendam, velut de relictis ad pia, iuxta decis. text. in *Auth. similiter*, C. ad leg. Falcid. & post Gabr. d. cõcl. 2. n. 13. Valasc. n. 39. d. loco, cum quo prosequere plures alios effectus, qui sequuntur ex eadẽ resolutione; & ex eadẽ resolues quæst. de iurisdictione repetita prædicta distinctione principali; nã si hospitalia cõstructa sũt Episcopi auctoritate eiusdẽ iurisdictioni B subiacent; nõ ita, sed sæcularibus Magistratibus, si absq; ea sunt cõstructa, vt decidit *Ord.* d. lib. 1. tit. 62. §. 39. cũ limitatione tamẽ, de qua in fine d. §. 1. vt prælato potestas remaneat ad cogendũ administratorẽ implere opera pia, iuxta ea, quę post Gam. Valasc. & Cabed. suprà resoluimus de capellanijs agentes, quibus adde, quę in terminis iuris communis latè resoluunt Mascard. de probationib. concl. 869. C à n. 28. Tuscus dicta litera H. conclusione 159. cum duabus sequentibus, Marta d. 4. p. casu. 113. à n. 21.

L. Omnia, C. de Episcop. Tiraq. Valasc. Esforc. Cald. Mastrilb. Ricc. Authent. similiter, C. ad l. Falcid. Gabr. Valasc. Ord. Reg. Gamma. Valasc. Cabedo. Mascard. Tusc. Marta.

Sed quia omniũ supradictorũ resolutio pendet ex ea distinctione, vtrũ Episcopi auctoritate, vel absq; ea capellę, & hospitalia cõstructa sint? oportunè notant Doctores cõmuniter in dubio sine Episcopi auctoritate constructa cẽseri, varias cõiecturas adducentes, ex quibus contrariũ præsumi valeat, docet Gloss. verbo *Ecclesias*, in D eadẽ *Clement. Per literas*, & sequuntur plures attestãtur cõmuniter receptã, quos refert, & explicat Mascard. d. cõcl. 869. Tusc. concl. 158. Gonsal. n. 24. Marta n. 9. Fabricius 40. dictis locis.

Mascard. Tusc. Gonsal. Marta. Fabric.

§. V.
De Præstimonijs.

SVMMARIVM.

1 *Fundamenta illorum, qui existimant præstimonia non esse propriè beneficia Ecclesiastica proponuntur.*
2 *Contraria opinio, & eius fundamenta referuntur.*
3 *Obtinentes præstimoniũ ad eius titulum possunt ad sacros ordines promoueri.*
4 *Præstimonia obtinentes tenentur ad horas canonicas recitandas.*
5 *In impetratione beneficij, est facienda mentio de præstimonio obtento.*
6 *An præstimonia secundum iuris rigorem residentiam requirant?*
7 *An duo insimul retinere possint?*
8 *Præstimonia in duplici sũt differẽtia.*
9 *Vtrùm onus habeãt annexũ, vel nõ?*

1. POst materiam præcedentẽ ad præstimonia, seu præstimoniales portiones transitũ facere duximus; de quibus sane inter scribentes grauis est controuersia; vtrùm vere, & proprie beneficia sint ecclesiastica? partem enim negatiuam, quod non proprie, sed late beneficia dici valeant, tenent *Ioan. And.* Ioan. Andr. in cap. *vnico* de rerũ permutatione in 6. *Dominic.* Domin. consil. 89. & alii antiqui, quos referunt, & sequuntur *Staphil.* Staphileus de literis gratiæ, titulo de formis expectatiuarum, forma. 5. à n. 2. Gomez, & alii, de quibus *Gom.* Menoch. de arbitrariis, casu. 201. à n. 53. *Menoch.* *Hoyed.* Hoyeda de incompatibilitate benefi- *Pet. Greg.* ciorum 2. p. c. 8. à n. 1. Petrus Gregor. *Gonsal.* rei beneficiar. c. 11. n. 9. & alii relati à *Palat.* Gonsal. d. glossa 5. §. 2. in principio, & *Medin.* tenere Palatium, Medinam, & alios Theologos ait Azor d. lib. 3. cap. 7. in *Azor.* A princip. qui ea mouẽtur ratione, quia præstimoniales portiones, nihil aliud esse noscuntur, quàm stipendia quædam instituta pro studentibus, vel militantibus pro Christianæ fidei defensione, atque ideò præstimonia dicuntur, quasi præstans munium, id est officium, seu obsequiũ, vt docet Ho- *Hostiens.* stiens. in cap. *Postulasti*, de Rescrip. Ol- *Oldrad.* drad. cons. 71. n. 2. Estaphileus, & alij *Staphil.* *Fabric.* omnes proximè citati, & latè Fabric. titul. de præstimonijs à principio; atq; B ideò, cum genere suo nullũ spirituale officium contineant huiusmodi præstimonia à beneficijs ecclesiasticis, natura longè sunt aliena, vt exorditur ipse Fabricius; constat enim ex bene- *Fabric.* ficij definitione, illud esse substãtiale, vt detur propter officium spirituale.

Verum contrariã partem affirmatiuam, quod præstimonia vere sint be- 2. neficia ecclesiastica, & inter ecclesiastica beneficia debeant cõnumerari, expressè probat text. in cap. *vltim.* de *Ca. vlt. de* C conceß. præb. in 6. ibi, *præstimonijs, Ec-* *cõceß. pra* *clesijs, paracialibus, ruralibus, & alijs qui-* *ben. in 6.* *buscunq; beneficijs ecclesiasticis*, quę particula, *alijs*, natura sua est explicatiua similium, & repetit similes qualitates in præcedẽtibus, vt per text. in l. *Qui-* *L. Quidam* *dã relegatus*, ff. de rebus dub. & ex alijs *ff de rebus* notat Glossa, & Doctores cõmuniter *dub.* in c. *Sedes*, de Rescript. & multi de quibus Hoyeda d. 2. p. c. 7. n. 6. & plenè *Hoyed.* Cened. post quæst. canonicas, singu- *Cened.* lari. 4. consonat Trid. sess. 14. de Re- *Trid.* form. cap. 9. ibi, *Beneficia vnius diœce-* D *sis etiamsi parochiales Ecclesiæ, vicaria, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint*, & sess. 23. de reform. c. 18. post med. ibi, *Nec nõ beneficia aliquot simplicia, cuiuscũq; qualitatis, aut*

*aut dignitatis fuerint, vel etiã præstimo-
nia;*& deinde, quia negari nõ potest,
& vsu Lusitaniæ, & totius Hispaniæ
receptũ videmus dari præstimonia in
titulum perpetui beneficii,& propter
Mandos. Soto. onus spirituale, vt ex Mandos.&Soto
Hoyed. testãtur Hoyeda d.c.8. n.15. Gonsal.
Gonsal. & Azor dictis locis; ac subindè de-
Azor. struitur omnino prioris sentẽtiæ fun-
damentum, & iam dubitandum non
videtur huiusmodi præstimonia vere
esse beneficia ecclesiastica,& ita con-
Oldrad. stãter resoluit Oldrad. d.cons.31.n.2.
Hostien. Hostiens.in cap.*Postulasti*,de rescript.
Rebuf. Mandos. Rebuf.Mandos.Soto,Soar.Fr.Ludo-
Soto. uicus,& infiniti, ex antiquioribus,&
Soar. recẽtioribus, quos latissimè referũt,
F.Ludou. & sequuntur Hoyeda d.cap.8. à n.8.
Hoyed. Gonsal.d.§.2.n.9. Gutier.1.p. de be-
Gonsal. nefic. c.2.à n.117. Azor d.cap.7.q.1.
Gutier. Azor. Fabric. n.4. vbi suprà Lara de Anni-
Fabric. uersariis,& capellaniis lib.2. c.8. à n.
Lara. 53.hinc resoluentes obtinẽtes præsti-
3. moniũ ad eius tit. posse ad sacros or-
dines promoueri; vt comprobat dili-
genter Salzedo ad Bernard.Diaz in
Salzed. practica,c.18. n.10. & tanquam verè
Bern. beneficiarios teneri ad horas Cano-
nicas recitãdas concludit Nauar. de
Nauar. Orat. & horis canonic. c.21.n.9. latè
Azor. Azor tom.1.lib.10.c.3.q.4.P.Soarez
Soar. de Relig.tom.2. tract.4. lib.4. c.22. à
4. n.7.& subindè in impetratione bene-
ficij faciendã esse mentionẽ de præ-
stimonio obtento, ex cõmuni resol-
Garc. uit Garcia n.122.vbi proximè; sic etiã
5. ex decreto Trident.sess.25. de refor-
Trid. mat.c.15.dum vetat filios illegitimos
habere beneficium in Ecclesia, in qua
patres ministrarunt, comprehẽdi etiã
præstimonium, ne illud ibi obtinere
valent; rectè contra alios obseruat
Quintan. Quintanadu.Ecclesiasticon libr. 2. n.
86. Sic etiam secundum iuris rigorẽ 6.
A præstimonia residentiã requirere, &
ideò duo in simul retineri non posse,
comprobat Hoyeda d.c.8 n.12.&per *Hoyed.*
totum, & comprehendi in mandatis
de prouidendo,&in impetrationibus
de illis esse faciendam mentionẽ,cõ- 7.
probant ex multis, quos refert Garc. *Garc.*
d.c.2.n.120.cum sequentibus,& tan-
dem materiam esse simoniæ, si pretio
dentur, comprobat Soar.d.tom.1.de *Soar.*
Religione, tract.de simon.lib.4.c.25.

Sed pro pleniori, & faciliori con- 8.
B cordia multorum, quæ Doctores in
hoc atticulo scripserunt, breuiter ad-
uerte, præstimonia in duplici reperiri
differentia; quædam enim sunt, quæ
primam illam, & antiquam retinent
institutionem,& studentibus, vel mi-
litantibus dantur absque aliquo spiri-
tuali onere, sicut adhuc hodie in Lu-
sitania videmus pleraq; reperiri, quæ
dantur purè laicis,&in his facilè pro-
cedit prima opinio, quã in principio
retulimus. Alia verò sunt, quæ cleri-
C cicis dantur in titulũ perpetui bene-
ficij, sicut in Hispania frequẽter dari
testantur præcitati, & vulgò *Apræsti-
mos* dicimus, & hæc propria esse be-
neficia dubitandum non est,& proce-
dit opinio communis, quam secundo
loco posuimus; neque attenditur pri-
mæua illa institutio, quod præstimonia
darẽtur laicis pro solo onere tẽpora-
li, vt benè cõsiderauit Oldradus,&re- *Oldrad.*
liqui, qui eũ sequũtur. Neq; contrariũ
voluerũt Dominic. Staphil. Menoch. *Dominic.*
& alij relati pro 1.opinione; imò ex- *Staphil.*
D pressè hãc admittunt distinctionẽ, & *Menoc.*
ex instituto eam prosequitur Flamin. *Flamin. Hoyed.*
de resignat.lib 2.q.1.à n.124.Hoyed. *Gonsal.*
d.cap.8.n.12.Gonsales n.10.Azor,& *Azor.*
Fabricius n.4. & 7.dictis locis. *Fabric.*

9. In dubio autem si non appareat, vtrùm onus habeant spirituale annexum, vel non? respondent Doctores vltimum statum esse inspiciendum, vt ex Gomesio, & Hoyeda d.c.8. n.13. notat Fabricius n.9. vbi proximè, qui multis similibus latè confirmant, & constat ex ijs, quę de materia text. in cap. *Querelam*, de electione, & in cap. *Consultationibus*, de iure patronatus, dicunt communiter Doctores; alij ad consuetudinem recurrendū prouinciæ existimant, iuxta regulam text. in l. *Semper in stipulationibus*, ff. de regulis iuris, & in l. *Si de interpretatione*, ff. de legibus, & ideò cum in Hispania frequenter dentur in titulum beneficii, si aliud non appareat, id esse præsumēdum infert Hoyeda d. cap. 8. n. 15. sed non videtur hæc resolutio satisfacere, quæstioni propositæ, quę versatur, quando sumus in dubio, quod non versatur in casu, in quo apparet de consuetudine, vel vltimo Ecclesiæ statu; & quia, vt proximè notauimus, consuetudo etiam Hispaniæ vniformis non est, sed potiùs aliquando clericis in titulum dantur, aliquando laicis pro onere temporali; & tandem quia licet secundum vltimum statum onus spirituale habere reperiatur, repugnat primæua præstimonij institutio, quæ erat, vt darentur studentibus, aut militantibns absque spirituali onere, ac subindè id videbatur præsumendum, iuxta receptam doctrinam, de qua diximus suprà in principio huius quæstionis. Ex quibus omnibus intelliges secundum hanc distinctionem procedere effectus omnes, quos proximè notabamus sequi, ex hac disputatione, quod præstimonia beneficia sint ecclesiastica.

Gom. Hoyed. Fabric. L. Semper ff. reg. iur. L. Si de interpret. ff. de legib. Hoyed.

§. VI.

A *De præceptorijs, quæ Commendæ ordinum militarium dicuntur.*

SVMMARIVM.

1 *Qui existimarunt præceptorias verè beneficia esse ecclesiastica.*

2 *Contraria opinio, & eius fundamenta.*

3 *An huiusmodi milites præceptorias obtinentes verè sint religiosi?*

4 *Vtrùm sint personæ Ecclesiasticæ?*

B 5 *Qui verè beneficiarij dicantur?*

6 *In venditione harum Cōmendarum vera committitur simonia.*

7 *Vtrùm huiusmodi milites, aut cōmendatarij de beneficijs sæcularibus valeant prouideri?*

Post expeditionē circa præstimonia, nō abs re deinde materiam circa præceptorias versantem aggredimur, 1. quas etiā (vulgò cōmēdas Ordinū militariū) verè beneficia esse grauissimi C scribunt Auctores, Barbat. in *Clemēt. Causam*, de electione, & in cap. *In nostra*, n.81. de rescript. Rebuf. Corrat. Flamin. & plures alij, quos refert, & latè sequitur multis comprobās Garcia dicta 1. p. cap. 4. per totum, & post Nauarrum de redditibus ecclesiasticis, q.1. monitu. 54. n.6. & q.3. monitu 27. Cabedo de patron. Reg. Coronæ cap.15. à n.7. qui ea mouentur ratione, quia huiusmodi Milites Diui Ioānis, Diui Iacobi, aut Ordinis Christi D religiosæ sunt personæ, ex ecclesiastica institutione deputatæ ministerio militandi ecclesiastico aduersus Christiani nominis hostes, & deducitur ex text. in cap. *Cum & plantare*. 3. in principio,

Barbat. Rebuf. Corrat. Flamin. Garc. Nauar. Cabedo. C. Cum & plantare. de priu.

cipio, ibi, *Fratres templi, & hospitalis, & alij Religiosi*, de priuilegijs. Insuper ratione huius officij, & laboris ecclesiasticos redditus percipiunt in titulum perpetuum Commendæ, dum viuunt, & consequenter apparet, nihil ex ijs, quæ ad beneficij substantiã constituendam necessaria diximus, deficere in huiusmodi præceptorijs.

2. Verum contrariam partem negatiuam, quod præceptoriæ, beneficia ecclesiastica non sint, tenent alij non inferioris notæ Authores, solet allegari Innocent. in cap. *Cum deputati*, de iudiciis, qui tamen nihil ad propositum; melius Mandosius regula 3. Cãcellariæ, q. 11. n. 3. Petrus Greg. syntagmat. iuris lib. 15. c. 34. n. 2. Gonsal. glossa 8. à n. 55. plenè Azor tom. 1. à n. 5. Et tandem cum hac resolutione remanet Cabed. d. cap. 15. à n. 15. & ita sentire post Victoriam, & alios, quos refert cõmuniter viros doctos Hispaniæ, & Lusitaniæ, in quibus frequentes sunt hæ præceptoriæ, testatur, & sequitur Pater Soares de Religione tom. 1. dicto tract. de simonia lib. 4. cap. 27. n. 6. qui contraria vtuntur ratione, nempè has præceptorias non dari propter officium ecclesiasticum, seu spirituale, sed potiùs propter operam omnino temporalem, militiã scilicet, in qua se strenue exercent, neque aliquo sacro ordine, vel etiam prima tonsura eos insignitos esse oportet, neque onere diuini officij recitandi astringuntur, imò plerique ex illis, vt sunt illi *Diui Iacobi*, & Militiæ *Christi*, & *Diui Benedicti* apud nos de *Auis*, matrimonium contrahunt, & consequenter longe à natura ecclesiastici beneficij has præceptorias alienas esse resoluunt prædicti auctores; indè concludentes ad materiam simoniæ non pertinere si precio dentur; vt ex Victoria, Aragon. & aliis comprobat Pater Soares proximè citatus. Neque, inquiunt, quidquam ad hoc referre, quod ex Ecclesiæ institutione officio militandi astricti sunt pro Ecclesiæ defensione; si enim hoc officium temporale est, quod fiat ex Ecclesiæ institutione pro Ecclesiæ vtilitate non pertinet ab beneficii naturam, sicut videmus in pluribus aliis, qui ministeriis temporalibus Ecclesię inseruiunt, & propterea portionem aliquam redditũum ecclesiasticorum percipiunt, & tamen apud omnes cõstat beneficiarios proprios non esse, vt de symbalista, æconomo, syndico, & similibus diximus suprà in 2. quæstion. procemiali, §. 5. per totum.

C. Cum deputati. de iudic. *Mandoz.* *Pet. Greg.* *Gonsal.* *Azor.* *Cabed.* *Victor.* *Soar.* *Victor.* *Aragon.* *Soar.*

3. Ex quibus hęc posterior pars omnino videtur retinenda: sed vt, quæ Doctores in hoc articulo latissimè scribunt, perfectius intelligas, aduerte, malè communiter cõfundere tria, quæ inter se diuersa sunt; primum, an huiusmodi milites verè sint religiosi? in quo negatiua pars verior est, exceptis ijs, quæ tria vota substantialia obedientiæ, paupertatis, & castitatis emittũt, vt sũt illi *Diui Ioannis*; secũdũ,

4. an sint personæ ecclesiasticæ? In quo pars affirmatiua verissima est, vt de vtroque suprà diximus, & latè comprobant Doctores ad d. cap. *Cum & plantare*, de priuilegiis, vbi prosequere ad varios casus, & effectus, qui ex ea distinctione sequuntur, quoad priuilegium fori Canonis, immunitatis attributis, & similia. Tertium est, an

5. veri sint beneficiarii? & oportet distinguere clericos, & milites, de clericis, quibus certa pars redditũum

deputatur, vt stipendium substẽtationis, pro ministerio spirituali inseruiẽ- A di Ecclesijs ordinum, & administratione diuinorum, dubitandum non est vere esse beneficicrios, quia nihil repugnat, imò conuenit tota benefi-
6. cij Ecclesiastici definitio. De Militibus, qui solùm armorum exercitio in seruiunt, partem nagatiuam veriorẽ esse proximè diximus; neque tamen ideo à simoniæ labe excusandos existimauerim, Magistrum, & alios prælatos ad quos harum commendarum spectat prouisio, si eas pretio dede- B rint; nam licet ex parte oneris incũbentis his militibus, eo quod spirituale non sit; admittamus beneficium ecclesiasticum propriè non esse, negari tamen non potest potestatem ex qua prælati prouident, esse spiritualẽ à Summo Pontifice concessam, & à clauium potestate dependentem, ac subindè in tali prouisione exerceri actum ecclesiasticæ potestatis spiritualis, & consequenter veram committi simoniam, ex hoc saltem capite C necessariò videtur resoluendum, vt in simili de licentia docendi scientias temporales, quam prælati concedunt ex vi ecclesiasticæ potestatis notant Doctores communiter per textum in cap. 1. & 2. de Magistris, & latè cõprobat Pater Soar. d. tractatu de Simonia lib. 4. cap. 20. à n. 18. licet contrariam sententiam communem asserat, & sequatur Bertholam. Hugol. in tract. de simonia tabula 1. cap. 10. §. 3. n. 2. Atque ita ex hac ratione melius, quàm ex alijs, quas adducunt, defen- D des eorum sententiam, qui veram simoniam in venditione harum commendarum committi asseuerant, vt latè tuetur Azor d. lib. 13. cap. 6. q. 3. sequitur Garcia d. cap. 4. num. 7. licet Soar. d. cap. 27. à n. 6. ad hæc non aduertens ad alias transeat rationes. Effectus verò, qui sequũtur ex eo, quod præceptoriæ sint beneficia ecclesiastica, pendent partem ex ijs, quæ in præcedẽtibus diximus, partim ex ijs, quæ latè in eodem proposito disputant Flamin. Gonsal. Garcia, Azor, Fabric. Cabed. Soares proximè citatis locis.

Cap. 1. & 2. de Magist. *Soar.* *Hugol.* *Azor.* *Garc.* *Soar.* *Flamin.* *Gonsal.* *Garc.* *Azor.* *Fabric.* *Cabed.* *Soar.*

7. Vnum adde, quod ex proximè dictis, multi pendere existimant resolutionem quæstionis, vtrùm huiusmodi Milites, aut Commendarii, de beneficijs sæcularibus valeant prouideri? In qua pro parte affirmatiua respõdisse illustrißimos Cardinales, cõstat ex declaratione 259. inter eas, quæ ex bibliotheca Prosperi Farinacij impressæ circunferuntur, atque etiam refert Vicentius de Manzilha ad Tridentinum sub titulo de statu monachorum, cap. 1. pag. 161. & ex voro Pamphilij eruditißimi Rotę auditoris; deinde Cardinalis meritißimi, id ipsum decisum refert Garcia d. cap. 4. n. 18, & ex iuris rigore probauit Azor dicto lib. 13. cap. 3. q. 2. in fine. Ratio est, quam expressit declaratio Cardinalium præcitata; quod huiusmodi Milites tria vota substantialia non profitentur, sed potiùs in voto paupertatis dispensati reperiũtur, ac subindè veri Religiosi nõ sunt ex regula text. in cap. *Cum ad monasterium*, in fine de statu monachor. vt proximè diximus; ac subinde leges Canonicæ, quæ sæcularia beneficia Religiosis, seu regularibus conferri prohibent, iuxta cap. *Cum de beneficio*, de præbend. in 6. cum similibus, de quibus diximus in principio huius quæstio-

Farinac. *Manzilh.* *Garcia.* *Azor.* *Cap. Cum ad monaster. de statu monac.* *Cap. Cum de benefic. de præb. in 6.*

quæstionis, ad istos, qui verè religiosi non sunt trahi non debent. Verum de hac resolutione, non immerito soleo dubitare, & dubitat Garcia eodē cap. 4. n. 22. & contrarium resoluit p. 7. cap. 10. n. 9. vbi n. 32. versic. secundo, refert declarationē eiusdem congregationis Cardinalium voto Pamphilij prædicto contrariam; dubitandi ratio ex prædictis fortius deducitur, quia, etsi dicamus hos milites vere religiosos non esse, negari tamen non potest vere esse regulares, & certæ regulæ ab Ecclesia approbatæ inseruire; ac subinde inter personas ecclesiasticas connumerari, vt probat d. cap. *Cum, & plantare*; textus autem in d. cap. *Cum de beneficio*, cum similibus non solùm prohibet Religiosos ad sæcularia beneficia promoueri, sed qđ sæcularia beneficia regularibus nō dentur. Neque huiusmodi prohibitio fundamentum habet, in eo, quod sint incapaces proprietatis, sed in ipsa natura, & institutione beneficiorū, quæ repugnat, vt ad ea assumantur homines disparis professionis, vt patet in clericis sæcularibus, qui proprietatis omnino capaces sunt, & tamen ad regularia assumendos non esse, eisdem iuribus constitutum est. Sed declarationibus congregationum Cardinalium, oportet acquiescere in consulendo, & iudicando ex ijs, quæ per earum auctoritatē late adducit Garcia in præfatione tomi primi de beneficijs. Sed adhuc deliberādum manet, vtrùm declarationes procedant in Militibus armorum exercitio deputatis, vt loquitur declaratio à Farinacio adducta, ibi; *Milites regulares militia sancti Iacobi de Spàta*, alijque huiusmodi, non ita in clericis eiusdem militiæ choro deputatis, qui collegialiter viuunt, & vere religiosos esse resoluimus præcitatis locis; sed & in istis declarationem procedere voluit Azor proximè citatus, & euincit ratio prædicta, si vera est, quod in voto paupertatis, etiam isti dispensati reperiuntur.

Garcia. Garc. Farinac.

A B C D

§. VII.
De Commendis beneficiorum sæcularium.

SVMMARIVM.

1 *Opinio quæ asserit propriè beneficiarios non esse commendas obtinentes, refertur.*
2 *Verbum commendare in iure quid importet?*
3 *An aliquis possit duo curata insimul obtinere, vnum in titulum, alterum in commendam?*
4 *Commendas verum beneficij titulum conferre existimant plures.*
5 *Commendatorios constitui posse sedis Apostolicæ delegatos tenent aliqui.*
6 *Concordantur supradicta sententiæ.*
7 *Quæ dicantur commendæ perpetuæ?*
8 *Quæ temporales?*
9 *Quomodo habens vnam parochiam in titulum possit aliam habere in Cōmendam.*
10 *Temporalis commenda fieri potest ab ordinario, perpetua verò à solo Romano Pontifice.*

Circa Commēdas sæculariū beneficiorum hoc successiuè loco agere libuit; de quibus Doctores etiam cōtrouertunt, vtrùm vere sint beneficia ecclesiastica? Et partem negatiuam, quod proprie beneficiarij non sint 1.

eas

eas obtinentes suadere videntur varia iuris quidem nostri testimonia, in quibus titulus beneficij ponitur tanquam diuersus à Commenda, seu magis velut terminus Commendæ oppositus, vt patet ex text. in cap. *Qui plures*.21. q.1.ibi, *Vnam quidem intitulatam, aliam verò sub Commenda*, & in cap. *Dudum*.54. in fine, de electione, ibi, *Vnam intitulatam, alteram commendatam*, cum multis similibus, quæ latè adducit Hoyeda de incompatibilitate, 2.p.cap.4.à n.2. & quia secundum verbi proprietatem cõmendare nihil aliud est, quàm deponere, vt ait text. in l.*Commendare*, ff. de verbor. significatione, & in l.*Lucius*, ff depositi, & ideò eum, cui Ecclesia commendatur, procuratorem vocat text. in cap. *Cũ nobis*.19. in fine de electione, quasi tantùm sit custos, & administrator rerum Ecclesiæ, non proprio, sed alieno nomine, & consequenter minimè titulum beneficij habere dicitur in citatis iuribus. Ex quibus ita hanc partem negatiuam tenet Glossa in d.cap. *Qui plures*, Glossa verb. *Commendare*, in cap.*Nemo*.15. de elect.in 6. Glossa in cap.*Si constiterit*, per textum ibi de accusationibus, notant Rebuffus in praxi, titulo de Commenda à n.2. & plures ex antiquioribus, & recentioribus, quos referunt Hoyeda 1. p. c. 14.in 6. Quintanaduen. lib.4. n. 124. Gomez, Mandosius, & Nauar. vt per Gonsales d.glossa.5.§.8. n.37. Antonius Fabricius tit. de beneficijs in titulum, & commendam à n.4. Aluisius Rictius collectaneo 927.apud Italos, hanc esse traditionem communi cõsensu receptam profitetur Azor d. 2. tom.lib.6.cap.31.q.5. Eandem sequitur Pater Soares d.lib.4. de simonia,

C. *Qui plures*.21.q.1

C. *Dudum* de elect.

Hoyed.

2.

L. *Commendare*, ff. de verb. sign.

L. *Lucius*. ff. depositi.

C. *Cũ nobis* de ele.

Gloss. d. c. quiplures. & cap. Si constiterit de accusat.

Gloss. cap. Nemo, de elect.

Rebuf.

Hoyed.

Quintan.

Gom.

Mandoz.

Nauar.

Gonsal.

Fabric.

Rict.

Azor.

Soar.

A cap. 27. n.2. hinc inferentes rationẽ, quare quis possit duo curata in simul obtinere, vnum in titulum, alterum in commendam, iuxta d.cap.*Qui plures*, cum similibus, quia scilicèt commenda non præstat verum titulum beneficij. 3.

Verum contrariam partem affirmatiuam, quod Commendæ verum beneficij titulum conferant, tenent Ioannes Monachus in d. cap.*Nemo*, Archidiacon. Federic. Milesl. & alij, quos referunt de communi attestantes, & multis rationibus confirmantes Hoyeda d.cap.14.n.136.versicul. *Et quanuis*, & post Cassador. Salzedũ ad Bernard.in practica, cap.50. litera A. & hãc esse communem Gallorum approbatam consensu, testatur Azor proximè citatus; indéque Commendatarium nihil à beneficiario differre, latè ad varios effectus discurrens prosequitur Gonsales dicto §. 8. à n. 3.& ideò iura omnia, quæ de beneficijs loquuntur procedere etiam in Commendis; ex Probo, Corrasio, Gonsales, & alijs, resoluit Garcia de beneficijs 4.p.cap.14.à n.48.hinc obseruantes Commendatarios, tanquã verè beneficiarios constitui posse sedis Apostolicæ delegatos, iuxta regulam text. in d.cap.*Statum*, de Rescriptis, in 6.vt post Cassaneum obseruat Fabricius, vbi proximè n.17. & post Gom. Gonsal. n.10. 4. B C 5.

Monach. *Archid.* *Federic.* *Hoyed.* *Cassador.* *Salzed.* *Azor.* *Gonsal.* *Prob.* *Corrat.* *Gonsal.* *Grac.* *Cassan.* *Fabric.* *Gom.* *Gonsal.*

Sed ex dictis facilè has contrarias, & communes Doctorum sententias poteris ad concordiam reducere distinguendo, varias commendæ species, quas explicant præcitati, præcipuè Hoyeda citatis locis, & ad duo capita præcipua ad nostrum propositum rediguntur; vel enim temporales sunt, 6. D

Hoyed.

sunt, vel perpetuæ, temporales, quæ ad tempus fiunt, veluti ad sex menses, iuxta præscriptum textum in cap.
7. *Nemo*, aut dum Commēdatarius legitimam ætatem non habet ad dignitatem commendatam obtinēdam in titulum, & has sine dubio beneficia ecclesiastica non esse merito, ex
Hoyed. communi affirmat Hoyeda d. cap. 14.
Garc. n. 7. versic. videmus, licet Garca d. c. 4. n. 43. falso illo insistens fundamento, quod ad essentiam beneficij non requiritur, quod sit perpetuum; contradicat; conuincitur enim, quia ma-
8. nifestè probauimus inter substantialia beneficij, illud in primis esse necessarium, quod sit ius perpetuum, & consequenter in his benè procedit sententia glossarum primo loco relata; perpetuæ sunt, quæ ad vitam obtinentis conceduntur, veluti quando fit in fauorem personæ habentis dignitatem, & simile beneficium incompatibile, vt vberiores habeat fructus, vel etiam quando monasteria regularia clericis sæcularibus commendantur, vt vero titulo apud alios remanente Commendatarius spiritualium, & temporalium perpetuam habeat administrationem, atque in pluribus alijs exēplis, quæ refert Hoye-
Hoyed. da d. cap. 14. nu. 5. His igitur casibus, commendam verum esse beneficium fateri oportet, iuxta posteriorem cōmunem sententiam.

9. Ad illam verò rationem in contrarium, quod habens vnam parochiam in titulum, potest aliam habere in commendam, quia commenda nō est verus titulus beneficij. Respondetur rectè procedere hanc rationem in commenda temporali, quam iure communi Ordinario facere permit-

A titur in vtilitatem Ecclesiæ, iuxta d. cap. *Nemo*, non verò in commenda perpetua, quam Ordinarius facere non potest, sed solùm Romanus Pōtifex, & ideò à Doctoribus, paliata quædam dispensatio solet appellari; atque ideò etiam in his commendis perpetuis procedere regulam text. in dict. cap. *de multa*, tam principali decisione, quam in fine, vbi de Romani *C. de multa.* Pontificis dispensatione agit, & ad nostrum propositum probat text. in d. cap. *Nemo*, vbi solùm ad sex menses
B promittuntur Commendæ iure cōmuni Ordinarijs, & ad hos terminos *C. Nemo.* reducenda sunt iura, quæ de cōmendis faciunt mentionē, vt scilicet procedant respectū Ordinariorum in ijs, quæ fiunt ad tempus, vt notant Rebuffus n 4. vbi suprà cum sequentib. multa incommoda Commendarum *Rebuf.* temporalium recensens, & post Cardinalem, Alex. Nauarrus in Man. c. *Cardin.* *Alex.* 25. n. 126. Hoyeda d. 2. p. c. 4. n. 12. & *Nauar.* 18. Gonsales d. §. 8. n. 6. Azor 2. p. lib. *Hoyed.*
C 6. cap. 11. q. 11. Neque audiendus est *Gonsal.* Garcia d. 4. p. ex n. 13. cum sequenti- *Azor.* bus, dum resoluit alia beneficia non *Garc.* curata in perpetuum posse Episcopos cōmendare ad Ecclesiarum vtilitatem, auctoritate text. in dicto cap. *Qui plures*, & d. cap. *Dudum*, non enim videtur Garcia legisse textum in citato cap. *Dudum*, ad finem, vbi expressè loquitur de duabus parochialibus; vna in titulum; altera in commendam; neque etiam quidquam probat text. quem ad idem allegat Paulus
D Piasesius in praxi 2. p. cap. 5. n. 24. in *Piasesius* d. cap. *Si constiterit*, de accusationib. legenti enim apparebit magis contrarium probare; atque ideò melius intelliges temporalem commendam fieri

fieri posse ab Ordinariis, quia vt Doctores communiter aduertunt fit in Ecclesiæ vtilitatem; perpetuæ verò
10. tam in curatis, quàm in aliis residentiam requirentibus à solo Romano Pontifice concedi posse, vt melius
Rebuf. Nauar. Hoyed. resoluunt Rebuf. Nauar. Hoyeda, & alii præcitati, & consequenter impertinenter Doctores recurrunt in hac quæstione de pluribus commendis, vel vna in titulum, & altera in commendam, ad rationem illam, quod beneficium sit ecclesiasticum, nō autē ipsa commenda. Sicut etiam eadem ratio non facit ad materiam simoniæ; semper enim si cōmēda pretio fiat, siue in perpetuum, siue ad tempus, simonia erit, quia in vtraque inuoluitur aliquid spiritualitatis, vt in temporali, in qua datur administratio spiritualium, & temporalium, per se manifestum est, & facilè admittunt communiter scribentes. In perpetua autem licet videantur redditus dari in proprietatem, vt commendatarius in suos vsus conuertat titulo spirituali, apud alium permanēte, & ideò maior videatur dubitandi ratio, diligenter tamen id ipsum comprobat, & explicat Pater Soares dicto lib.4. de simo-
Soar. nia, cap.27. à n.3. Plures alios effectus, & quæstiones pendentes ex hac inspectione, vtrùm beneficia ad tempus, vel in perpetuum commendentur? Vide per Rebuf. Hoyed. Gonsal. Garciam, Rictium, Fabricium, & Azorium cap.31. præcitatis locis, & adde quæ latè scribit Paulus Fuscus de Visitatione libr. 2. cap.9. per totum, Cardin. Tuscus tom.1. litera C. conclusione 473. cum sequentibus, & tomo 3. litera E. conclus. 270. Flamin. Paris. de Resignatione lib.2. quæst.17.

Rebuf. Hoyed. Gonsal. Garc. Rictius. Fabric. Azor. Fuscus. Tusc. Flamin.

per totam, & lib.3. q.1. n.111. & q.6.
A à num.45.

§. VIII.
De Vicariis perpetuis.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria perpetua verè & propriè beneficium ecclesiasticum est, minimè temporalis.*
2 *Vicariis perpetuis, tanquam vera beneficia, posse renunciari, comprobant Doctores.*
B 3 *Vicariæ perpetuæ cadunt in reseruatione mensium.*
4 *Ad titulum earum potest aliquis ad sacros ordines promoueri.*
5 *Pœna cap. de multa de præb. procedit etiam in Vicaria perpetua.*
6 *Ita pœna cap. Licet canon. de elect. in 6. & cap. Cum in cunctis, de elect.*
7 *In quibus casibus Vicarius perpetuus & temporalis constitui posset?*

C POst materiam Commendarum hoc deinde loco subsequenti materiam (de perpetuis Vicariis) duximus collocare; eas autem vere, & propriè esse beneficia ecclesiastica communiter Doctores meritò resoluunt; nō ita si temporales fuerint, veluti ad nutū remouibiles. Probatur distinctio, quoad vtrūque membrum, quia perpetuis vere, & proprie conuenit tota ecclesiastici beneficii definitio, quod sit ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officiū spi-
D ritualem; non temporalibus, vel iis, quæ ad nutum remouibiles sunt, siquidē supponimus deficere particulam illā, ius perpetuum, atque ideò hanc distinctionem probat expresse text. in cap. 1.

C. Postulasti, de rescript. Glos. c. 1. de offi. vic. cap. *Postulasti*. 27. versic. *Non enim*, de rescriptis, notat Glossa. 1. quam ibi sequuntur Doctores communiter in c. 1. de officio Vicarij, & per text. ibi in Clementina. 1. eodem tit. notant scribentes omnes, teste Rebuffo in praxi, tit. de Vicar. perpetuis, n. 15. Hoyeda de incompatibil. 1. p. c. 15. n. 11. Gōsal. d. gloss. 5. §. 3. n. 20. iūcto n. 35. Salzedo ad Bernard. in practica, c. 17. n. 8. Garcia 1. p. c. 2. n. 93. Azor d. 2. p. lib. 3. c. 6. q. 6. Fabric. tit. de officijs, & administrationib. ex n. 39. merito reprobantes doctrinam Glossæ, verbo *Remouere*, in cap. *Ad hæc*, de officio Vicarij, quæ simpliciter asseuerat Vicarios non habere verum titulū beneficij; sed per contrarium annotātes iura omnia, quę de beneficijs, vel de beneficiarijs loquuntur ad perpetuas vicarias esse extendēda; ideóq; tanquā vera beneficia posse renunciari, cōprobat Flamin. de resignat lib. 2. q. 1. ex n. 112. & eadē ratione cadere perpetuas vicarias in reseruationē mensium, Gonsal. à n. 19. ad titulum carū posse ad sacros ordines promoueri, non ita si temporales fuerint; Salzed. proximè citatus; & pœnam dicti cap. *de multa*, de præbend. quod priuatus sit ipso iure obtinens parochialē, aliā similem recipiens, procedere etiā in perpetuijs Vicarijs, sicut etiā pœnam capitis *Licet canon*, de electione in 6. contra obtinentes parochialem, si intra annum ad sacros ordines nō promoueantur, vel si legitimam viginti quinque annorum ætatē non habuerint, iuxta text. in cap. *Cum in cunctis*, §. *Inferiora*, de electione, quod in huiusmodi perpetuis Vicarijs procedāt, decidit text. in d. *Clementina vnica*, de officio Vicarij, de cuius materia vide

Rebuf. Hoyed. Gonsal. Salzedo. Garc. Azor. Fabric. Glos. cap. Ad hæc, de offic. vic.

2\. 3. 4. 5. 6.

Flamin. Gonsal. Cap. Licet canon, de elect. in 6. Cap. Cum in cunctis, de elect. Clem. vnica de offic. vicar.

A per supracitatos; atque etiā casus, in quibus vicarius perpetuus, vel tēporalis potest cōstitui, præcipuè cū Rebuf. & Hoyeda, & quæ notāt Doctores ad cap. *Cum & plātare*, de priuileg. Vnū pro breui cognitione terminorū aduerte, vicarios perpetuos duobus potissimū casibus in vsu esse, veluti quādo vna Ecclesia parochialis alteri vnita legitimè reperitur, cū enim rector nequeat in vtraque per se ipsum residere, merito receptū fuit, vt in vna scilicèt principali per se ipsum, B in altera per idoneum Vicariū possit deseruire, vt decidit text. in c. *Extirpāda*, §. *Qui verò*, de præb. & in cap. 1. de Capellis monach. in 6. latè Rebuf. n. 1. Hoyed. 2. proximè citatis locis; vel etiā quādo Ecclesia vnita reperitur monasterio monachorū, aut monialium, quoad titulum, & temporale regimen; oportet enim Vicariū perpetuū cōstituere, qui sacramentorū, & spiritualium habeat administrationem, iuxta d. cap. 1. & latè explicat C Flores de Mena variarum quæstionū lib. 1. c. 10. à n. 8. iuncto n. 16. Indeq; obseruauimus addictam Clement. 1. non esse inconueniens hoc casu fateri duos esse beneficiarios, respectu eiusdem Ecclesiæ, alterum rectorem ipsum principalem, respectu suæ prelaturæ, seu rectoriæ, alterum Vicariū perpetuum, respectu vicariæ, iuxta suprà positam resolutionem.

7\. Rebuf. Hoyed. Flores de Mena.

§. IX.

De Coadiutorijs perpetuis.

D SVMMARIVM.

1 *Coadiutorias non esse verè, & propriè beneficia ecclesiastica tenēt plures.*

Nn 2 *An*

2 *An teneatur coadiutor præcise residere, seu causatiuè?*

3 *An per obitum coadiutoris dicatur beneficium vacare?*

4 *Vtrùm coadiutor teneatur ad horas Canonicas recitandas?*

5 *An possit coadiutor ad titulum coadiutoriæ ordinari?*

6 *Vtrùm coadiutor gaudeat priuilegijs veri beneficij, seu canonici, & quare in Capitulo sedeat vltimus?*

7 *An hæc omnia procedant solùm in coadiutoria temporali?*

8 *An teneatur coadiutor habitum, & tonsuram clericalem deferre, & gaudeat priuilegio fori?*

9 *Vtrùm gaudeat regula de triennali possessore?*

10 *Coadiutor nõ alieno nomine coadiuti, sed suo ꝓprio dicitur Ecclesiæ inseruire.*

11 *Principali coadiuto excõmunicato, quo modo coadiutor inseruire possit.*

12 *Non tenetur coadiutor exire de capitulo, in quo agitur de negotio, vel re ad coadiuctum pertinente.*

13 *Coadiutus, & coadiutor possunt simul in habitu canonicali interesse in processionibus, & missis solemnijs.*

1. PRæfata materia absoluta, quæstionem circa coadiutorias
tractãdam suscepimus; quas
secundum vsum hodiernũ,
raro in parochialibus, frequenter in
Canonicatibus dari à Summo Põtifice vidimus; de quibus non otiose,
sed ad varias, & vtilissimas quæstiones Doctores nostri solent dubitare;
vtrùm verè, & propriè sint beneficia?
Partem negatiuã constanter tuentur
Abb. ex Abbate in cap. *de Rectoribus*, de clerico ægrot. *Azor.* Azor d. 2. p. lib. 3. c. 2. q. 4.
Pet. Greg. & ex Petro Greg. rei beneficiariæ, c.
Vasconcel. 11. n. 2. & Gonsal. Mendes de Vascõcellos diuersorum argumentorũ lib.
A 4. c. 1. n. 8. Gonsal. d. glossa. 5. §. 9. à principio, & omnino n. 40. & 64. cum *Gonsal.*
sequentibus, Garcia 4. p. de benefic. *Garc.*
c. 5. à n. 122. Ant. Fabric. d. tit. de officijs, & administrationib. n. 20. cũ se- *Fabric.*
quẽtib. cuius receptissimæ traditionis
eã afferunt rationẽ; quod coadiutus
verè retinet titulũ beneficij; neq; duo
illius dominium possunt insimul retinere, & consequẽter non tenetur co- 2.
adiutor præcise, residere, sed causatiuè, vt scilicet, si non resideat fructus
B nõ lucretur, sed coadiutor satisfacere
teneatur; nec subindè per obitũ coadiutoris, dicitur beneficium vacare.
Hinc etiã non teneri coadiutorẽ ratione coadiutoriæ, si sacros ordines,
vel aliud beneficiũ non obtineat, ad
horas Canonicas recitandas, resoluit 3.
Nauarrus de Orat. c. 20. n. 18. Azor *Nauar.*
tom. 1. lib. 10. c. 4. q. 1. Garcia p. 3. c. 1. *Azor.*
à nu. 107. latissimè P. Soar. de Relig. *Garcia.*
tomo 2. de horis Canonicis lib. 4. c. *Soar.*
22. à n. 18. Non potest coadiutor ad 4.
titulũ coadiutoriæ ordinari, iuxta re-
C gul. text. in c. *Episcopus*, & in c. *Cum secundũ*, de præb. Trid. sess. 21. de Refor *Trident.*
mat. c. 2. notant Salzedo d. c. 18. n. 7. *Salzed.*
Gonsal. d. §. 9. n. 8. Garcia 2. p. c. 5. à n. 5.
132. Neque priuilegijs gaudet veri
beneficij, seu Canonici, & ideò in choro, & Capitulo sedet vltimus post omnes Canonicos iuniores receptos. scilicet post ingressũ suũ, vt latè cõpro- 6.
bat decisiones Rotæ explicans, quæ
contrarium innuere videbãtur, Gar- *Garc.*
cia n. 54. Gonsal. à n. 98. dictis locis, *Gonsal.*
D pluresq; alios effectus latissimè prosequuntur tam isti, quàm Fabric. &
Azor. Vascõcel. & alij proximè citati.

Verum resolutionem hanc principalem negatiuã, & omnes effectus, 7.
qui

qui ex ea deducuntur, aduerto rectè procedere in coadiutoria temporali, veluti, quando ægrotanti datur, vt latè, & bene prosequitur Gonsal. d. §. 9. à n. 19. quia huic non conuenit particula illa definitionis beneficij, quod sit ius perpetuum, minime tamen eā probare possum in coadiutoria perpetua, si eius ratione commoda detur portio coadiutori, queadmodum de iuris necessitate dandam esse probat. text. in d. cap. *de rectoribus*, ibi, *congruā portionem recipiat*, & latè explicat Azor vbi proximè q. 8. Moneta de destributionibus quotidianis p. 2. q. 1. à n. 22. & omnino n. 30. cum sequentib. licet adhuc in his terminis communē procedere, & coadiutorē non teneri ad horas Canonicas, post alios communiter scribat Garcia d. n. 107. firmiter enim mihi persuadeo, huiusmodi coadiutorijs, conuenire totam beneficij ecclesiastici definitionē, quod sit ius perpetuū percipiendi redditus ecclesiasticos, propter officium spirituale, ut supponimus. Quod vero *coadiutus*, retineat titulum sui beneficij, veluti canonicatus, nihil incōuenit, si dicamus Canonicum coadiutum verum esse beneficiarium, respectu suæ canoniæ, coadiuctorē verò respectu suæ coadiutorię, vt in simili suprà proximè dicebamus de rectore principali parochialis, & vicario perpetuo, quod Rector, vt cōmunis admitti habeat verum titulum, respectu suæ rectoriæ principalis, sed nō ideò minus vicarius perpetuus habere dicatur verum beneficium respectu suæ vicarię. Indèq; facilè soluuntur argumenta, quæ in contrariū pro communi adducebamus, & in hunc sensum defendi potest doctrina Glossæ, verbo *Curam animarū*, in d. c. *de rectoribus*, & aliorū, qui eam sequuntur, quos refert Gōsales d. §. 9. in princip. dum resoluunt coadiutores veros esse prælatos.

Azor. Monet. Garc.

8. Vnde manifestè sequitur negādos esse omnes effectus, quos ad praxim ex cōmuni deducebāt eius auctores, & infertur ad plura alia, in quibus eidē non satis sibi constantes coadiutori effectus veri beneficiarij tribuunt, vt est ille, quod teneatur habitum, & tonsuram clericalem deferre, & fori gaudeat priuilegio, vt ex multis comprobat Garcia à n. 97. cum sequētib. d. c. 5. atque etiā ille quod gaudeat regula detriennali possessore, vt explicant Gonsal. à n. 118. Garcia à n. 89. dictis locis, atq; etiā ille, quod inuito coadiuto coadiutorię renunciare valeat, vt ex Putreo, & cōmuni in cap. 9. *vlt.* de clerico ægrotāte post Vasconcelos n. 9. Gonsal. n. 131. Garc. n. 124. citatis locis, ratio verò dubitandi nō ex eo petenda erat, quod coadiutor vere beneficiarius non sit, sed magis ex eo, quod in fauorē coadiuti datus sit principaliter, cui sine facto suo prę iudicari non potuit ex regul. legis *id, quod nostrum*, ff. de regul. iuris cū vulgaribus, & inter disputandum fatentur ipsi Gonsal. & Garcia, & alij, quos referunt. Quod verò ad titulū coadiutoriæ perpetuæ habentis congruā portionem valeat ordinari, nihil est, quod repugnet, neque etiam quare tales coadiutores à recitandis hǫris Canonicis releuentur. Quæ omnia confirmantur ex axiomate, quod tāquam certissimum sæpiùs repetit ipse Garcia, quod scilicet coadiutor nō alieno nomine coadiuti, sed suo proprio dicitur Ecclesiæ inseruire, & ideò concludit principali coadiuto 10.

Gonsal. Garc. Gonsal. Putr. Vasconsel. L. id quod nostrū, ff. reg. iuris. Gonsal. Garc.

excommunicato, quanuis coadiutor pro eo, vt ei destributiones lucretur, A interesse non posit ex regula text. Ca. Pastoralis, de appellat. in cap. *Pastoralis*, §. *Verum* in fine, de appellationibus, in quem sensum potest intelligi resolutio negatiua, quam 11. Gonsal. in eadem quæstione ponit Gonsales à n. 123. nullum tamen esse inconueniens, quod nomine suo, vt portionẽ sibi debitam acquirat interesse posit coadiutor, qui excommunicatus nõ est, & suo nomine inseruire potest in Rotam Romanam decidisse refert, & Garc. latè comprobat Garcia à nu. 83. cum B sequentibus d. cap. 5. vbi à n. 104. ex eadem ratione resoluit nõ teneri coadiutorem exire de capitulo, In quo agitur de negotio, vel re ad coadiutum pertinente, ex præscripto Tri-12. Trid. dentini sess. 25. de Reformat. cap. 6. versicul. *Qui si aliquid*. Nam cum suo nomine coadiutor inseruiat, non nomine coadiuti, dici non potest negotiũ ibi agi eiusdẽ coadiutoris, ideoq; si coadiutus præbendam prætendat, in ea coadiutor poterit votum ferre, C vt concludit ipse Garcia, & è conuerso, si agatur de re coadiutoris, posse interesse coadiutum dicendum est; licet apud aliquas sedes, aliquando videatur contrarium obseruari, præsertim in hac Conimbricensi; eadẽq; ratione existimo non esse inconueniens, quod simul posint in habitu Canonicali interesse, coadiutus, & coaditor, in procesionibus, & Missa-13. rum solemnijs; principalis in loco sibi debito, iuxta antiquitatẽ suam; coadiutor post omnes Canonicos ex di- D ctis, siquidẽ diuersa obtinẽt beneficia diuerso iure competentia, licet con-Garcia. tradicat Garcia n. 107. cum sequenti. Cuius fundamentum, quod vnũ tantùm canonicatũ repræsentant, solum concludit ne duplicẽ vocem habeãt, vel duplices lucrẽtur destributiones; non quoad interessentiã, quæ diuersis respectibus vtriquè conuenit, vni tanquam vero Canonico, alteri tanquam coadiutori; sicut nihil inconuenit, quod in eadem Ecclesia rector principalis, vt talis, Vicarius, vt Vicarius interesse valeant, & vsu receptũ videmus in Episcopo, & Vicario suo generali.

§. X.

De Pensionarijs.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio illorum, qui dicunt pensiones non esse beneficia ecclesiastica, & eius fundamenta.*

2 *An ad titulum pensionis posit aliquis ad sacros ordines promoueri?*

3 *An committatur simonia si pensio pretio redimatur, etiam absque superioris auctoritate?*

4 *An bulla Pij. 4. & Pij. 5. contra renunciantes beneficia per confidentiã, extendantur ad pensiones?*

5 *Impetrans beneficium, an teneatur facere mentionem de pensione.*

6 *Pensionarij, an solùm teneantur, ad officium paruulum Beatæ Virginis.*

7 *Vtrùm pensionarij in minoribus ordinibus gaudeant priuilegio fori.*

8 *An per contractum matrimonij, promotionem ad episcopatum, professionem religionis, & reliquæ pensiones vacent?*

9 *Opinio quæ aßerit pensionem clerico aßignatam, ecclesiasticum esse beneficium, præscribitur.*

10 *Quæ dicantur pensiones mere temporales?*

11 *Differentia inter præstimonium, & pensionem.*

12 Pen-

12 *Pensiones, quæ dantur in titulum clericis verè beneficia ecclesiastica sũt.*
13 *Qui pensionarij gaudeant priuilegio fori?*
14 *Explicatur Trident. sess. 21. de reformat. c. 2. & Bulla Pij. 5. circa pensiones.*
15 *Quomodo concedatur pensio laico, & clerico?*
15 *Vtrùm pensio dici possit beneficium ecclesiasticum, quando aliquis fuerit ordinatus ad titulum pensionis?*

1\. De materia tandem pensionum agemus in hoc loco; de quibus, etiam grauis est, & necessaria ad varios articulos inter scribentes concertatio, vtrùm verè sint ecclesiastica beneficia, & ecclesiastici beneficij nomine contineantur? In qua partem negatiuam frequentissimè sequuntur, tam antiqui, quàm recentiores auctores; primo auctoritate text. in cap. *Quamuis*. 4. de præbend. in 6. tam decisione, quatenùs probat, per mandata de prouidendo de beneficijs, vsque ad certã summam prouideri non posse de pẽsione, tam in illis verbis, *Non de pensione, sed in beneficijs ecclesiasticis tantũ volumus prouidere.* Quæ apertè probant pensionem beneficium ecclesiasticum non esse, sed aliud longe diuersum, consonat elegans Tridentini sess. 21. de Reformatione, cap. 2. quatenùs constituit antiquos Canones renouando, ad sacros ordines promoueri non posse, nisi eum qui beneficium ecclesiasticum habuerit, nec satis esse, quod patrimonium, vel pẽsionem obtineat, commendat Salzedo in additionibus ad Bernardum in practica, cap. 62. num. 10. Deinde, quia beneficij natura est, vt in eo, quis perpetuo intituletur, & in eodem resideat, & inseruiat, vt auctoritate textus in cap. *Sanctorum*. 70. distinction. Sed certum est pensionarium non intitulari in Ecclesia aliqua, neque ad eius seruitium obligari, sed habere portionem quandam ex redditibus beneficij ad tempus separatam, quæ subindè frequenter laico datur absq; aliquo onere spirituali, vt deducitur ex textu in cap. *Possessiones*. 16. q. 1. & ex varijs pensionis definitionibus, quas latè refert Garcia d. 1. p. cap. 5. à n. 162. Ex quibus pensionẽ à beneficij natura longe differre, tenẽt Dominicus Francus, & alij communiter, post Gloss. in d. cap. *Quamuis*, Corras. de sacerdotio. 1. p. c. 4. Hoyeda de incompatibilitate 1. p. in præfatione, n. 3. & 2. p. cap. 7. n. 4. & multi, quos latè refert Gigas de pensionibus, q. 28. Flamin de resignat. libr. 2. q. 15. n. 11. & lib. 11. q. 4. n. 3. Gonsal. d. glossa. 5. §. 5. à principio, & esse omnium fere consensu receptum asserit Azor d. 2. p. cap. 5. q. 2. refert, & sequitur infinitos Garcia d. 1. p. cap. 5. n. 3. cum sequentibus; quibus adde Aluisium Rictium collect. 960. Anton. Fabric. in praxi, & theorica beneficiali, titul. de pensione beneficiali à n. 1. Stephanũ Gratianum disceptation. forens. cap. 397. n. 11. cum sequẽtibus, Marescot. variarum resolut. lib. 2. cap. 2. n. 4.

2\. Hinc inferentes ad plures vsus frequẽtes quęst. & in primis ad ordines, ad quos neminẽ promoueri posse ad titulũ pensionis, notant ex proxime citato Tridentini decreto. Deinde ad materiã simoniæ, quã non cõmitti, si pensio pretio redimatur, etiam absque superioris auctoritate ex hac ipsa ratio-

C. Quãuis 4. de præb. in 6. *Trid.* *Salzedo.* *C. Sanctorum. 70. d.* *C. Possessiones. 16. q. 1.* *Garc.* *Dominic.* *Glos. cap. Quamuis.* *Corrat.* *Hoyed.* *Gigas.* *Flamin.* *Gonsal.* *Azor.* *Garcia.* *Rictius.* *Fabric.* *Gratian.* *Maresc.* *Trid.*

3. ratione, quod beneficium non sit ecclesiasticum, sed tantùm stipendium quoddam temporale, notat Rebuffus de pacificis possessoribus, nu. 150. & latè Gigas de pensionibus, q. 99. à n. 6. atque etiam Rodoan de simonia, p. 2. cap. 14. à n. 26 & etiam in pensione, clerico, vt tali reseruata; post Caietan. resoluit Tolet. Cardin. in summa lib. 5. cap. 93. n. 2. & post eos receptam esse sententiam fatetur Soares de Religione tom. 2. tractatu de simonia lib. 4. cap. 26. n. 1. & 2. Neque subindè Bullæ *Pij*. 4. & *Pij*. 5. contra renunciantes beneficia, per confidentiam extendi posse ad pensiones post Nauarrum, plurimis Cōcilijs, & plures Rotæ decisiones, multis rationibus comprobat Flamin. de confidentijs beneficialibus, q. 23. à nu. 14. latè disputans per totam quæstionē, quod etiam tenent Rictius, Fabricius n. 18. Garcia n. 51. dictis locis. Indè etiam inferentes non teneri impetrantem beneficium facere mentionem de pēsione, sicut de obtentis beneficijs facere tenetur, iuxta textum in cap. *Si motu proprio*, de præbend. in 6. & ita sæpiùs Patres Romanæ Rotæ decidisse, constat ex adductis à Gonsales n. 26. Garcia 75. dictis locis. Neque etiā teneri pensionarium iure communi ad horas Canonicas recitandas, sed tantùm ex noua Pij. 5. constitutione ad officium paruum Beatæ Virginis, fatentur omnes, vt constat ex infinitis adductis à Garcia d. cap. 5. n. 65. & hanc fuisse semper constantem omnium scribentium sententiam, etiam quando pensio clerico datur clericali titulo post alios, quos refert, comprobat Pater Soares de Religione tomo 2. tit. de horis Canonicis lib. 4. c. 22.

Rebuf. *Gigas.* *Rodoan.* *Caiet.* *Tolet.* *Soar.* 4. *Nauar.* *Flamin.* *Rictius.* *Fabric.* *Garc.* 5. *C. Si motu proprio. de prab. in 6.* *Gonsal.* *Garcia.* *Garc.* *Soar.*

A à nu. 4. Neque subindè gaudere fori priuilegio pensionarium in minoribus ordinibus constitutum, etiamsi habitum & tonsuram deferat clericalem, pro interpretatione Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 6. declararūt illustrissimi Cardinales, vt post Flamin. & Gonsal. refert Garcia d. cap. 5. n. 70. & habetur in declarationibus, quæ impressæ vulgò circunferuntur. *Trid.* *Flamin.* *Gonsal.* *Garc.*

Indè etiam, & per contractum matrimonium vacent beneficia, iuxta cap. 1. & per totum de clericis coniu- B gatis; sicut etiam per promotionem ad episcopatum, iuxta dictum cap. *Cū in cunctis*, §. 1. de electione, atque etiā per professionem religionis, cap. *Beneficium*, de regularibus in 6. non ita vacare pensiones ex Cardinali in *Clementina*. 1. §. 1. de supplend. negligentia prælatorum, tenet communis ex relatis à Garcia n. 105. cum multis sequentibus. Sic denique licet illegitimus incapax sit beneficij ecclesiastici, iuxta cap. 1. de filijs præsbyteror. in 6. non ita pensionis, vt sæpiùs de- C cisum esse in sacro Rotæ prætorio, testatur Garcia n. 115. d. loco. Cardinal. Seraphim, Oliuar. decis. 1264. Stephanus Gratianus d. cap. 397. à n. 11. pluresque alios effectus valde notabiles, ex eadem resolutione negatiua, post Gigas, latè prosequitur Gonsal. Garciā, Fabric. à n. 20. dictis locis. 6. *Cap. 1. de cler. coni.* *C. Cum in cunctis.* *C. Benefi. de regula.* *Clement. 1 de supp. ne gl. pral.* *Cap. 1 de filijs præsb.* *Garcia.* *Card. Seraphim.* *Gratian.* *Gigas.* *Gonsal.* *Garc.* *Fabric.*

Verum contrariam partem affirmatiuam, quod pensio saltem clerico assignata ecclesiasticum sit beneficiū probare videtur expresse text. in cap. D *Ad audientiam*. 31. de rescriptis, ibi, *Pensiones, seu alia beneficia*, expendendo particulam illam, *alia*, quæ est implicatiua similium, & in præcedentibus, eandem repetit qualitatem, vt ex Glossa 7. *C. Ad audientiā de rescrip.*

Gloss.c.Sedes de rescript. *Cened.* Glossa verbo *Maiores*, & communi in cap. *Sedes*, de rescriptis, post multos, quos latè refert Cenedo singulari.4. Probatur deinde, quia licet pẽsiones aliquando laicis dentur ratione alicuius seruitij temporalis, iam tamen hodie frequentissimè dantur clericis in stipendium suæ sustentationis, & cũ onere spirituali, recitandi saltem prędictum officium paruum beatæ Virginis, & ideò cum dentur in perpetuum, in vitã scilicet pensionarij, nihil deficit de ijs, quæ ad integram beneficij ecclesiastici substantiam constituendam necessaria sunt; eoque fundamento pensiones, quæ hodie in vsu sunt verè, & proprie esse ecclesiastica beneficia, quia non aliter solent à Romano Pontifice concedi, nisi clericis, & cum clausula, post clericali charactere fuerint insigniti, tenent Rebuf. de nominat.q.9.n.37. & *Rebuf.* *Gig.* post Gigas de pensionib.q.1.q.21. & *Redoan.* q.28. Redoan d.cap.14.n.18. & communem contrariam, firmitatem non *Salzed.* habere securè scribit Salzedo d. nu. *Caiet.* 10. ad medium, & contra Caietanum dicentem, quod pensio sit ius mere temporale, tenentius esse spiritualibus annexum. *Nauar.* Nauar.consf.59.n.1. & 2. & consil.61. n.3. de simonia, & pluribus alijs locis, quæ refert Garcia d. *Garc.* *Mandos.* cap.5.n.9 & 10. & 18. vbi in eandem *Duaren.* sententiam adducit Mandos. Duaren. *Zech.* Zechium, Viuald, & plures alios, quos *Viuald.* ibi videre poteris, & ante omnes, pẽsiones vere esse beneficia ecclesiastica constanter cõtra communem tuebatur *Barbat.* Barbat. in d.cap. *Ad audientiam*, à n.5. cum sequentibus. Vnde consequenter resoluunt iure non consistere effectus prædictos, quos communis deducit ex priori resolutione, &

A imprimis illum ex materia simoniæ, quam committi, si absque legitima superioris auctoritate pensio pecunia redimatur, concludit Nauar. proximè citatis locis, & in Manuali cap.23. *Nauar.* n.111. Flamin. de Resignat.lib.6.q.2. *Flamin.* n.128. Soto de iustit. lib.9.q.7. art.2. *Soto.* conclus.7. Hugolin. d.tabula 1. c. 28. *Hugol.* §.3.n.7. Zerola, Zech. Beja, Viuald. & *Zerol.* alij, quos refert, & sequitur Garcia d. *Zech.* cap.5.n.20. Et sic de reliquis effecti- *Beia.* bus. *Viuald.*

Garc. 8. B Quare, vt multa, quæ in hoc articulo latissimè tradunt scribentes facilius comprehendas; constituendum est, quod duobus modis possunt pensiones constitui; vel enim sunt mere temporales, quæ laicis dantur, titulo mere temporali, quæ scilicet, veluti simbalistæ, sindico, & similibus, vt suprà, & istas certum est beneficia ecclesiastica non esse. Quod si petas, in quo differant præstimonia à pensionibus; respondetur, pensionem iuxta definitiones, de quibus Rebuffus de *Rebuf.* pacificis d.n.111. Garcia d.cap.5.à n. *Garc.* C 162. esse portionem ex redditibus Ecclesiæ ad tempus separatam, vt personæ certæ assignetur, quæ subindè ipsius morte non vacare dicitur, sed extingui, vt explicat Gigas q.12. *Gig.* & post eum Gonsal.d.§.5.n.41. præ- *Gonsal.* stimonium verò est pars redditũum ecclesiasticorum separata in perpetuum, quæ subindè obtinentis morte vacat, & prouidetur ad instar beneficiorum, sentit differentiam P.Soar. *Soar.* D d.libr.4. de horis Canonicis, cap.22 n.8. Vel secundo pensiones dantur in titulum clericis, scilicet vt sustentationis stipendium, quando beneficio renunciant; ne ex renunciatione nimium dispendium patiantur, quas

dari loco beneficij, imò beneficia esse ecclesiastica fateri oportet, & ita procedere secundam sententiam affirmatiuam proximè relatam; & ita se explicant ipsi Auctores, quos pro ea adduximus, vt constat ex Rebuf. Salzed. Garcia, & alijs suprà adductis, & latiùs, quam omnes prosequitur Soares d.cap.26. quod scilicet, quæ titulo temporali dantur, non pertinent ad materiam simoniæ, & sine vlla vmbra illius vendi possunt, iuxta communē sententiam, de qua contra Rebuf. testatur ibi num.4. & 5. Si verò clericis dantur siue expresse in titulum spiritualem, siue simpliciter sine simonia, vendi non posse, explicat à n. 6. quia secundum Nauar. eo ipso quod clericis, vt clericis dantur, datę videntur in titulum beneficij, vt esse communem contendit Nauarrus; vel quia post Diui Pij V. constitutionem, hoc certum censeri debet; vt fatetur ipse Soares n. 8.

Rebuf. Salzed. Garcia. Nauar. Soar.

9. Iuxta quam distinctionem intelligendum est, quod diximus de priuilegio fori, vt scilicet eo non gaudeāt, qui pensionem obtinent priori modo, titulo omnino temporali, gaudere tamen, qui eas obtinent modo posteriori, contendit Salzedo d.nu.10. affirmans sic in supremo Hispaniarū Regio Senatu fuisse iudicatum; sed iam in nouissima editione fatetur cōtrariū respondisse illustrissimos Cardinales negantes fori priuilegium clericis in minoribus, licet pensionem obtineant, si in habitu, & tonsura non incedant, licet in eodem casu beneficiarijs priuilegium hoc non denegetur; & habetur in declarationibus, quæ ad Trident. impressæ circunferuntur, & referunt etiam Flaminius

Salzed. Flamin.

A de Resignatione lib.1.q.10.in fine, & lib.2. q.15. n.5. & post eum Garcia à n.70. cum sequentibus, Gonsales n. 60. dictis locis. Cui resolutioni propter Cardinalium auctoritate stare oportet; sed in rigoris disputatione Salzedi distinctio longè videtur verior, imò considerabilem declarationem Cardinalium non loqui, de pensione data in titulum, sed clericis simpliciter, inter quos casus Soarius distinguit, vt modò diximus. Sic etiā iuxta eandem distinctionem verius est im-

Garc. Gonsal. Soar.

10. B petratione beneficij faciendam esse mentionem de pensione, quæ clericis vel simpliciter, vel in titulum data est, & sic esse limitandas, seu declarandas Rotæ decisiones, quæ contrarium decidunt, vt procedant in pensionibus datis titulo temporali, vt explicat Rebuf. d.q.9. nu. 37. Gigas de pensionib. q.67, n.1. Mandof. & alii, de quibus Garcia n.76. dicto cap. 5.

Rebuf. Gigas. Mandof. Garc.

11. Sicut etiam secundum eandem distinctionem verius, & receptius est per

C promotionem ad episcopatum vacare pensionem datam in titulum, sicut vacant beneficia, iuxta d.cap. *Cum in cunctis*, §.1, vt per Gigas q.56. & post Flamin. & plures Rotæ decisiones Garcia d.cap.5.n.110. & p.11. cap.6. n.4. & 25. Serafim decis.91. sicut etiā verius est vacare per contractum matrimonij, vt explicant latè Gigas q. 54. & plenè Sanch. de matrimonio lib.7.disp.44. & sic quotidie practicari post Hieronymum Gabrielem, & Flamin. testatur Garcia eodem cap.

Flamin. Garc. Card. Seraphim. Sanch. Gabr.

D 5. nu. 106. & sicut per professionem Religionis vacant beneficia, ex regula text. in d.cap. *Beneficium*, de regularib. in 6. vacare etiam huiusmodi pensiones receptum est, vt per Gig. q.57.

C. Beneficium, de regular. in 6.

q.57. Garcia à n.114. citatis locis, & tãdem sicut illegitimi incapaces sunt
12. *Nauar.* beneficiorum, ita capaces non esse harum pensionum, stillo Curiæ receptum, testatur Nauar.cons.11.n.2. in nouis, & post eum pluribus alijs in
Gigas. *Zerol.* *Zech.* *Garc.* locis, & Gig. q.16.Zerolam, Zechiũ, & alios, sic contrarias sententias conciliat Garc.n.119. vbi n.139. cum sequentibus concludit, quod sicut religiosis beneficia sæcularia conferri
C.Cum de beneficio. non possunt, iuxta textum in d. cap. *Cum de beneficio*, ita etiam eis dari nõ potest pensio, super sæculari beneficio.

13. *Trid.* Duo tamen restant, quæ hanc distinctionem destruere videntur, primum ex prædicto decreto Trident. sess.21.de reformat.cap.2. dum constituit ad solum titulum beneficij, nõ pensionis ad sacros ordines, quem posse promoueri; secundũ ex prædicta Bulla Pij V. vbi expresse loquitur de pensionibus, quæ clericis titulo clericali, vt clericis dantur; & tamen decernit huiusmodi pensionarios ad horas Canonicas non teneri, eoque argumento etiam istas pensiones in rigore beneficia esse ecclesiastica ne-
Soar. gat Soares lib. 4. de simonia, cap.26. n.8.& dicto lib.4.de horis Canonicis cap.22. n.5. versic. *Ratio verò est*; sed poteris responderi neque in priori casu, neque in posteriori, trahi posse resolutiones illas ad pensiones, quæ in titulum beneficij dantur pro onere spirituali perpetuo inseruiendi Ecclesiæ; sunt enim vere, & propriè beneficia ecclesiastica, & consequenter ipso communi iure ad horas Canonicas obligare, etiam ante Pij Quinti constitutionem non videtur dubitãdum: agit igitur constitutio de pensione, quæ, vt clerico datur, vt loqui-
A tur constitutio, ex quo non sequitur necessario dari in titulum beneficij, vt benè discurrit Soar. d.cap.26.n.6. *Soar.* & 7. & in huiusmodi pensione, quia partim ad beneficium videtur accedere, partim à beneficij natura recedit, medium quoddam secutus est Pontifex, vt omnis, qui vt clericus pensionem percipit, vel alias res ecclesiasticas teneatur ad prædictum officium paruum Beatæ Virginis.

Et omnia, quæ de pensionibus diximus facilius, & breuius poteris cõ- 14.
B prehendere distinguẽdos tres casus; primus est, quando constat pensionẽ laico, vel etiam clerico dari titulo omnino temporali pro tẽporali onere, in quo certissimum est beneficiũ ecclesiasticum censeri non posse. Secundus quando constat dari clerico in titulum beneficij, de quo etiam facta ea suppositione, dubitare nõ possumus, quod sit beneficium ecclesiasticum. Tertius est, quando clerico
C datur simpliciter, in quo Nauar. asse- *Nauar.* rens communem, existimat beneficiũ ecclesiasticum esse censendum, eo ipso quod clerico, vt clerico datur, sed negat Soares ea ratione, quod natura beneficij postulat, vt de se perpetuum sit, vt vacare, & prouideri dicatur per obitum obtinentis, quod in pensione deficere iam diximus, & ea resolutione, si magis arrideat, retenta, facilè componuntur difficultates, quæ ex prædictis resolutionibus deducuntur, quæ pensionibus datis
D clericis, vt clericis, negant effectus veri beneficij.

Hinc etiam intelliges veram esse, 15. & facilè procedere resolutionẽ Ioãnis Azorij d. cap. 5. q.4. dum docet, *Azor.* quod

quod si quis ad titulum pensionis ad sacros ordines fuerit ordinatus, non A ideò magis pensio dici potest ecclesiasticum beneficium, quamuis enim iam vt clericus eam obtineat, id non sufficit, vt beneficium ecclesiasticum dicatur ex proximè resolutis, sicut etiam beneficium ecclesiasticum dici non potest patrimonium, ad cuius titulum, quis fuerit ordinatus, secundum Abb. in dicto cap. *Tuis*, nu. 6. de præbendis, sequitur Azor eodem libr. 3. cap. 4. q. 2. Imò neque priuilegio rerum Ecclesiasticarum gaudere B tale patrimonium, contra Glossam vltimam in fine, in d. cap. *Episcopus*, de præbendis, ex Glossa vltima in eodē cap. *Tuis*, melius resoluit Couasruuias lib. 1. resolutionum, cap. 4. n. 4. cuius verba transfert Salzedo d. cap. 18. nu. 14. & tenebat Nauar. consilio 12. de censibus in antiquis. Licet in fauorabilioribus beneficio æquiparari tale patrimonium scribat, & communem confiteatur, ex Felino, Decio, & alijs, Seualhos communium contrariar. quæst. 527. n. 1. Hæc sufficiant C pro materia pensionum, sæculariũq; beneficiorum. Modò ad regularia transeamus.

Abb. 16. *Azor.* *Cou.* *Salzed.* *Nauar.* *Felin.* *Dec.* *Seualh.*

§. XI.
De Beneficijs regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Opinio, quæ asserit monachatum verè esse beneficium ecclesiasticum, refertur.*

2 *Monachus per professionem in perpetuum religioni addictus manet.*

3 *An eo ipso quod monachus efficitur detur ius petendi à monasterio alimenta, & expensas necessarias de redditibus communibus Ecclesiæ?*

4 *Vtrùm si professus patrem, vel filios habeat egenos teneatur, monasterium eos alere?*

5 *Contraria opinio, quæ asserit monachatum non esse beneficium ecclesiasticum præscribitur, & eius fundamenta annectuntur.*

6 *Collatio beneficij facta excommunicato, ipso iure est nulla.*

7 *Monachatus, & professio facta ab excommunicato valida est.*

8 *Vtrùm monachi non dispensati in voto paupertatis proprium habeant titulum beneficij?*

9 *An Canonici regularis sanctæ Crucis verè beneficiarij dicantur?*

10 *Qui teneant monachatum beneficium esse ecclesiasticum, si per eum intelligatur locus, seu ius monachi choro deputati?*

11 *Vtrùm monachi professi ad titulum monachatus, velut ad titulum beneficij regularis possent ad sacros ordines promoueri?*

12 *Religiosi non professi (exceptis Patribus Societatis Iesu) sine titulo non ordinantur.*

13 *Vtrùm Prioratus, & administrationes, quas monachi, & alij regulares obtinent, vere sint beneficia ecclesiastica? Pars affirmatiua ponitur.*

14 *Pars negatiua, & eius rationes.*

15 *Conciliantur opiniones.*

16 *Quæ differentia detur quoad acquisitionem dominij redditũum beneficiorum inter regulares, & sæculares.*

D 17 *Intellectus text. in cap. Cum olim. 14. de priuileg.*

18 *An regularibus beneficijs tribuantur effectus, qui beneficijs propriè sumptis tribui solent?*

19 *Vtrùm*

19 *Utrùm omnia beneficia regularia sint manualia, & ad nutum Abbatis remouibilia?*

20 *Beneficia ecclesiastica laicis conferri non possunt.*

21 *Incapacitas laicorum ad beneficia ostenditur.*

22 *Prima tonsura sufficit ad obtinendū beneficium.*

23 *Quis ordo requiratur ad episcopatū?*

24 *In capellis vtrùm eligi oporteat ordinatus sacerdos?*

25 *Coniugatus non potest obtinere beneficium, nec simplex, nec curatum.*

26 *An Episcopus possit dispensare cum coniugato ad simplex beneficium obtinendum?*

27 *Vtrùm sufficiat ad obtinendum beneficium quod proximè prima tonsura sit iniciandus? negatiua verior.*

28 *Vtrùm fœminæ habere possint beneficia ecclesiastica.*

29 *An beneficia ecclesiastica à laico conferri valeant?*

1. Communiter, Doctores de regularibus beneficijs agẽtes, illam pręmittunt disputationem: Vtrùm monachatus verè sit beneficium ecclesiasticū? In qua partem affirmatiuam ex Glossa, verbo *Beneficijs*, in principio, in *Clementina* 2. de Iudiciis, & Abb. in cap. 2. notabili 1. de statu monachorum, securè tradit Selua de benef. p. 1. q. 2. n. 56. Rebuffus in praxi titulo regularia beneficia, n. 6. Petrus Gregor. rei beneficiariæ, cap. 10. n. 27. Gonsales ad reulam 8. Cancellariæ glossa 8. n. 115. Cuius rei rationem in eo constituunt, quod monachus per professionem in perpetuum Religioni addi-
2. ctus manet; iuxta ea, quæ de Religione, & Religiosorum stabilitate, per A textum in cap. *Statuimus*. 19. q. 3. latissimè ibi tradit Nauar. sub commentario 4. de Regularibus, Fr. Ludouicus Miranda in Manuali prælatorum Regularium tom. 1. q. 32. art. 1. Lesius de iustitia lib. 2. cap. 41. à n. 67. Soar. de Relig. tom. 3. lib. 3. cap. 4. per totū, & tom. 4. lib. 2. cap. 6. & insuper eo ipso, quod monachus efficitur, ius consequitur petēdi à monasterio alimēta, & expensas necessarias de redditibus cōmunibus Ecclesiæ; vt per tex- 3.
B tum in cap. *Ex parte*. 11. de accusationibus, notant ibi scribentes omnes; ideòque impiè ei ab Abbate, seu monasterio alimenta denegari, scribit Glóssa penult. in cap. 2. de infantibus, & languid. expositis; & est receptissima traditio, vt per Palatium in repetitione capituli, §. 39. n. 2. Valasc. consult. 1. à nu. 1. plenissimè Surd. de alimentis, titul. 1. q. 75. & 121. à principio; imò si professus patrem, vel filios habeat egenos, teneri eos alere, ex 4.
C Bartolo, & communi in l. *Si quis à liberis*, §. *Item rescriptum*, receptum cōprobat ibi Lara à num. 11. & latissimè Surdus eodem titul. 1. q. 29. Soar. d. tom. 3. lib. 4. cap. 5. Exercet prætereà officium spirituale, diuino enim mancipatur officio, & contemplationi, & orationi deditus ab omnium temporalium strepitu segregatur, vt ait D. Hieronymus relatus à Graciano in cap. *Duo sunt genera*. 12. q. 1. exornat. latè Petrus Gregorius syntagmat. iuris libr. 15. cap. 14. Bellarmin. tom. 1.
D controuersia 5. libr. 2. cap. 2. cum sequentibus, Zechius de Republic. ecclesiastic. titulo de Religione, c. 1. à n. 4. Nauar. vbi suprà, & in cap. *Non dicatis*, cōmentario. 1. & 2. de regularib.

Miran-

Gloss. clem. 2. de iudic. Abb. Selua. Rebuf. Pet. Greg. Gonsal.

S. Statuimus. 19. q. 3. Nauar. Mirand. Lesius. Soar. C. Ex parte de accusat. gloss. c. 2. de infant. & langui. Palat. Valasc. Surd. Bart. L. Si quis a liberis. Lara. Soar. Cap. Duo sunt. 12. q. 2. Pe. Greg. Bellarm. Zech. Nauar.

Mirand. *Lesius.* *Soar.* Miranda, Lesius, & Soar. proximè citati, & consequenter nihil deficit in monachatu, de ijs, quæ ad beneficij substantiam constituendam diximus necessaria, siquidem monachus ex modò dictis, per monachatum consequitur de redditibus ecclesiasticis ius percipiendi necessaria sibi, atque suis propter spirituale officium perpetuum, in quo consistit perfecta beneficij definitio, vt diximus in præcedentibus.

5. Contrariam tamen sententiam, quod monachatus minimè sit beneficium ecclesiasticum, tenet Panormitan. in eadem *Clementina secunda*, de Iudicijs, Bonifac. ibi numer. 31. Feder. consilio 5. num. 5. & post eos constanter Azor dicto lib. 3. cap. 26. quæst. 7. qui pluribus mouentur rationibus, quia beneficium, vt constat ex prædicta definitione principaliter consistit in iure illo percipiendi redditus illos ecclesiasticos distinctos, veluti portionem quandam separatam à redditibus communibus, quos suos faciunt Beneficiarij, vt probat textus per locum à contrario in cap. *vnico*, de clericis non resident. in 6. & suprà tetigimus, originem, & institutionem beneficiorum explicantes, postquam clerici à vita communi recesserunt, & ideò dominium ipsius beneficij, etiam dicitur acquiri beneficiario ex textu in cap. *Si tibi absenti*, de præbend. in 6. quod quidem monachis, qui adhùc in communi vita perseuerant minimè conuenit; sed potiùs monachatui repugnat proprietas, quasi contrarium ex tribus votis substantialibus, iuxta textum in dicto cap. *Cum ad monasterium*, de statu monachorum, imò quicquid

Panorm. *Bonifac.* *Feder.* *Azor.* *Cap. vnic. de cler. nõ resid. in 6.* *Cap. Si tibi absenti, de præb. in 6.* *C. Cum ad monaster.*

A monachus acquirit monasterio quæritur, iuxta textum, & quæ ibi notant scribentes omnes in cap. *In præsentia*, de probationibus, & in cap. *Cum olim*. 14. versic. *Prætereà*, de priuileg. Deinde constat ex eadem beneficij definitione illud dari propter officium spirituale, quod subindè in laicum non cadit, iuxta textum in cap. 2. de institutionibus, iuncta ratione, quæ deducitur ex textu in cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Massana*, de electione; at verò monachatus in laicum cadit, & monachus, qua talis

C. In præsentia, de probat. *Cap. Cum olim, de priuileg.* *Cap. 2. de institut.* *C. Sacrosancta.* *C. Massana de elec.*

B nullum monachatus officium gerit, sed laicus est, vt notant omnes argumento text. in cap. *Religiosi*, §. *Quanuis*, de sententia excommunicat. in 6. Textus optimus in cap. *Alia*, & in cap. *Sic viue*, & in cap. *Monachi*, & per totam. 16. quæst. 1. atque ideo licet certum sit, quod collatio beneficij facta excommunicato ipso iure nulla sit, iuxta textum in cap. *Postulastis*, in principio, & per totum titulum de clerico excommunicato, & quæ latè

C. Religiosi. de sent. excom. in 6. *C. Alia.* *C. Sic viue* *C. Monachi. 16. q. 1* *Cā. Postulastis, de cler. excõmun.*

C explicat Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 21. Couarruu. in cap. *Alma*. 1. p. §. 7. num. 11. Gutier. libr. 2. Canonicarum, cap. 5. à num. 92. Hugolin. de censuris tabula 2. cap. 13. §. 1. Soar. eodem tractatu, disputatione 13. sectione 1. num. 2. Valet tamen monachatus, & professio facta ab excommunicato, vt probat text. in capite *Cum illorum*. 32. versic. *Et alibi*, de sententia excommunic. notant Abbas, Felinus, Rebuffus, & alij communi-

Nauar. *Cou.* *Gutier.* *Hugolin.* *Soar.* *Cap. Cum illorum. 7.* *Abb.* *Felin.*

D ter ad cap. *Postulastis*; vt testatur, & explicat Hugolin. dicta tabula. 2. cap. 20. in principio, numer. 5. Sairo de censuris lib. 2. cap. 9. à num. 18. Quæ tamen ratio non multum concludit, si ad-

Rebuf. *Hugolin.* *Sairo.*

si aduertas rationem, quam Doctores in confirmationem illius adducunt, non pendere ex hoc, quod beneficium sit, vel non, sed quia professio fit per modum contractus, dum Religiosus Religioni, & Religio illi se obligant mutuo consensu ex notatis in cap. *Ad Apostolicam*, de regularib. & ideò ad instar reliquorum contractuum, licet ab excommunicato fiat debet valere, ex regula, quam ex cōmuni explicāt Hugolin. & Sairo proximè citatis locis. Non etiam concludit ratio illa, quod monachatus officium clericale non sit, quia in definitione non diximus dari beneficiū propter officium clericale, sed propter officium spirituale, quod quidem gerere monachos negari non potest ex iuribus pro priori sententia adductis, sicut etiam pure laici dici non possunt, imò ecclesiasticæ sunt personæ à laicis distinctæ, iuxta textum in d. cap. *Duo sunt genera*, cum similibus.

C. Ad Apostolicā, de regularib. *Hugolin. Sairo.* *Cap. Duo sunt genera.*

8. Posterior nihilominùs sententia retinenda est, ex primo fundamento pro ea adducto, quod beneficiorum tituli supponunt portionem aliquam redditum ecclesiasticorum separatam, cuius dominium beneficiarius acquirit, ex dictis, & statim dicendis, quod monachis non conuenit; atque ita si in voto paupertatis dispensati non reperiantur, vt proprium habeant titulum beneficij, non habere rectè concluditur, & iuxta hoc veniunt intelligenda, quæ suprà resoluimus quæstione suprapo sita de clericis ordinum Militarium, quod beneficia ecclesiastica habere dicantur, si portionem habeant. Intellige separatam pro stipendio sustentationis, vt ordinis Ecclesijs inseruiant, A iuncta ratione, quam adducit declaratio Cardinalium, de qua ibi fecimus mentionem, quod si Religiosi circa proprietatem dispensati reperiuntur.

Et hac ratione supposita iam videtur stare non posse limitationem, quam ad hanc suam resolutionem ex Panormitano sequitur Azor dicta quæstione septima, quod scilicet non procedat, in monacho, qui Canonicus fuerit regularis, vt sunt apud nos B in nobilissimo Sanctæ Crucis Monasterio; hos enim verè esse beneficiarios, contendunt; sed conuincuntur ex prædicta ratione; nam etiā illi voto paupertatis sunt adstricti; neque circa proprietatem dispensati reperiuntur, sed vitam degunt communem; portionem redditum separatam minimè habentes. In caustralibus, vt olim erant ante sanctissimam eius Monasterij reformationem, forsitan accommodari potuit C ea doctrina, quia laxiorem habebant circa portiones sibi assignatas dispensationem; sed subsisto, quia etiam illos in proprietate dispensatos non fuisse, latè comprobat insignis Nauarrus dicto commentario secundo de Regularibus, à numero quarto, & 30. 9.

Azor. *Nauar.*

Indeque etiam minùs probare possum præceptoris colēdissimi Emmanuelis Soarez resolutionem ad cap. *Quanto*, de officio ordinarij, dicentis, monachatum beneficium D esse ecclesiasticum, si per eum intelligatur locus, seu ius monachi choro deputati, quia iam officium gerere dicitur clericale; ex notatis per Innocentium numer. 4. & Doctores commu- 10.

C. Quanto de offic. ordin. *Innocent.*

Oo

communiter in cap. 1. de celebratione Missarum: nam admissa hac resolutione, adhuc tamen obstat alia ratio, quod monachatus portionem redditutum ecclesiasticor. separatam non habet, neque monachus dominij, aut proprietatis capax est, quemadmodum esse oportet, vt propriè, & strictè beneficium dicatur.

11. Ex quibus omnibus colligitur, nō sine maxima difficultate procedere communem sententiam Doctorum, qui varijs in locis resoluunt monachos professos ad titulum monachatus, veluti ad titulum beneficij regularis posse ad sacros ordines promoueri, id notantes ex celeberrimo Calcedonensis Concilij decreto, relato à Gratiano in cap. *Neminem*. 70. distinctione, ibi, *Aut in Monasterio*, notat Archidiaconus, & Gutierres, Cardinal. hic, & est receptissima traditio ex Selua, & alijs relatis ab Henriq. in Summa lib. 13. capite 37. §. 1. iuncta litera C. & ex Nauarro, Mirand. dicto tom. 1. quæstione 39. articulo quinto, sed communem esse errorem multis rationibus latè ostēdere nititur Quintanaduenh. Ecclesiasticon. libr. 3. à numer. 35. Sed, quanuis in eo multum laborauerit, minimè tamen satisfacere potuit verbis textus in dicto capit. *Neminem*, & expresè conuincitur ex Constitutione Pij Quinti. 29. in ordine secundum Petrum Matthæum, quatenùs prohibens Religiosos non professos sine titulo ordinari, exceptis Patribus Societatis IESVS, quibus ex Gregorij decimitertij Constitutione concessum est, vt post tria vota emissa, ante solemnem professionem, sine titulo valeant ordinari, vt

C. *Nemi-nem*. 70. d. *Archid.* Gutier. Cardin. Selua. Henriq. Nauar. Mirand. Quintana.

12.

A refert Salzedo num. 2. & Henriquez vbi proximè, Pater Soar. tomo 5. disput. 31. sect. 1. num. 38. iam videtur Pius Quintus in professis cōtrarium concedere, & regula text. in leg. *Cum prætor*, ff. de iudiciis, & in cap. *Non ne*, de præsumpt. cum vulgaribus; neque communi retenta; obstat argumentum ex nostra resolutione; nam etsi admittamus monachatum propriè beneficium non esse, non ideo sequitur non posse monachos ad eius titulum ordinari; nam cum de se perpetuum B sit, & monasterium professo, omnia subministrare teneatur, id sufficit ad hoc, vt ad huiusmodi titulum, velut patrimonii perpetui valeant promoueri, iuxta decisionem textus in dicto cap. *Tuis*, & Trident. dicto cap. 2. versic. *Patrimonium verò*, d. sess. 21. de Reformatione.

Salzed. Henriq. Soar. L. Cū prætor ff. de iudic. C. Nonne. de præsump. Trid.

13. Accedamus ergo ad Prioratus, & administrationes, quas monachi, & alii regulares obtinent, de quibus grauis est inter nostros controuersia, C vtrum verè sint beneficia ecclesiastica? In qua partem affirmatiuam ex Glossa verbo *reuocari*, in *Clementina* 1. de supplend. neglig. prælatorum, Federic. consil. 55. Nauarr. d. commentar. 2. num. 6. constanter tuetur Azor dicto libr. 3. cap. 26. q. 2. & ex Flamin. de confidentiis, quæst. 16. indè resoluente in his regularibus beneficiis committi confidentiam comprobat Garcia dicta 1. p. cap. 2. n. 69. & 77. Indè etiam appellatione beneficiorum venire non solùm sæcularia, sed etiam regularia, ex Cardinal. D Felino, Immola, & alijs, atque ex Rota nouissima 1. p. diuersorum decis. 739. resoluit Gonsales dicta glossa. 8. numer. 13. Pro qua resolutione facit textus

Glos. Clem. 1. de sup. pl. neglig. prælat. Feder. Nauar. Azor. Flamin. Garc. Gonsal.

textus in dicto cap. *Cum de beneficio*, de præbendis in 6. & in dicta *Clementina*. 1. de supplenda negligentia cũ similibus, ex quibus suprà, in principio quæstionis præcedentis resoluimus, summam beneficiorum omnium diuisionem esse, quod alia sunt sæcularia, alia regularia, quæ adæquata non esset, neque æqualiter fieret in membra diuidentia, si regularia, non essent vere beneficia. Confirmatur etiam, quia supra quæstionibus precedentibus ostendimus huiusmodi Prioratus Regularium non solùm esse beneficia, sed etiam ecclesiasticas dignitates; & quia de preceptorijs ordinum Militarium agentes resoluimus, vere, & proprie beneficiarios esse eorum ordinum clericos, quibus Ecclesiæ gubernandæ committuntur.

Clemēt. 1. *de supp. neglig.*

14. Verum partem negatiuam, quod omnia beneficia regularia, vere non sint beneficia ecclesiastica, tenēt Duarenus, Quintanaduen. & Frater Emmanuel citati à Garcia d. cap. 2. n. 70. Gambara de officio legati lib. 4. à n. 8. cum sequentibus. Et ostenditur ea ratione, quia de beneficii ecclesiastici natura est, quod sit perpetuum, vt suprà sæpiùs diximus; constat autem administrationes istas, & omnia beneficia regularià manualia esse, id est ad nutum remouibilia ex decisione text. in d. cap *Cum ad monasterium*, §. *Tales*, de statu monach. & in cap. 1. §. *In eos*. de priuilegiis in 6. ibi, *Liberè possint ad eadem monasteria reuocari*, & in d. *Clement*. 1. vers. *Permissa*, de suppl. negligēt. prælatorum, & ex Cassadoro, & pluribus aliis, Rotæ decisionibus, receptissimum profitentur, Garcia dicto cap. 2. numer. 66. Gonsales glossa. 5. §. 6. à numer. 6. Vrget deindè fortius proxima resolutio, quod monacharus, dici non potest, ecclesiasticum beneficium, quia non supponit portionem aliquam redditúum ecclesiastic. separatam, quam beneficiarius sibi acquirat, siquidem monachi dominij, & proprietatis sunt incapaces, quod etiam concludit in his, qui nō simpliciter monachi sunt, sed administrationem prioratum. vel aliud habent ecclesiasticum beneficium, ex Nauarro dicto numer. 4. & multis latè, nouissimè comprobat Cenedo quæstionum Canonicarum cap. 20. à numer. 25. Qua ratione Religiosos dici non posse habere beneficia iure tituli, vt dominos beneficiorum, sicut sæculares, sed solum iure administrationis fatetur idem Azor dicto cap. 26. quæst. 2. & ex multorum, quos refert auctoritate, sic concludit Cenedo dicto cap. 20. numer. 31.

Duar. *Quintana.* *Fr. Eman.* *Garc.* *Gambar.* *C. 1. de priuileg. in 6.* *Cassador.* *Garc.* *Gonsal.* *Nauar.* *Cened.* *Azor.*

A B

15. Sed pro resolutione distinguere oportet duo, quæ in hoc articulo longè diuersa sunt, licet necessariam habere connexionem aliquibus videri posset. Aliud enim est quærere, vtrùm beneficia regularia, quoad se vera sint beneficia? Aliud vero vtrum regulares ea obtinentes verè sint beneficiarii? ita vt qualitas personæ aliquid detrahat de beneficij natura. Quoad primum benè procedit prima sententia eorum, qui resoluunt beneficia regularia vere esse beneficia, & beneficiorum appellatione venire, idq; solum concludit argumentū factum ex generali beneficiorum diuisione, quod alia sint sęcularia, alia regularia. Quoad secundum est nihilominùs resoluendum regulares,

C D

ratione personæ vere beneficiarios
non esse, neque eis dari huiusmodi
beneficia in titulum, & velut domi-
nis, sed solùm iure administrationis,
Azor. vt fatetur ipse Azor dicta quæst. 2.
Cened. & latè comprobat Cenedo ex alio-
rum auctoritate, d. num. 31. propter
votum scilicet paupertatis, cum quo
non stat, vt beneficij, vel eius reddi-
tuum titulum, vel dominium sibi, vt
domini acquirant; repugnat etiam
obedientiæ voto, vt administratio-
nem retinere valeant, nisi quatenùs
permiserit, seu reuocauerit prælatus,
& ideo beneficia, quæ de se perpe-
tua sunt, ex persona regularium fieri
manualia, ex dicta decisione Rotæ
nouissima. 739. & multis alijs con-
cludit Gonsales dicta glossa. 5. §. 6.
Gonsal. num. 31.

Quare ex dictis aduertendum est,
16. maximam differentiam dari quoad
acquisitionē dominij reddituum be-
neficiorum; inter regulares, & sæ-
culares; nam sæculares eorum do-
mini fiunt, vt argumento text. in di-
cto cap. *vnico*, de clericis non residen-
Dominic. tibus in 6. notant ibi Dominic. Fran-
Franc. cus, & alij; ex quibus ita constanter
tuentur Couasruuias in cap. *Cum in*
Cou. *officijs*, num. 4. de testamentis, Moli-
Molin. na de primogenijs libr. 2. cap. 10. nu.
34. Sarmiento de redditibus 4. part.
Sarmient. cap. 6. latissimè Marsilius eodem tra-
Marsil. ctatu. cap. 2. cum sequentibus, vbi
cap. 34. & 35. connumeratis aucto-
ribus hanc concludit esse commu-
nem, quam sequuntur plures alij re-
Cened. lati à Cenedo secunda parte, collecta-
Nauar. neo. 12. numer. 51. quanuis Nauar.
contrariam sententiam tenendam pu-
tet, Valasc. de partitionibus, cap. 35.
Valasc. numero. 4. ex plurium auctoritate.

Per contrarium verò Regulares red-
A dituum beneficiorum dominium nō
acquirunt, sed solùm eorum habent
administrationem, ex permissu, & ad
nutum superioris, vt ex iuribus præ-
citatis post Abbatem in capite, *Cum* *Abb.*
Ioannes, num. 6. de Regularibus, Ia- *Iacob. de*
cob. de Graph. 2. part. libr. 3. cap. 19. *Graph.*
à num. 26. & 91. multisque alijs ex-
plicat Cened. dicto cap. 20. num. 31. *Cened.*
Sic intelligens dictum Cardinalis in
Clementina 2. §. *Sed & tales*, notabili *Clement. 2 de vita & hon. cler.*
B primo de vita, & honestate clerico-
rum, & aliorum, qui eum sequuntur,
quos ibi latè refert numer. 29. versic.
Nec secundo, asserentium regulares
eandem habere potestatem dispo-
nendi de redditibus suorum benefi-
ciorum Regularium, quam habent
clerici sæculares disponendi de suis
redditibus in quoscunque vsus iure
non prohibitos, vt scilicet intelligan-
tur ex permissu Abbatis, seu legitimi
superioris, quia parati sunt ea omnia
dimittere quoties, & quando præla-
tus iusserit. Et hinc ad textum in di-
C cto cap. *Cum olim.* 14. de priuileg. in- 17. *C. Olim.*
fertur intellectus pro resolutione ma-
ximæ difficultatis, quam textus ille
patitur in versiculo *Præterea*, quate-
nùs negat valuisse donationem, quā
M. Episcopus Colimbriensis fecit
Monasterio Sanctæ Crucis, in quo
extiterat regularis Canonicus; cum
enim Episcopo, & alijs Beneficiarijs
de redditibus suorum beneficiorum
donare prohibitum non sit, vel ali-
ter per actus inter viuos disponere
D ex dictis, & Glossa. verbo, *reseruari*, *Gloss. cap. vlt. de officio ord. in 6.*
in cap. vltimo de officio ordin. in 6.
recepta communiter secundum Co-
uasruu. in capite 1. numer. 1. de testa- *Cou.*
mentis, & approbat totus mundus,
teste

Molina. Fachin. Pa. Mol. teste Molin. d. cap. 10. num. 33. & post eum Fachineus controuersiarum iuris libr. 5. cap. 89. Pater Molina de iustitia, disputatione 148. conclusione 4. potiùs videbatur dicendum donationem illam valuisse; sed omissis varijs aliorũ interpretationibus, quas consulto omitto, dicendum est doctrinam hanc Glossæ, & communis rectè procedere in Episcopis, & prelatis, qui Religiosi non sunt; textum verò illum obtinere locum in regularibus, qui sicut antea quicquid acquirebant, non sibi, sed monasterio acquirebant, ita facti Episcopi, vel beneficium obtinentes non sibi acquirunt, sed monasterio, si ex industria, vel aliundè acquisierint, vel cum ex cuius redditibus acquierunt, vt contingit in casu illius textus; prosequere cum Doctoribus suprà citatis.

18. Vltimò in hac materia prænotandum est, meritò Doctores communiter regularibus beneficijs, tribuere effectus, qui beneficijs propriè sumptis tribui solent, & leges de beneficijs simpliciter loquentes trahunt ad beneficia regularia. Probatur ex suprà resolutis illatione secũda, vbi diximus huiusmodi regularia beneficia, quoad se vera esse beneficia, & in primis notant etiam in his regularibus procedere regulam 1. lib. 6. vt scilicet sine Canonica institutione nequeant obtineri, vt ex Calderino, Dominico, & alijs probat Gonsales dicta Glossa 8. numer. 58. & indè si religiosus beneficio regulari ab aliquo tertio fuerit spoliatus, non à legitimo superiore, iuuari posse interdicto recuperandæ, vel remedio capitis *redintegrandæ*. 3. quæst. 1. ex Ro- *Cald r. Dominic. Gonsal. C. redinte grãd. 3. q. 1*

A ta, Rebuff. & alijs receptum comprobat Gonsal. Glossa. 5. §. 6. num. 50. Sic reseruatio mensium Apostolicorum regularia comprehendit, vt ex communi comprobat idem Gonsal. dicta glossa 8. num. 12. cum sequentibus, atque etiam regula de publicandis, & alia de infirmis resignantibus, vt ibi comprobat num. 14. & 15. Sic denique decisio, & pœna text. in cap. *de multa*, de præbendis contra obtinentes plures dignitates, aut Ecclesias, quibus Cura imminet ani- *Rebuff. C. de multa de præbend.*

B marum, comprehendere regularia beneficia, deducitur ex cap. *vltimo*, in fine de Religiosis domibus, iuncto cap. *Cum singula*, in principio, de præbendis in 6. testatur communem Hoyeda de incompatibilitate 1. p. cap. 22. num. 13. multa alia de beneficijs regularibus, vide apud Gonsal. dicta glossa. 8. per totam, Cardin. Tuscum tomo 1. litera B. conclus. 67. Garcia dicta part. 7. cap. 10. vbi latissimè explicant materiam illam, an, & quibus *Cap. vlt. de religio. domib. Cap. Cum singula, de præb. in 6. Hoyed. Gonsal. Tusc. Garcia.*

C casibus beneficia regularia sæcularibus, vel è contra sæcularia regularibus possint prouideri, cum illis prosequere; materiam enim latissimè pertractant. Vnum adde omnibus suprà dictis, quod non omnia regularia 19. sunt manualia, & ad nutum Abbatis remouibilia, vt de ijs, quæ per electionem Collegij prouidentur, vel in quibus cura imminet parochialis Ecclesiæ, Doctores notare solent, quia hæc à solo Episcopo demandantur, ac subindè institutio ad eum non ad

D Abbatem pertinet; vt explicant Azor dicto cap. 26. quæstion 10. atque etiam in alijs casibus similibus, de quibus post Gambaram, Gonsales d. glossa. 5. §. 6. n. 8. *Azor. Gambar. Gonsal.*

20. Ex dictis tamen aduerte beneficia ecclesiastica, laicis minimè conferri posse, vel aliter prouideri. Probatur ex vltima particula definitionis beneficij ecclesiastici suprà positæ, ibi, propter officiū spirituale; eius enim omnino incapaces esse laicos, con-
Cap. Bene quidē. 96. dist. stat ex generali regula textus, in cap. *Bene quidem*, & per totam 96. dist. &
C. Sacrosā. de elect. in cap. *Sacrosancta*, de electione, & in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, de consti-
C. Ecclesia S. Mariæ de constit. tutionibus, & quæ notantur per textum ibi in cap. *Causamque*, de præscriptionibus, & in capite 2. de iudic. B
Ex quibus ita ad hanc nostram illa-
21. tionem, deducunt scribentes omnes, & in institutione probat text. in cap.
C. 2. de inst. 2. de institutionibus; in præsentatio-
Ca. 2. eodē lib. 6. ne text. in cap. 2. eodem titulo in 6. in renunciatione text. in cap. *Quod in*
C. Quod in dubijs, de Renunc. *dubijs*, de Renunciat. latè Flamin. lib.
Flamin. 4. quæst. 2. & generaliter in impetratione beneficij, text. in cap. *Cum adeò*,
Cap. Cum adeo, de rescript. de Rescriptis, & in cap. *Ex literis*, de transactionibus, & vltra ordinarios eisdem locis, post Rebuffum, Lam-
C. Ex literis, de trās action. bert. Seluam, Gigas, & alios re- C
Rebuf. ceptissimā est traditio, quam latè explicant Corras. 3. part. de sacerdotio,
Lambert. cap. 1. Petrus Gregorius rei beneficiariæ, cap. 9. num. 7. Hoyeda de in-
Selua. compatibilitate 1. p. cap. 24. numer. 7.
Gigas. latè Gonsales glossa 2. à num. 60. &
Corrat. plures alij, de quibus Garcia 1. part.
Pet Greg. cap. 2. num. 28. & p. 7. cap. 1 à princi-
Gonsal. pio, & omnino à num. 9. quibus adde
Garc. Antonium Fabricium prælud. 2. nu.
Fabric. 44. Tuscus d. litera B. conclusion. 56.
Tusc. Azor p. 2. libr. 6. cap. 2. quæstione 5. D
Azor. Stephanus Gratianus deceptationū
Gratian. forensium, par. 1. cap. 123. numer. 17.
Gom. vbi notabiliter, ampliat post Gomez
Mandos. Selua, Mandos. & alij non valere col-

lationem laico factam, etiamsi clericus fuerit reputatus. A

Intelliges autem sufficere ad hunc effectum, quod primam obtineat tōsuram, iuxta textum in dicto cap. *Ex literis*, de transactionibus, vbi notauit Abb. num. 3. Rebuf. in praxi, titulo de requisitis ad collationem bonam nu. 33. Corras. d. p. 3. cap. 1. & infiniti adducti à Garcia d. cap. 1. num. 2. rationem adducentes ex regula textus in cap. *Cum contingat*, de ætate, & qualitate; nisi beneficium tale sit, quod sacros ordines requirat, vt de Episcopatu probat textus in cap. *à multis*, de ætate, & qualitate. Vel nisi ex erectione, seu creatione beneficii, vt in Capellis est frequentissimum, oporteret eligi sacerdotem; de qua materia, & vtrùm ad hunc effectum sufficiat, quod in creatione dicatur quod Missam debeat per se ipsum celebrare, disputant multi, quos plenè refert Garcia d. p. 7. cap. 1. à num. 58. & 75. post Perez de Lara in anniuersariis, & capellaniis libr. 2. cap. 5. adde Stephanum Gracianum dicta p. 1. cap. 133. vel nisi prima tonsura initiatus, vel etiam in minoribus ordinibus cōstitutus, fuerit coniugatus, quia quoad hunc effectum obtinendi beneficium, siue curatum, siue etiam simplex, vt laicus, & ideò inhabilis debet reputari, iuxta textum in cap. 2. & in cap. *Diuersis fallacijs*, & in cap. *Cum decorem*, & ferè per totum titulum de clericis coniugatis. Et confirmatur ex cap. *vnico* in fine, eodem titulo in 6. dum generaliter constituit, excepto priuilegio fori, & Canonis, de quo in præcedentibus dixerat; in cæteris omnibus nullo gaudere clericali priuilegio. Ex quibus ita notant Docto-

[Right margin: 22. C. Ex literis de trās action. Abb. Rebuf. Corras. Garc. Cap. Cum contingat. de æta. & qualit. C. à mult. 23. 24. Garcia. Lara. Step. Gratian. 25. Cap. 2. C. Diuersis fallac. C. cum decorem, de cler. coni. C. vnic. eodem tit. in 6.]

res

res communiter, & post Benedictum Capram, & alios, latè probat Hoyeda dicto cap. 24. num. 79. Sanch. de matrimonio lib. 7. disputat. 42. à nu. 14. Gonsal. glossa 2. numer. 68. Flamin. Lesius, Lambertin. & alij, quos refert, & explicat Garcia dicta p. 7. cap. 5. per totum; non posse etiam Vicarium Episcopi constitui resoluit communis, vt per Sanch. dicta disput. 46. num. 14. vbi ad multa alia in eodem proposito discurrit; indeq; licet multi existiment, Episcopum dispensare posse cum coniugato ad simplex beneficium obtinendum. Melius tamen contrarium resoluit communis, vt vtriusque partis Auctores, & fundamenta referens comprobat Hoyeda à num. 77. Sanch. à numer. 17. Gonsal. numer. 69. Garcia num. 4. proximè citatis locis, contra quos non facit textus in cap. *Ioannes*, de clericis coniugatis. Nam dum supponit coniugatum posse beneficium obtinere, non explicat, quo casu loquatur, neque de Episcopi dispensatione, vllum habet verbum, & ideò oportet supponere terminos habiles, vel dispensationis Pontificis, vt voluit Sanch. numer. 18. vel quia vouit perpetuam castitatem, iuxta terminos text. in cap. 2. versic *Nisi*, eodem titulo, quem benè explicat Sanches ibi num. 16. & concludit Petrus Gregor. rei beneficiariæ, cap. 25. num. 4. Et vtrum sufficiat, quod proximè prima tonsura sit initiandus, disputant ad vtramque partem Auctores, negatiuè magis communiter resoluentes, vt per Garciam dicto cap. 1. à n. 26. Azor d. quæst. 5.

Bened. Capr. Hoyed. Sanch. Gonsal. Flamin. Lesius. Lambert. Garc.

26.

A

B

Hoyed. Sanch. Gonsal. Garc.

C. Ioannes de cler. coniug.

27.

Pet. Greg.

C

Garcia. Azor.

28. Quibus tamen omnibus obstat, quod fœminæ omnino sunt incapaces officij spiritualis, vt suprà diximus, cap. *Noua*, de pœnitent. & ideò, censurari, seu aliquo ordine insigniri omnino prohibentur, cap. *Coniugatus*, ad finem de conuers. coniugatorum, & ideo ex lege diuina, neque ordines, neque consequenter irregularitatem in eas cadere, aduertunt post Sotum, & alios Henriq. libr. 14. cap. 2. Soarez tomo. 5. disputat. 40. sect. 7. Sairo de censuris lib. 6. cap. 2. num. 2. Viuald. in aureo candelabro 3. p. cap. 3. & tamen etiam fœminas beneficia ecclesiastica obtinere, dignitatem scillicèt vt Abbatissas probat textus in cap. *Indemnitatibus*, §. *Sanè*, de electione in 6. Canonicas sæculares esse, ad instar Canonicorum sæcularium vitam ducẽtes, probat textus ibi in §. *Supradicta*, & in *Clementina vltima*, §. *Illas*, de statu monach. Sed respondebis huiusmodi Abbatissas, & Canonicas verè beneficium ecclesiasticum non obtinere, sicut, licet aliquando præsbyteræ, & Diaconissæ appellentur, vt suprà vidimus; non tamen recipiunt aliquod ordinis sacramentum, sed solũ quandam rerum monasterij administrationem, & curam præcipuam super alias moniales, vel munus legendi Epistolas, & Euangelium, vt explicat Glossa in cap. *vltimo*. 32. dist. Soto in 4. dist. 20. quæst. 1. articul. 4. conclusione 3. optimè Antonius Fabricius titulo de beneficijs, tam mulierum, quàm virorum à num. 6. & omnino à num. 29. vbi ad praxim varias prosequitur differentias, inter beneficia virorum, & mulierum, quæ omninò vide.

C. Noua de pœnit. C. Coniugatus.

Sot. Henriq. Soar. Sairo. Viuald.

C. indemnitatib. de elect. in 6.

Clem. vlt. de stat. monach.

Gloss. cap. vlt. 32. d.

Fabric.

D

Ex prædicta etiam definitione, & omnibus proximè resolutis, fit consequens, 19.

sequens, sicut laico, ita nec à laico beneficia ecclesiastica conferri, licet aliter prouideri possit. Probatur, quia sicut ius spirituale à laico obtineri nō potest, iuxta dict. cap. *Causam quæ*, de præscriptionib. ita etiam à laico tribui, aut conferri non potest, iuxta d. cap. *Bene quidem*, d. cap. *Sacrosancta*, cum similibus. Ex quibus hanc illationem probat textus in dicto capite *Quod in dubijs*, & in d. cap. *Massana*, explicant Corras. 1. part. cap. 2. n. 4. in fine, Fabricius dicto numero. 44. Azor dicto libr. 6. cap. 25. quæst. 19. Cardinal. Seraphim, Oliuar. decisione 1382.

C. Causā. de præscr. Cap. Bene quidem. C. Sacrosancta. C. Quod in dubijs. C. Massana. Corrat. Fabric. Azor. Cardinal. Seraphim. Oliuar.

Et hæc pro tertia Relectionis parte, de gradibus ratione dignitatis officij, & beneficij dixisse sufficiat, reliquos, respectu administrationis, siue rerum sacrarum, siue Ecclesiasticarum temporalium, siue piarum actionum, & locorum, cum tantæ considerationis non existant, duximus omittendos; cum etiam affatim in proœmialibus quæstionibus discussum relinquamus.

FINIS.

Errata grauiora, sic corrige.

Pag. 9. col. 2. linea 39. Præsbyteri, lege Præsbyterij. Pag. 18. col. 1. lin. 9. videtis, lege videbis. Pag. 26. col. 2. in titulo. adducti. lege adductis. Pag. 55. col. 2. lin. vltima procedens, lege procedunt. Pag. 77. col. 1. lin. 2. æstimetur, lege æstimentur. Pag. 80. col. 2. lin. 38. Prima. præpone, neque pro prima. Pag. 81. col. 2. lin. 39. quod quanuis, dele quod. Pag. 86. col. 1. lin. 1. Durandum, adde contra Durandum. Pag. 86. col. 2. lin. 10. veniali, lege mortali. Pag. 91. col. 2, lin. penult. vacui, lege pleni. Pag. 130. col. 2. lin. 8. similiter, lege quod prior. Pag. 249. col. 2. lin. 9. Episcopi. lege Apostoli. Pag. 249. col. 2. lin. 22. Extraordinario, lege ex ordinario. Pag. 251. col. 1. lin. 40. ab vnitate, lege à bonitate. Pag. 255. col. 2. lin. 1. ministri, lege ministris. Pag. 56. col. 1. lin. 34. Notæ, lege Rotæ. Pag. 70. col. 2. lin. 6. Roticū, lege Zoticum. Pag. 56. col. 2. lin. 4. Defensarij, lege Pensionarij. Pag. 166. col. 2. lin. 39. Tandē per 72. lege per 27. Pag. 362. col. 1. lin. 27. primus, lege prima. Pag. 365. col. 1. lin. 12. etiam præsbyteros præpone in præsbyteros. Pag. 366. col. 1. lin. 6. loeate, lege locare. Pag. 365. col. 2. lin. 20. sententiam ferre, adde excommunicationis. Pag. 368. col. 1. lin. 1. Præsbyterorum, lege Archipresbyterorum. Pag. 373. col. 1. lin. 10. sonebat lege sonabat. Pag. 374. col. 2. lin. 20. Præpositis, lege Præpositi. Pag. 377. col. 2. lin. 6. id, adde id est. Pag. 380. col. 1. lin. 21. contra, lege contraria. Pag. 384. col 1. lin. 33. perrinere, lege pertinere. Pag. 387. col 2. lin. 9. cap. de iudicijs, præpone cap. 2. de iudic. Pag. 390. col. 1. lin. 33. eius, lege ius.

INDEX RERVM,

QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Pp immc-

Canonici

 pella-

An

Legati

Minores

Vtrùm

Præposi-

Primi-

Index Rerum.

Sacer-

Index Rerum.

FINIS.

Rr 2 CATA-

CATALOGVS
Autorum qui hic citantur Alphabetico ordine dispositi.

A.

Adrianus 1. Papa.
Anacletus Papa.
D. Ambrosius.
D. Augustinus.
D. Anselmus.
D. Athanasius.
D. Antoninus.
Arnobius.
Aloslemos.
Albericus.
Augustinus de Ancona.
Ayala.
Aretinus.
Armilla.
Alexander.
AEgidius Roman.
AEgidius Romnk.
Aragon.
Altisiodor.
Archidiacon.
Argentinas.
Auctor tract. de 7. gradib. Ecclesia.
Aristoteles.
Azor.
Aureolus.
Angelus.
Ancharranus.
Alcuinus.
Andreas Cretens.
Anastasius G[illegible].
Abbas.
Anicetus Papa.
Alexand. Papa.
Almaynus.
Alensis.
Antonius Gomez.
Anionita.
Astensis.
Alberius.
Albanius.
Alberterchius.
Alanus.
Ambr. de Morales.
Altamira.
Aires Barbosa.
Achilles Statius.
Annales Aragon.
Aristophanes.
Antonius Augustin.
Arboreus.
Armacanus.
Aufrenus.
Adrianus.
Aleiatus.
Angles.
Azeuedo.

B.

Basilius.
Bonauentura.
Boetius.
Bozius.
Boerius.
Barbat.
Baronius.
Bellarminus.
Budaeus.
Butrio.
Bernardus.
Baldus.
Brulefer.
Bonifacius Papa.
Borgas.
Baptista.
Bodinus.
Barbosa.
Banez.

Bar-

Catalogus Autorum.

Clictoueus.
Cucus.
Clemens. Alexandr.
Castaldus.

D.

Dionysius Areopag.
Damasus Papa.
Duardus.
Dautheus.
Dominicus.
Dueñas.
Durandus.
Durans.
Didacus Nunez Cabezudo.
Decius.
Demosthenes.
Director. Inquisitorum.
Diedro.
Dinus.
Dionysius Abb.
Dexter.

E.

Echius.
Estius.
Eduensis.
Eusebius Emissens
Eusebius Cæsariens.
Eulogius.
Euthymius.
Eucherius.
Euagicus.
Epiphanius.
Euripides.
Euaristus Papa.
Egesippus.
Eduardus.
Fr. Emanuel. Rodriguez.
Estaphanus Gratianus.

F.

Fabiola.
Francus.
Fabricius.
Felinus.
Fagundez.
Fuscus.
Federicus.
Flores.
Flaminius.
Filliucius.
Franciscus Leon.
Felix Papa.
Fortunius.
Faber.
Ferretus.
Ferrensis.

G.

Gregorius Papa.
Gregorius Papa. IX.
Gregorius Lopez.
Gama
Gofredus Pitou.
Guilelmus. Est.
Gerson.
Gigas.
Gondisalus.
Gambara.
Gondiçalus Mend. Vasconcel.
Garcia.
Gomez.
Gabriel.
Gallus.
Galasius.
Gratianus.
Guerrierus.
Gaudaxens.
Genebrardus.
Geminianus.
Gennadius.
Guthfferus.
Gozadinus.
Gutierrez.
Grasis.
Guillelm. Parisiens.

H.

D. Hieronymus.

Catalogus Autorum

Hercules Marescott.
Henricus.
Henriquez.
Hocius.
Hoieda.
Hostiensis.
D.Hilarius.
Hugo de S. Victore.
Hugolinus.
Homerus.
Herodotus.
Heruaus.
Holioth.
Hieronym. Roman.
Hyppolitus.
Halycarnass.

I.

D.Ignatius martyr.
Isidorus.
Isidorus Pelusiota.
Ioannes andreas.
Imola.
Innocentius Papa.
Innocentius.
Ioannes Marius.
Ildefonsus.
Ioannes Gall.
Iuuenales.
Ioanes Silua.
D. Iustinus martyr.
Isocrates.
Ireneus.
Iulius Papa.
Ioannes II. Papa.
Iulius I.Papa.
Isidorus Mediolan.
Iuo Carnob.
Ioann. Monach.
Ilbescas.
Iacobatius.
Iustinianus.

L.

Lelius Zecchius.
D.Leo Papa.
Laurentius Iustinianus.
Lexicon Iuris.
Lexicon Theologicum.
Ledesma.
Lacerda.
Lambertus.
Lara.
Liuius.
Ludouicus Sottomaior.
Lapero.
Lidanus.
Lucanus.
Leo IX.Papa.
Lupoldus.
Lason?
Laudensis.
Lambertinus.
Loaysa.
Lipsius.
Ludouicus. *Nunez.*
Lessius.
Lorinus.
Lelaia.

M.

Magister.
Michael de Anima.
Medina.
Martha.
Mariana.
Maranta.
Magallianus.
Mantica.
Menochius.
Mandos.
Marsilius.
Menchaca.
Mogollon.
Mastrilhus.
Molina.
Maldonatus.
Marcellus Pape.
Melchiades Papa.
Marcus Papa.
Mendoza.
Monferrat.
Mayvnius.
Marcus Aantonius.
D.Maximus.
Manfredo.
Moschon.
Matthaus *Hugon.*
Mascard.
Miranda.
Methesil.
Motta.
Marta.

N.

Nizephorus.
Nauarrus.
Nazianzenus.
Nicolaus I.Papa.
Narbona.

O.

Oldradus.
Ouandus.
Ochogauia.
Ordinationes Lusit.
Octauianus.
Origines.
Optatus Mileuit.
Onuptrius.
Oeucas.
Onsephrjd.

P.

Pacianus.
Procopius.
D.Paulinus.
D.Prosper.
Paulus Borg.
Paludanus.
Plato.
Passidius.
Platina.
Psellus.
Pena.

Pighius.

¶ Hæretici.

FINIS LAVS DEO.